
8
9 7 L
26

Theologicarum Conclusionum Caroli Bouilli Samarobrini Libri decem: quorum quinq; primi necessaria dei nomina atq; prædicata pertractant residui vero quinq; diuina cõtingentia nomina trutinantur.

Primus est de esse dei.
Secundus de vnitate eiusdem.
Tertius de eius immensitate.
Quartus de diuina æternitate.
Quintus de trinitate.
Sextus de creatione.
Septimus de incarnatione verbi.
Octauus de passione eiusdem.
Nonus de resurrectione.
Decimus de diuino iudicio.





Vænundantur a Badio.



Epistola nuncupatoria.

Carolus Bouillus Samarobrinus illustri viro Iacobo Oliuerio Parrhisiensi Præsidi. S.




HRISTIANAE Scientiæ culmē amplissime præses: longe augustius atq; insignius est philosophico fastigio. insignius quidem/nō entis eminentia: & altitudine: sed vberiore dūtaxat ac sereniore luminis radio. Idem enim diuinus radius est qui subobscurior & sensibilium varietate signorū obtect⁹/priscis philosophis illuxit: & qui deinceps Christianorum mentes ex antiqui erroris nube/feliciter ad supremæ monadis agnitionem respirantes: fœcundiore diuinæ speculationis luce exarauit. Et eadem prorsus diuinitas quæ prius per pauciora sui nomina atq; pdicata sapientibus mundi sub caligine innotuit/ & quæ deinceps plura sui nomina multiplicioresq; rationes Christianorum mentibus (per sacrę regeneratiōis gratiam a labe expiatis) infudit. Ens/vnum/infinitum/æternum/& cętera id genus communia absolutaq; dei nomina: plerosq; philosophorum nequaq̄ latuerunt. Nemini autem (quod norim) ante diuini verbi incarnationē: mysticus sacræ diuinitatis numerus (quā trinitatē appellamus) illuxit. Nullus antea p mundanam sapientiā siue Gentilis siue Hebręus: tantę rei scientiam nancisci potuit. Et nonmodo quædam necessaria & æterna dei pdicata priscos latuere: sed & pcipuas & q̄maxime hominū saluti accommodatas diuinarum innouationum ac vicissitudinum contingentias: videre atq; a lōge intueri illis datum non est. Agnouerunt quidem in sapientia mundi: primam forte diuinarum contingentiarū summū inquā bonum: esse omnium initium/originem & causam. Secundas autem & ad humani generis salutem ordinatas a deo contingentias: vt futuram verbi in carne per virginis partum mānsionem/eius passionem/resurrectionem & extremum mundi iudicium: nullius rationis acumine scrutari valuerunt. Quippe quæ extra & præter naturæ seriem: sola diuinæ bonitatis humanū genus miserantis pietate euenisse noscuntur. Hæc enim non tam rationi aut acumini naturalis intelligentiæ: q̄ fidei humilitati/diuino quodam munere referātur. Philosophorum traditio (vt quæ circa prima naturæ instituta negociatur) vt plurimum fidem respuit. Nihilq; præter habitum rationis & naturalis intelligentiæ lumen nouit admittere, quā propterea sacer Paulus hoc eloquio taxauit: Gręci (inquit) sapientiam quærunt & Iudæi signa. Christiana autē religio: quæ ob primæ naturæ lapsum secundis quibusdam naturæ institutis (per quæ prima reparantur) incumbit: non singulorum rationem & patulam intelligentiam exquirit: sed per sacræ fidei præsidium: rebus in nostram salutem diuinit⁹ pordinatis & a deo ipso prouide institutis: libens credulas aures subdit. Superat igitur nimirum Christianus apex: philosophicū culmen: quātum fidei & scientiæ cōnexio: simplicem scientiam: vel quātum theologia Metaphysicen pcellit. Inchoans enim a lumine fidei Christiana traditio: in scientiæ claritatem credulam fidelemq; mentem deuehit ac feliciter perducit. Et cum, denario numero (vt Pythagorę placuit) omnia compleanť: hic pro theologico complemento/dena nobis diuina nomina desumētes: circa vnum quodq; eorum libros singulos (nusq̄ a Christianæ traditionis lumine: oculi aciem deflectentes) hoc opere digessimus. Primo de esse dei differentes: secundo de vnitate eiusdem: tertio de immēsitate: quarto de æternitate: quinto de trinitate; sexto de creatione: septimo de incarnatiōe: octauo de passione seu nece & immolatione agni incarnati: nono de eiusdem resurrectiōe: decimo de vniuersali iudicio. Hoc ergo opus qualecūq; reperies: & tibi dicatum & tuo noīe pro forib⁹ insculptū: tu incōtracta fronte obuiisq; manibus admitte, quemadmodum beniuola mēte & studioso animo: tibi a nobis nuncupatur & offertur. Vale.

Argumenta operis.


Oc opus articulos fidei/denos tibi texit
Quos magno in pcio quisq; fidelis haber.
Esse dei primus retegens: explodit inanem
Casum & fortunæ subruit imperium.
Euentu incerto dum quid negat esse creatum:
Deriuat certis omnia principiis:
Atq; deos plures palam negat esse secundus:
Ostentans vni cuncta subesse deo.
Est stabile instabili & multis prestantius vnum:
Nempe monos numeri fons & origo manet.
Finibus essendi cum tertius exuit illum:
Nil æquum & nullum sentit habere parem.
Et merito finita: & enim sunt cuncta creata:
Quæ collata deo/sint tibi pene nihil.
Post hæc æternus quarto describitur ille:
Vt superans æuum & tempora transiliens.
Atq; coęternum nihil illi dicitur esse:
Solus enim æterno durat in imperio.
Illius arcanum numerum scrutabere quinto:
Qui tribus haud maior nec minor esse potest.
In summa pater est deitate & filius atq;
Spiritus: hos vnum pdicat alma fides.
Sext us vt authorem mundi rerumq; parentem
Hunc celebrat: verbo qui sua facta fouet.
Quod patulus cernit visus quod mentis acumen
Scrutatur: summi dic opus esse dei
Septimus aduentum verbi sub carne recenset:
Quo diuus nobis conciliatus amor.
Filius e cęlis terrenum lapsus in orbem:
Prodiit intacta virgine factus homo.
Illius octauus mortem describit amaram:
Qua mors prisca hominum morte subacta ruit.
Serpentis dudum mors fraude inducta/per agnum
Tollitur: & supero munere vita redit.
Humanam Christi naturam morte solutam
Instaurat nonus: tartara victa canens
Vltro in auernales Christi descendit abyssos
Spiritus: & victor fata verenda tulit.
Iudicium decimus narrans ignemq; supremum:
Arsuros cęlos atq; elementa docet
Iustus ab iniusto lato discrimine viuet:
Hic gemet in tenebris: scandet at ille polos.
Hoc ne lector opus genuino dente remorde:
Sed pr æli erratis parcere disce magis.

Arboꝛ totius operis agrumentū indicās.



Theologicarum Concluſionum Caroli Bouilli Liber Primus De eſſē dei. Ad illuſtrē virū Iacobū Oliucriū: Parhiſienſem pręſidem.

1 Sſe deum aliquem: magis eſt more principii: per ſe intellectui notū: q̄ aut ſenſui ꝑuium: aut ratione aliq̄ ſcrutabilcac demōſtrabile.

Hæc concluſio: vetuſtę priſcorum gentilium impietati aduerſari contendit. Eorum enim q̄plurimi: an omnino eſſet deꝰ aliqs/qui cūctis preeēt heſitātes: caſum introducere auſi ſunt a quo (tam diuinitate q̄ omnium prouidētia nefarie ſublata) omnia & ortum habuiſſe & regi dixerunt. Hanc igitur concluſionem: huiuſmodi caſui opponere ſtuduimus, aſſerētes eſſe deum aliquem: magis more pricipiorum in diſciplinis per ſe intellectui notū eſſe: q̄ aut ſenſui peruiū ſit aut ratione aliqua demōſtrari egeat. Si enim quouis horum trium modorum/diuina nobis aliqua ſubſtantia ſeſe inſinuet: illaq; ſemper & eſſe & eodēmodo ſe habere firmetur: eueſtigio caſum neq; fontem eſſe vniuerſoꝝ/neq; ab eodē regi vniuerſa perpendemus.

2 In nulla aut philoſophiæ aut theologiæ parte quicq̄ prius ſcrutādum occurrit: q̄ ſi eſt deus aliquis fons & principium vniuerſorum.

Nam hæc ſciſcitatio ſi deus eſt: noſmetipſos de ipſius diuinitatis ſubſtantia certiores eſt reddit ura. Tolle enim deum eſſe: hinc nō modo omnis aut philoſophia aut theologia obmuteſcit: ſed & omnis alia ſubſtantia non eſſe arguitur. Qui nāq; de deo/alia quęuis ſecunda prædicata ſcrutatur: vt an ſit deus bonus: aut omnipotens/aut creator omnium/aut increatus: aut ęternꝰ: aut infinitus: aut aliquid huiuſmodi: is meo iudicio/haud vſqueadeo a radice & fonte theologiæ inchoat: q̄ is qui ſimpliciter percōtatur an omnino ſit deus aliqs. Nam & dialectici volūt eas propoſitiones quę ſunt de eſſe ſecundo adiacente: iis eſſe priores ac ſimpliores/ quę ipſum eſt tertium adiacens enunciant. vt prior eſt ac ſimplicior hæc enunciatio homo eſt: q̄ homo eſt animal. Quare & prior itidem eſt hæc/deus eſt: q̄ deus eſt omnipotens/aut q̄ deus eſt bonus: vel æternus/ vel increatus/vel immenſus/vel vnus/vel trinus. Prima enim enunciatio: de deo/ ſimplex eſſe ꝓnunciat. Secundæ vero: prædicant deum eſſe aliud aliquid.

Prima præcipua & ꝑnecceſſaria theologica aſſertio: eſt hæc propoſitio deus eſt. 3

Præcedens/hanc ſi deus eſt: eſſe omnium theologicarum interrogationum primā monſtrauit. Præſens vero hanc aſſertionem deus eſt: eſſe omnium theologicarum enunciationum præcipuam & pernecceſſariam oſtendit. Nempe eos qui a radice & fonte theologiæ inchoant: enunciare in primis more dignitatis oportet eſſe deum aliquem ſeu diuinā aliquā ſubſtantiam vniuerſorum fontem. Hac enim deus: eſt rite confirmata: mox vt diximꝰ incertus caſus occumbet eliminabitur/exploder. Cæterum quia nos præter humanarum diſciplinarum callē ac ſeriē/nequaq̄ incedere præſumimus: ante omnia pro ſcientiarum humanarū more nonnulla de theologico obiecto ſunt exponenda. Nā in omni humana diſciplina aliqd eſt ſimplex cui: qa totus ipſiꝰ diſciplinę intellectꝰ & oculus incūbit circaq; illū verſatur: ideo id illiꝰ obiectū nuncupat. vti eſt numerus in arithmetica: in geometria magnitudo: in naturali philoſophia ſenſibilis ſubſtantia. Pari itaq; pacto & id ens: in quod velut in eminētiſſimū ſignū theologicꝰ itellectꝰ & oculus aſſidue intēdit atq; dirigit/ cuiuſve ſcientiā expetit nanciſci: eadem ratione ſe theologicum eſſe pandit obiectum. de quo ſequens ꝓpoſitio pertractabit.

4 Theologicum obiectum: magis est deus: q̄ aliud quicq̄.

Id oīm disciplinarū & sciētiarū cōmune ē: nihil hæsitare aut percōtari / de simplici substantia sui generis subiecti siue naturalis obiecti. Impręsentiarū aūt quid sit id qđ vocať alicuiꝰ disciplinę aut obiectū aut subiectū: nequaq̄ diffinire intendimus. Id enī officii: magis ad hūanas inferioresq; disciplinas attinere iudicamꝰ. Dicimus igiť theologicum obiectum deum esse: magis q̄ aliud quicq̄ eorū q̄ sunt. Nā theologica scientia & a diuinitate in primis nomē & appellationē sumit. & tota rursum circa deū īntenta: eminētissimas illius rationes & altissimas ꝓprietates vel palā vel in ęnigmate: id est aut reuelata acie aut in sensibiliū signoꝝ velamine speculari & asseq cōtendit. Si quid enim aliud eoꝝ q̄ sunt / theologia mediteтur: id neq̄ q̄ fixo & ꝑcipuo cōspicať oculo, sed vt ex eo tāq̄ naturali subsellio nos in deū euehat: ideo eiꝰ mētionem & considerationem censet minime postergandam.

5 Nulla est in omni disciplina percontatio facilior: q̄ ea q̄ illius ipsius obiectum sibi designari perquirit.

Nā omni qdē disciplinę: est a sui subiecti nomine vera ac ꝓpria indita appellatio / vt arithmeticæ a numero: Geometriæ a magnitudine aut a mensura. Astronomiæ ab astris. Physicę siue naturali philosophię: ab ipsa rerū natura. Hactenus igiť reperiť & theologica sciētia humanis disciplinis conspirās: ꝙ sui quoq; obiecti nomē ipsa in sua appellatione circūfert. Nā diuina cognitio: a nobis theologia: id est dei scientia appellať. Ratum igiť sit theologicū obiectū deū eē diuināq; substantiā. cuius sciētiā aut qualēcūq; notitiā: mens hūana modeste sobrie & quātū penetrare illam phas est; ex theologica traditione assequi cōtendit.

6 Etsi dei (quippe omnia transcendentis) nulla sit sciētia: humana tamen ratio: circa deū negociata: illius qualemcūq; scientiam theologiam vocat cuius est obiectum deus.

Hæc propositio instantiam vnā tollit. Instabit enim aliquis: deum (cunctorū veritati consona opinione) esse incognoscibilē nullāq; penitus esse dei sciētiam. Quo ergo pacto theologia erit dei sciētia: aut quomodo deꝰ erit theologicum obiectū! Ad hæc fatemur & nos deū incognoscibilem esse: & nullam illius esse hūanam sciētiam. Nam si in physicis scientiis: primæuam omnium sensibiliū substantiarum radicem atq; essentiam vti materiam: a lege humanæ scientiæ & cognitionis eximimus / dicētes illam incognoscibilem esse: quanto magis deus ab humanæ rationis & intelligentiæ captu venit eximendus! Sicut enim physicꝰ oculus: omnia in sensibilibus substātiis & sublunari concauo / ad ortum vsq; & creationem materiei scrutatur: ignorat tñ ortum ipsius materiei: quonam inquā pacto illa ad esse emerserit sitq; ꝑcreata: ita & humano intellectui omnia nuda perspecta & agnita sunt: præter vnicam omnium singularem & eminentissimam radicem: id est præter ipsam deitatē. cuius & substantiam & ortum: nullus humanus intellectus attingit. quēadmodum neq; æternitatis in qua inhabitat deus aut principia aut fines suo vllo discursu appręhendit. Quatenus autē deus a nobis cognoscibilis sit: quo itē modo theologia quædam sit sciētia / cuiꝰ obiectū deus: sequētibus conclusionibus amplius dilucescet.

Humanarum omnium disciplinarū: tantum terni sunt actus: diuisio: diffinitio: demonstratio. 7.

Nam & si sunt septena simplicium & incōplexarum vocum genera: scilicet transcendēs / genus / species / indiuiduum / differentia / ꝓprium & accidens: horum tamen sunt tantū quīq; quæ prædicabilia vocentur genus / species / differentia proprium & accidens. Transcendens enim etsi de omnibus enuncietur: humanarum tamen disciplinarum terminos metasq; transcendit. Quapropter & illi haud ab re transcendentis nomen ascribitur. Indiuiduū vero cum ad nulla entia prædicetur: omnibus subest. Quāobrem illi haudquaq̄ congruit ꝑ-

dicabilis appellatio. Porro ex quinq; prædicabilib⁹: accidens (vt substantiis aduẽtitiũ/& pegrinum) merito a disciplinarum finibus reiicitur. Superant igitur tãtummodo cõmunes voces quaternę humanis aptę disciplinis: genus species/ differentia & proprium. in quarũ quadrato/omnis humana scientia: tãtum tres actus instar diuinarum trium personarũ exercet: diuisionem diffinitionem ac demonstrationem. Nam simplices quidem voces: aut diuidit aut diffinit. Complexas vero orationes vt propositiones exinde demonstrat. Diuidit eñ genus: diffinit speciem: demonstrat vero per differentiam ipsi⁹ speciei ꝓprietatem. A summo genere inchoans: descẽdit recta vsq; in speciem. A genere vero & specie per differẽtiam: discurrit vsq; in proprietatẽ. Diuisione descẽdit. Diffinitione ascendit. Demonstratione vero in obliquum & in lat⁹ discurrit. Omnis itaq; humana disciplina diuini arcani numeri imitatione: est actibus trina.

8 Theologiam haud omnino humanarum disciplinarum legibus subesse: sed partim illis consonam partim dissonam reperiri.

Nam si principia in humanis disciplinis: ꝑtim legib⁹ sequẽtiũ cõclusionũ subsũt/ꝑtim nõ subsunt: necesse ẽ & theologicã sciẽtiam haud oĩno humanarum disciplinarum legibus subesse, sed in parte illis cõsonam: in parte vero dissonam reperiri. Qua enim proportione/principia sequentibus conclusionibus conferuntur; eadem prorsus ratione ipsum theologicæ scientiæ columẽ humanis disciplinis venit cõferendum. In humanis siquidem disciplinis: sicut earum principiis aut dignitatib⁹ nihil aut prius aut sublimius aut clarius offendas: ita & inter cunctas disciplinas/theologia velut ĩ apice sita; se merito omnium primatem: se eminentissimam: se deniq; luce exuberantissimam buccinatur. Quapropter si disciplinarum prĩcipia pauxillum suarum conclusionum legibus coercẽtur: maiore vero ex parte ab earum terminis eximuntur: rationabile erit & theologiam tanq̃ omnium scientiarum primatem & naturalem solem: interim inferioribus disciplinis consonam/interim vero dissonam esse. Nam disciplinarum principia haud vsque adeo simplicia sunt: vt terminorum ac vocũ pluritatem & compositionem subterfugiant. Astipulantur enim hactenus conclusionibus: ꝙ & ipsa ꝓpositiones qdẽ sunt & pluribus ex vocibus coalescunt. Diffident vero ab ipsis: ꝙ indemonstrabiles propositiones sunt: ratione & causa suæ veritatis carentes. Ex hac igitur prĩcipiorum & conclusionum proportione: quo pacto theologia se ad humanas disciplinas habeat edisserito. Nempe illam his: & consonam & dissonam reperies: his item & annexam & ab eis separatam. Cęterum in quibus consona & in quibus dissona reperiatur sequentes ꝓpositiones edocebunt.

Theologia humanis disciplinis consona est: quatenus nonnihil & diffinit: & diuidit & demonstrat. 9

Quicquid (vt in iam præcedente dixim⁹) molitur humana omnis ars & scientia: aut diuisio est/aut diffinitio/aut demõstratio. Q̃q̃ vero theologia sit humanarũ sciẽtiarum apex cũctis ipsis absq; vlla proportione simplicior: ab his tamen tribus actibus ne se ipsa quidem omnino eximit: sed in seipsa reperit: quod diuidat/qd item diffiniat/quodq; demonstret. Diuidit enim vt cum dicit: diuina potentia alia est absoluta/alia ordinata. Alia qua annihilare deus omnia potest: alia qua saluat vniuersa. Aut cum dicit: diuinarum personarum: aliæ extremæ sunt & alia media. Aut cum rursum subiungit. Personarũ alia ingenita est & a nullo prolata/alia genita alia procedens. Diffinit autem & horum singula theologus: quid inquã est ingenitum esse: qd ab alio gigni/quid deniq; procedere a duobus. Quid item diuina discretio & quid eiusdem cõiunctio: & alia huiusmodi permulta. Habet insuper & suas theologia demonstrationes: rationes atq; syllogismos. Nam dum non omnes theologicæ propositiones eandem suæ veritatis apparentiam &

euidentiam habent:licet ad ignotiorum scien
tiam & notitiam ex notiorum certitudine:syl
logistico quodam discursu perduci. Quemad
modum deum intra se/absq substantiali diui
sione sui trinũ esse: q̄q̄ rudissimi quiq /sola fi
de inducti minime inficientur:id tamẽ in ipsis
theologiæ arcanis finibus/aliquo pacto ratio
ne scrutabile ac demõstrabile est. Quod enim
extra cuiusq disciplinæ limites sola fide credi
tur:id intra eiusdem scientiæ septa/longe splẽ
det illustrius:seq lucida & aperta ratione pan
dit. Hactenus igitur theologicam sciẽtiam hu
manarum disciplinarum subiacere legibus/ni
hil est incommodi:qua act⁹ illarum imitatur.
nonnihil intra se diuidens/diffiniens/atq de
monstrans. Q3 autem non illis ipsis per om
nia consonet:subiecta edocebit conclusio.

10 Ab actibus humanarum disciplina
rum vt diuisione diffinitione & de
monstratione sui obiecti: maiore ex
parte theologia libera & absoluta p
batur.

Hactenus theologia humanas nequaq̄ di
sciplinas imitatur: q genus ipsa suum & obie
ctum proprium (quippe simplicissimum/im
pers/indiuiduum/irresolubile: speciebus &
singularibus carens) neq diuidere potest ne
q diffinire præsumit. Omnis enim humana
disciplina & suum ipsa diuidit genus: & illud
idem finit. ac demum ex ipsius generis recta &
substantiali diuisione: ad ima vsq singularia
procedit. tametsi ratio & consyderatio eiusdẽ
in specialissimis vt vult Plato sistatur. Hæc au
tem:in theologia nequaq̄ ita se habent. vtpote
cuius genus obiectum/est insectile & summe
vnum:fixum in seipso. quod nullis aut specie
bus aut singularibus:in ima descẽdendo mul
tiplex fit.

11 Theologia ad humanas disciplinas
eo fere modo se habet: quo & princi
pia ad conclusiones.

Quatuor proprietates occurrunt: quę præ
sentem quam exquirimus analogiam confir
ment. primitas inquam/simplicitas/eminen
tia & lucis abundantia/siue exuberantia. Nam
sicut principia in cunctis disciplinis sunt anti
quissima & prima: ita & theologiam primi &
summi entis quoquo pacto explicatricem: quis
ignoret omnium scientiarum esse primatem?
Deinde quemadmodum principia sunt con
clusionibus simpliciora quippe irresolubilia:
ita & theologica veritas omnem humanæ in
telligentiæ notionem & habitum simplicitate
trãscẽdit. Rursum in disciplinis: nihil est subli
mius & eminẽtius ipsis principiis. a quib⁹ vt
lucidissimis & per se cognitis inchoantes: per
subobscuriorq conclusionũ cliuum sensim labi
mur vsq in ima. Nulla pariter est eminentior
aut sublimior cognitio: notione summi entis
q̄ omni antistat notiõi. Deniq in humanis sciẽ
tiis: maxima & summe pura lux est principio
rũ. quę vsq adeo est nostrę cognata intelligen
tiæ: vt illi absq medio: & vllo (nisi forte sensu
um) p̄sidio: vltro ac repente suffulgeat. Est etiã
theologia: pelagus quoddã & abyssus diuinæ
lucis. a qua & primitus effluit & in quã demũ
refluit oĩm humanarũ sciẽtiarũ scintillaris &
subrutila emicatio. effluit quidẽ tanq̄ a princi
pio: refluit vero tanq̄ in finem. Constat igitur
quatuor proprietatibus primitate/simplicita
te/eminẽtia & lucis exuberãtia: eam esse theo
logiæ ad hũanas disciplinas proportionẽ: quæ
est ad conclusiones/ipsa principiorum habi
tudo.

Analogia theologiæ ad humanas di 12
sciplinas: similior est actui separato q̄
actui coniuncto.

Proportio principiorũ ad cõclusiones: est vt
actus cõiuncti/ad id cui is act⁹/natura alligatᷣ:
vt aĩæ ad corpus. Ratio vero theologiæ ad hu
manas disciplinas: ẽ paulo eminẽtior. Sĩlis eñ
est theologia actui sepato: vt angelico vel diui
no q nullũ cũ carne aut materia: coniugiũ ex
perit. Quãobrẽ abiũcta est theologia a choro
& ordine hũanarũ disciplinarũ: vtpote separato
rũ & incõiũctorũ actuũ rimatrix. Hũanarũ aũt
disciplinarũ principia: cõiũctos act⁹ vt hũanũ
sensitiuũ vegetãtẽ & essentialẽ ęmulanẽ: qppe
q̄ a sequentibus conclusionib⁹ abiũgi neq̄unt.

Cęterum ſic illis ipſis alligantur & cum eis vni us humanæ ſcientiæ ſpeciem componunt: quē admodum & ſenſibiles actus addicti ſunt ma teriei & corpori: & cũ materia & corpore vni⁹ ſenſibilis ſubſtantię molem & integritatem cō ſtant. Eſt igitur analogia theologiæ ad huma nas diſciplinas: ſimilior actui ſeparato q̃ actui coniuncto.

13 Ordo principiorum & cōcluſionum: ordini theologiæ & humanarum di ſciplinarum: retrogradus & præpo ſterus euadit.


Nam progreſſio a principiis ad concluſiones: deſcēſus quidam eſt: a ſummis: per media: vſq; in ima. Quo enim modo in ſimplicibus termi nis contingit: eo & in propoſitionibus euenire arbitrandum eſt. In ſimplicibus autem termi nis: progredimur diuidentes: a ſummis generi bus (quæ generaliſſima vocantur) per media ſubalterna: vſq; in ea: quæ iam a natura generũ degenerant: & quę ideo ſpecialiſſima dicuntur in quibus nos Plato conſiſtere iuſſit. Quare & in propoſitionibus par deſcenſus fieri creden dus eſt: a principiis ad eas propoſitiones quæ degenerantes a natura principiorum: conclu ſiones & illationes vocantur. Ab his enim illa tionibus: ipſorum principiorum vnitas diuel litur: ſimplicitas permiſcetur/claritas obum bratur. Principiorum igitur & concluſionum ordo: theologiæ & humanarum diſciplinarũ progreſſionem præpoſtere ęmulatur. Ibi nanq; eſt a principiis ad concluſiones deſcendendũ. Hic vero ab humanis diſciplinis ad theologi cum columen pergendo: eſt ab imis in alta ſuc cedendum.

14 Theologia eſt omnium ſcientiarum ſecundum naturam antiquiſſima & prima: ſed acquiſitione poſtrema.

Nam theologicum obiectum: ens eſt natura an tiquiſſimum & primum, quippe quod ſolũ: eſt æternum. Eius itaq; ſcientia & veriſſima no tio: omnem quoq; ſcientiam naturę ordine prę cellit ac præit. At quia ſumma illa diuinitas cũ ctarum creaturarum velaminibus obtecta: no ſtris intellectibus ab initio efficitur imperuia: hinc per omnes creaturas/humanũ intellectũ ferri diſcurrere & penetrare oportet: priuſq̃ ad cōditę in eis diuinitatis attactum pertingant. Progrediens enim intellectus in anteriora per mediarum creaturarum obices: reſciſſis tandē naturali acumine diuinæ ſubſtantię velamini bus: illius ſciētiam quam theologiam vocam⁹ demum nāciſcitur: & omniũ authori monadi: felici cōgreſſione copulatur. Nimirũ igitur ſi hæc ſcientia quæ omnium eſt antiquiſſima & prima ſit: acquiſitione poſtrema.

Triplex eſt theologia: diuina: angeli ca: humana. 15

Tantum tria ſunt entia diuinæ cōſortia lucis: quibus ipſa diuinitas illuceſcit. Hæc enim ab æterno primum ſibipſi: deinde angelis: tertio hominibus reuelat: Animalibus aũt nequaq̃. Quamobrem & theologia triplex reperitur. Prima diuina/ſecũda angelica/tertia humana. Et hæ q̄dē theologiæ tres: ſubiecto abinuicē di ſtant: obiecto vero nequaq̃. Alia eñ ſubſtantia deus eſt/alia angelus/alia homo. Cæterũ idem penitus deus eſt/qui vt naturalis ſol et ſincera lampas cunctarũ mentiũ: et ſibipſi et angelicæ menti et humanę intelligētiæ ſuffulget. Rur ſum prima theologia cōtinua eſt: vt qua idē pe nitus ab eodē ſpectatur vt deus a deo. Secunda vero attigua qua haud idē ab eodē: ſed proxi mũ a proximo et immediatũ ab immediato pręhenſatur id eſt deus ab angelo: quo nulla crea tura/deo vicinior et propior aſtat. Tertia au tem theologia per medium abſoluitur: vtpote qua hominum genus haud per ſe: ſed angelicis ductibus in deũ ſubuehitur illiq; copulatur.



Eſt enim homo creationis ordine:paulo ange-
lis inferior eſtq́ꝫ hæc humanæ mentis natura:
vt diuinum iubar per angelicæ nubis tranſpa
rentiam imbibat.

16 Theologiam diuinam & angelicam:
nulla præcucurrit naturalis ignoran
tia. Humana vero theologia prioré
ignorantiam habet.

Nam diuinitas ab æterno ſeipſam ſpeculata:
ſibıpſi agnita fuit. Quæ igitur naturalis igno
rantia diuinam theologiam ſeu dei a ſemetip-
ſo cognitionem præcurrere potuit? In deo em̄
ęterna ſunt hęc duo:eſſe & noſſe ſeipſum. Quę
vero æterna ſunt:quopacto eorū alterū altero
prius erit? Deus em̄ cū ſit totus integer & ęter
nus ocul⁹:hic vtiq́ꝫ iugiter ſeipſum vidit. ſeq́ꝫ
ipſo potitus ab æterno:vt & fuit:ita & ſemetip
ſum agnouit. Porro angelus etſi ab æterno nō
fuerit (creatus enim eſt) tamen (vt alibi dixi
mus) vna & eſſe & ſcire adeptus eſt. ſimulq́ꝫ il
li & ſubſtātia & ſciētia:a deo indulta ſunt. At
qui pręcipua & pręſtātiſſima angelorū ſciētia:
eſt diuina ſpeculatio: & ſui authoris agnitio.
Si igitur haud prius fuit angelus q̄ deum co-
gnouerit:Si ſimul atq́ꝫ factus eſt ſui quoq́ꝫ prin
cipii & authoris lucē in ſuæ mētis ſpeculo ſu-
ſcepit:manifeſtum eſt nullā natiuā ignorantiā
angelicā theologiam præcucurriſſe. Non mo-
do vero omnis humana theologia:ſed & huma
na omnis ſciētia et cognitio priorē ignorantiā
comitatur. Etenim humana mens ab ſua ori-
gine tenebris ignorantiæ obſita eſt:quæ poſtea
mundi ſpeculatione in varias artes ac diſcipli
nas ſenſim proficere iubetur:quoad ī ſummæ
monadis theologiam irremigans:omnem na-
tiuam ignorantiam eminentiſſimę illius lucis
præſentia exuerit ac penitus propulſarit.

17 Humana mens ex tenebris in primis
elicit lucem. A luce vero in tenebras
pergit. A tenebris demum in eminē-
tiſſimam lucem (quam plerıq́ꝫ theo-
logorum præ lucis immenſitate tene
bras vocant) ſcandit.

Liquet ex præcedente diuinā & angelicam mē
tes:inchoare a luce & terminari in luce. Neu-
tram enim mentem vlla præcucurrit ignoran
tia. Præſens vero concluſio humanæ mentis
progreſſiones oſtendit. Humana ſiquidē mens
ex tenebris in primis elicit lucem:dum in nu-
be & caligine ſingularium (caligantibus ad-
huc mentis oculis) per ſenſus negociata:ex eis
nos ad ıp̄a diſciplinarum principia euehit:noſ
q́ꝫ valuis & foribus diſciplinarum coniungit.
Similis enim eſt inductio:ei qui ex ſtellarū va-
rietate:ſolis colligit vnitatē:aut ei qui ex plu-
ribus ſcintillulis:ingentem flammam profert.
Etenim ſingularia:ſtellæ & ſcintillulæ ſunt.
Vniuerſalia vero & principia:ſol & ingens flā
ma. Largitur inductio/humano intellectui/cla
ram facem id eſt principiorum lucem:qua cū
in ſequentium concluſionum tenebras irrum
pens:abſq́ꝫ errore & offendiculo per eas diſcur
rat. Igit̄ ab inductione vſq́ꝫ in principia et vni
uerſalia prima:mēs humana fertur a tenebris
in lucem. A principiis autem in concluſionum
cathenam deuoluta:a luce fertur in tenebras.
Demum vero decurſo humanarum ſcientia-
rum curriculo:vbi ad diuinam ſcientiam/no-
ſtra mens aſpirat:rurſum a tenebris in eminen
tiſſimam dei lucem ſcandit:quam plerıq́ꝫ theo
logorum/præ lucis abyſſo et immenſitate cla
ritatis:merito tenebras vocauere. Fertur itaq́ꝫ
mens humana in primis:a tenebris in lucem.
Deinde a luce in tenebras:poſtremo vero a te-
nebris in ſupremam lucem.

Theologiam magis in aſſurrectioni- 18
bus q̄ in analogiis ſitam eſſe.

Nā aſſurrectiones ab imis aut mediis inchoan
tes:nos in alta et ſumma ad ip̄m vſq́ꝫ deū attol
lere nituntur. Analogiæ vero nequaq̄ mediū
tranſiliunt. vtpote quę in mediocrium entium:al-
terna et mutua adinuicē cōparatione cōſtant.
Nihil em̄ offerūt noſtræ intelligentię:quo hęc
humanis reb⁹ q̄cq̄ alti⁹ et eminētius ſpecule̅t.
Quapropter ſicut analogię hūanis diſciplinis
accōmodant̄:ita aſſurrectiōes ipſi theologicæ
ſcientiæ opitulant̄. Nam analogię in quadā eo
rum quæ adinuicē cōferunt̄ ęqualitate:et pari
appenſione ac ſtatera ſiūt. At aſſurrectionum

terminus ad quē:aut ſimpliciter eminentiſſi-
mus eſt vt deus:aut ſaltem termino a quo:ſub
limior.Magis autem vnūquodq; a termino ad
quem pergit id eſt a fine denominationem ſu-
mit:q̃ a termino a quo exoritur. Cōſtat igitur
theologiam : magis in aſſurrectionibus q̃ in
analogiis ſitam eſſe.

19 Analogias aſſurrectionibus inferio-
res eſſe :& eas in quadam comparan
dorum ęqualitate ac ſtatera cōſiſtere.


Nā diximus ea de re haud vſqueadeo in analo
giis theologiam ſitam eſſe:q; analogiæ in qua-
dam eorum quę adinuicem conferuntur ęqua
litate ſeu pari appenſione ac ſtatera fiant : eas
quoq; ea ſolum de cauſa ſatius humanis diſci-
plinis q̃ ipſi theologiæ accōmodari.Si quis eñ
ex ſenſibilibus ad intelligibilia euolet:null⁹ eā
analogiam eſſe dixerit : ſed potius aſſurrectio-
nem:ſumptam inter ea/quæ penitus ęquiuoca
& diuerſorum graduum ſunt.Nullius nempe
ſtateræ appenſio;ipſa intellectualia cum ſenſi-
bilibus æquo iure confert.Qui vero hominē/
dicit euerſam plātam eſſe: hic magis analogiā
texit.vtpote conferens adinuicem entia vtrin
q; ſenſibilia : et quæ eiuſdem ſint regionis vt
ſenſibilis mundi.Sunt igitur analogiæ aſſur-
rectionib⁹ paulo inferiores:& in quadam ęqua
litate ac ſtatera comparandorum faciundæ.

20 Aſſurrectiones analogiis præſtantio
res eſſe:& ampliorem ipſi theologiæ
opem ac momentum afferentes.

Diximus enim theologiam magis ideo ī aſſur
rectionibus q̃ in analogiis cōſiſtere:quia aſſur
rectiones ab imis noſtram mentem attollunt ī
ſublime.Si igitur deo nihil eſt eminentius : nil
ſublimius aut altius diuina ſubſtantia:is vtiq;
callis quo ex inferiorum rerū ſubſelliis ac ter-
renis ſcabellis in ipſum ſcādimus deum:meri-
to potiſſimus eſt & aſſurrectio magis q̃ analo-
gia vocitandus.Sicut enim humanæ diſcipli-
næ minus quidem perfectæ ſunt:ſed tamen ac
quiſitione priores:theologia vero omnium po
tiſſima;ſed acquiſitione & ordine poſtrema:ita
& aſſurrectiones analogiis quidem pręſtāt:hę
tamen illarū prævia ſunt & acquiſitione prio
res.Sunt igitur aſſurrectiones analogiis præ-
ſtātiores:& ampliorem toti theologiæ vim ac
momentum afferentes.

Ex aſſurrectionū linea:ad analogiarū 21
lineam:rectus angulus procreatur.

Nam aſſurrectiones ab imo cōtendunt in ſub
lime:Analogiæ vero a latere in latus. Aſſurre
ctionum termini ſunt ſurſum & deorſum:hic
a quo ille ad quem. Analogiarum vero fines
ſunt dextrum & ſiniſtrum.vtpote quæ ī æqua
duorum appenſione conficiuntur : in qua neu
trum altero ſublimius ſit . Sit enim rectus an-
gulus.a.b.c.cuius ca
put & vertex ſit.b.qđ
ad punctum.a ; velut
deorſum : ad punctū
vero.b.velut ſiniſtrū
ſe habeat. Noſter in-
tellectus vt inter.b.&
c.conuerſatur : vtve
ea adinuicem confert



analogiam texit. Vt vero per lineam.b.a. ex ip
ſo.b.ſcandit in a.tanq̃ ex veſtigio in exemplar:
tum demum aſſurgere pronũciatur. Aſſurre-
ctionum igitur linea ad analogiarum lineam:
manifeſte rectum angulum creat.


Aſſurrectiones ſimplici linea atq; in 22
teruallo peraguntur.


Is qui aſſurgit:dum ex imis/in alta & ſublimia
contendit:haud opus eſt vt demum ad ima &
humilia:ex ſublimibus recurrat. In his enim
conſiſtere & immorari gaudet mens:quæ præ
ſtantiſſima & potiſſima ſunt:quæve cunctarū
rerum exemplaria & propter ſe entia. Noſtra
namq; intelligētia : cum ex inferioribus rebus
euolat in deum:iamiam (diuinitatis præſen-
tia) vſq; adeo inferiorum obliuiſcitur rerum:
vt ſe nonnunq̃ in eis conuerſatam eſſe haud-
quaq̃ (diuino amore inebriata) meminerit. Et
eñ pręextaſi & exceſſu illo quo a diuinitate pe
nitus abſorbet:diuinaq; & cōtēplatione & cō-
iunctione perfruit:ſui penitus neſcia ſit. Nec
iam aut opus habet aut cupit ad inferiora quę

prius liquit relabi. Inhæret enim cõsummata huiusmodi mens: iugiter sui authoris contemplationi: cuius lucidissimos radios etsi assidue haurit: nũq̃ tñ illos fastidit: vtpote q̃ satietati exuberãtis diuiç alimoniç: sacrã & perēnē sitim cõiungit. Assurrectiões igit simplici linea atq; iteruallo: absq; vllo ad ima recursu peragunt.

23 Analogię duplici motu vt directione & reflexione absoluuntur.


Nam analogia ab ignoto aliquo: ad quoddam notius digredit: a quo mox ad prius ignotum: sed postea notum recurrit. Vt si primitus nostro intellectui offertur. b. ignotũ: digreditur intellectus ab ipso b. in. c. q̃d fingis esse notius & ęquale ac simile. b Cõfert enim. b. ipsi. c. vt ex noticia ipsius. c. perpẽdat naturam ipsi⁹. b. Demum vero ex. c. recurrit in propositum. b. gaudens ex iuxtapositione et pari appẽsione notioris. c. se ignotius. b. perpendisse. Verbi gratia si materiæ & formæ proprietates noscere voluero: conferã in primis formam ensi: materiã vero clypeo: atq; ex hac rudi & crassa iuxtapositione seu collatione duorũ & duorũ: recurrens demũ in materiã & formã: dicã propriũ esse formæ: vt solũ agat et nihil patiatur: materiæ vero propriũ: vt solum patiatur & nihil agat. Factus est enĩ ensis ad agendũ nõ ad patiendum. Clypeus vero ad patiendũ & minime ad agendũ. Digredior igit a forma prius ignota: ad ensem notũ. a quo ad formã ex ensis collatiõe notã recurro. Similiter & ex materia digredior i clypeũ: a quo relabor in materiã. Et ita i cũctis analogiis accidit. Duplici itaq; motu id est directiõe & reflexiõe: cũctæ analogiæ absoluunt.





Tam analogias q̃ assurrectiones: extra suorum principiorũ limites progredi & emigrare contingit. 24

Qui ex sensibilib⁹ ad itelligibilia assurgit: is palã extra sui principii limites pgredit & emigrat. Principiũ ei assurrectiõis: voco terminũ a quo vt sensibilia. Finẽ vero eiusdẽ appello terminũ ad quẽ vt intellectualia. Sunt aũt alteri⁹ regionis itelligibilia entia: a sensibilib⁹. Assurrectio itaq; q̃ a sensibilib⁹ ad intelligibilia scandit: extra sui pricipii limites euagat emigratq; Cõtingit tñ & assurrectiões: in limite eodẽ ac regione eadẽ coerceri. vt cũ inter sola sensibilia ex inferioribus ad supiora & pstantiora eleuamur. Vt ex aĩa vegetatrice aut sẽsitiua: ad animã rationalẽ inferiorũ aĩarũ & actuũ finẽ. Porro & analogię interdũ in eodẽ limite fiunt. Vt



ſi quis ea quæ ſunt eiuſdē ſcientiæ atq̧ diſciplinę/adinuicem contulerit: vt quadratum cubo & trigonum pyramidi. Interdū vero extra ſuorum principiorum limites euagantur: vt quotiens ea quæ diuerſarum diſciplinarum ſunt: inter ſe conferunt: vt vnitas puncto: binarius dyadi: ternarius ſuperficiei. Quaternarius cubo. Harū enī analogiarū principia ſeu termini a qbus ꝓficiſcūt: ad arithmeticā diſciplinā ſpectāt. Fines vero ac earū merę: Geometricæ ditionis ac ꝓprietatis ſunt. Tā igit analogias q̄ aſſurrectiones: extra ſuorū principiorū ac fontium limites progredi & emigrare contingit.

25 Depreſſiones aſſurrectionibus contrariæ: vt ſuperuacaneæ & inanes: a theologia repudiantur.

Docuimus enim aſſurrectiones ſimplici linea peragi: nec opus eſſe eum qui ſemel ex inferioribus ad diuina per aſſurrectionis callem euolauit: denuo ad terrena & humana relabi: vtpote qui finem ſibi in diuinis feliciorem q̄ in humanis conſtituit: quiq̧ iam & ſui ipſi⁹ & inferiorum rerum oblitus: nec cupit nec vult: alia vlla q̄ diuinæ contemplationis ſatiari alimonia. Hanc enim alimoniā (etſi ſemper vbertim affluentem: etſi ſumme exuberantem/etſi præter menſuram ac modum/implentem ſitibundum mentis hyatum) is qui eam deo coniunctus in archano quodam exceſſu prægustarit: nunq̄ faſtidit. Quapropter depreſſiones ac deflexiones mentis: earū aſſurrectionibus contrariæ: vt ſuperuacaneæ & inanes merito a ſacra theologia repudiātur. Quid enim profuit Hebræis (q̧ ī Aegyptum ex qua diuino ductu egreſſi fuerāt) reuerti voluerūt. In deſerto eñ mortui ſunt. Similes vero ſunt mētis aſſurrectiones: egreſſui ex Aegypto: depreſſiones aūt regreſſui in Aegyptū. Illę igitur pernecessarię: Hæ vero ſuperuacaneæ inaneſq̧ cenſeantur.

26 Sicut aſcenſus præſtantior eſt deſcēſu: ita & negatiuam theologiam conſtat affirmatiua potiorem eſſe.

Nā affirmatiua theologia/deſcenſus quidā eſt. Negatiua vero aſcenſus quidam. Aſcribimus enim deo nomina eorum quę ſunt: incipientes ab iis/quæ magis illi propinqua & ſimilia ſunt: vſq̧ ad diſſimillima & fere non entia ꝓgredientes. Satius etenī de deo enunciātur perfecta quæq̧ & ſublimia atq̧ a terrenis ſemota: q̄ terrena: q̄ abiecta & imperfecta. vt conuenientius deū: mentem: q̄ intellectum appellamus. propior quoq̧ eſt illi: intellectus: q̄ ſenſus appellatio. Qua de re affirmatiua theologia/ea ē: quæ a ſummo ente/per cuncta media: ſenſim in imum/cuncta de deo enuncians diſcurrit/vſq̧ in nihilum. Hęc enim nominibus vniuerſorū: ſummā illam diuinitatem inueſtit: nobiſq̧ eādem cunctarum rerū velaminibus obtectā expandit. At negatiua theologia: affirmatiue cōtranitens ſurſum erigitur: atq̧ ab ipſo imo non ente digreſſa: in ſummi vſq̧ entis penetralia ſcādit. Inchoamus enim negare a diſſimillimis & ſemotioribus: quandoquidem deus magis non eſt materia q̄ non eſt forma: magis non eſt ſenſus: q̄ nō eſt intellectus aut mens. Eſt ita q̧ negatiua theologia (tanq̧ quæ in ſummo ente: noſtram ſiſtit intelligentiam) affirmatiua theologia potior.

27 Quemadmodum affirmatiua theologia deum nobis ſub omnium rerum nominibus ſignis & velaminibus exponit: ita & negatiua eundē in ſignorum nuditate ac velaminū reſolutione noſtris expandit obtutibus.

Nam ſi affirmatiua theologia de deo cūcta enficiat: hæc vtiq̧ illū nobis/ſub omniū rerum noībus/ſignis & velaminibus exponit. Circūſcribit eñ celebratq̧ deum: per ea omnia quæ aut quomodolibet ſunt/aut quæ nobis cognita ſunt: vt per mentem/per intellectum/per rationem/ſenſum/animam/vitā/motū/ſubſtantiā/formā/potentiā & alia id genus. At theologia negatiua cū hęc oīa a deo ſubducat: eundē in carnaliū ſignorum nuditate: & velaminum reſolutione/noſtris expandit obtutibus. Dicit eñ deū: neq̧ eſſe potentiā/neq̧ formā/neq̧ ſubſtantiā/neq̧ motū/neq̧ vitā: neq̧ animā/neq̧ ſenſum/neq̧ rationē/neq̧ intelligētiā/neq̧ mē

tem neq̧ aliqd eloquibiliū. Magis eñ hæc deū ipſum arcano quodā nutu & penitus ineloquibili notione noſtræ mēti exponere ſatagit reſoluēs ab eo oēm ſignorū varietatē: vt hic iñ ſuæ monadis ſubſtantia: amplius vti eſt nobis dilucescat. Qua de re ſicut negatiua theologia affirmatiuā dignitate pręcellit: ita & hæc illam: tempore & acquiſitionis ordine præit. Eſt eñ negatiua theologia: duntaxat ſolidioris & conſummatioris intelligentiæ in deum ſubuectio.

28 Veram & conſummatam theologiā neq̧ in aſcenſu aut in deſcēſu: neq̧ in aſſurrectionibus aut depreſſionibus conſiſtere.

Diximus prius & aſſurrectiones & analogias: ei diuinarū rerū ſcientiæ / quā theologiā nūcupamus / permultā opem afferre: aſſurrectiones quidē magis: analogias vero minus: ꝓpterea ꝙ illę ſublimius nos euehāt: iſtę vero inferiores eſſe videant̄. Depreſſiones aūt aſſurrectionibꝰ cōtranitētes: ſuperuacaneas eſſe atq̧ penitus inanes. Præſens vero cōcluſio verā & cōſummatā theologiā: neq̧ in aſcenſu aut deſcēſu mētis: neq̧ in aſſurrectionibꝰ aut depreſſionibus cōſiſtere teſtatur. Nā hę omnes vt docuimus: haud abſq̧ digreſſione & emigratiōe ab vno in aliud fiunt. Vera aūt theologia cum ſit ęmula ꝑpetuę identitatis: nihil alietatis aut digreſſionis admittit. Eſto eñ dicat qs: aſſurrectionē a ſenſibilibus ad intelligibilia / verę theologiæ propriā eſſe: dico quoniā haud poteſt veræ theologiæ eſſe propriū id cuius terminus alter / penitus a theologia reiicit̄. Senſibilia ſiquidem entia: diuerſa ſunt ab his / circa quę ſagax theologia negociat̄. Non eſt itaq̧ aſſurrectio a ſenſibilibus ad intelligibilia: verę theologię ꝓpria. Et ita de cęteris dicendū aſſurrectionibꝰ. Et eñ q̄q̄ aſſurrectionū fines terminoſve ſupremos ad verā theologiā ſpectare fateamur: earū tamē initia / ab eius adytis volumꝰ eſſe reiecta.

29 Rurſum veram & archanam theologiam: nequaq̄ in analogiis ſitam eſſe.

Nam analogiæ etſi ad conſequendā diuinarū rerū notitiam haud parū nos iuuāt: tamen vt plurimū digreſſiuæ & æquiuocę ſunt: tanq̄ conflatę ex diſſimilibus & impertinentibus extremis. Digrediūtur enim a latere in latus: id eſt a dextro in ſiniſtrū aut a ſiniſtro in dextrū. Perinde atq̧ aſſurrectioness ab imo euolāt in ſublime. Haud vero poteſt verę & arcanę theologiæ propriū eſſe: id quod diſſimilia & æquiuoca cōpręhendit extrema: quādoquidē vera theologia vt diximus: maxime ſit vniformis: ſibiipſi cōſona: totiꝰ diſſimilitudinis & alteritatis reiectrix. Præterea cū analogiæ in quadā duorū æqualitate & pari appenſione ac ſtatera fiāt: quomodo deum ex analogia dinoſcere poterimus cui nihil eſt æquale / cuive nihil pari iure conferri queat? Eſt eñ deus cunctis rebus eminentior. Conſtat igitur veram & arcanam theologiam: nequaq̄ in analogiis ſitam eſſe.

Cum vera theologia: neq̧ in aſſurrectionibus: neq̧ in analogiis ob earum digreſſiones cōſiſtat: supereſt vt hęc in tātum vnius ſummi entis ſtabili & immota contemplatione locata ſit. 30

Et ſi ſecundū doctrinā pręcedentium deus magis vi aſſurrectionū q̄ analogiarū dinoſcatur (Magis enim in deū ex inferiorū rerū aſſurrectione euolamꝰ: q̄ liceat illū in analogiarum ſtatera & æqualiū entium bilance ac iuxtapoſitione appendere) tamē in neutra earū / veram theologiā cōſiſtere docuimꝰ: vtpote q̄ vt plurimum diſſimilia & æquiuoca extrema complectuntur. Si eñ aſſurrectionū terminus ad quē theologicus eſt: erit terminus a quo forſan longe inferior & ad theologiā penitus impertinēs. Nam qui ex materia in deum aſſurgit: dicens quoniam ſicut materia eſt vnica ſimpliciſſima & prima omnium formarum ſuſceptrix eſſentia: ita & deus eſt omnium creaturarū vnicus primus & ſimpliciſſimꝰ author: manifeſte diſſimilia extrema deū materiamq̧ compręhēdit. Spectat enim materia ad phyſicam ſcientiam: deus vero ad theologicam peritiam. Et in analogiis idem euenit: propter digreſſiones quæ fiunt a latere in latus. Qui enim formam ex numero impare: materiam vero ex pare numero: analogico calle veſtigauerit: liquet hūc ex phyſica & naturali ſciētia: digredi ꝑ latus in arith

metricam disciplinam. Quapropter in assurrectionibus & analogiis: diximus ob earum euagationes/nequaq̃ verã theologiam consistere. Superest igitur vt vera theologia/in tantum vnius summi entis vt dei: stabili & immota cõtemplatione locata sit: & vt in eo mentis statu: cõsistat: in quo mẽs nostra/neq; ab imo in altũ: neq; a medio in latꝰ discurrit: sed fixa & ĩmota circa sũmi entis statũ: vbertim serenissimis illius radiis in sua ipsius penetralia ac viscera manantibus exatiatur.

31 Verissima theologia extasis est & excessus mentis: quo vbertim diuinis fulgoribus obruta: dum intra se manet: extra se fit.


Cum oĩs motus propter quietẽ suscipiatur: manifestũ est supremã & excellentẽ quietẽ mediis motibus pręstantiorẽ esse. Atq assurrectionibus & analogiis annexus est motus: quãdoq dẽ per eas digredit mẽs ab vno in aliud. Si igit potior est status & quietudo mẽtis/q̃ motus ac discursus eiusdẽ: manifestũ est cõsummatiorẽ theologiã/versari in statu mentis diuinæ contemplationi inhærentis: q̃ in digressionibus & euagationibus eiusdem. Porro hũc nostrę mẽtis/circa summi entis speculationes: fixum immutabilem & inconuertibilem statum: q̃plurimi extasim & sacrũ ipsius mentis excessum vocauere: qui diuinæ coniunctioni atq; vnitati ꝓximus est: & per quem mens in deum/cominꝰ transit. Hoc eñ sacro mentis excessu (per quẽ & inferiora & media & sublimia queq;: & seipsam deniq; mens linquit) nihil eminentius sapientissimi theologi nouere. Nam dum ad id ꝑfectionis subuecta est contemplatrix dei mens: tum diuinis fulgoribus pro sacra alimonia & spiritali pastu vbertim obruitur: simulq; & intra se manet & extra se fit. Intra se quidem manet: dum immutabili & incõuertibili statu ac perpeti in seipsa mansione donatur. Fit vero extra se: dũ vi diuinę speculationis/in deũ trãsit. Est itaq; verissima theologia: extasis & excessus mentis: quo vbertim diuinis fulgoribꝰ obruta/simul & intra se manet & extra se fit.

32 Per solam extasim & sacrũ excessum: humana mens in angelicæ mentis æqualitatẽ & perfectionẽ scandit.

Angelica mens cũ sit diuinæ menti ꝓxima atq; attigua: propriũ quoq; eius est vt cominꝰ & absq; vllis mediis: absq; itẽ assurrectionũ & analogiarũ pręsidiis in deũ cõtẽdat. Humana vero mens/quẽadmodũ ipsa angelicę mẽtis interstitio a diuina mente separatur; ita & peculiare eius ipsiꝰ est/haud aliter in initio: q̃ discursione mediorũ: & q̃ aut analogiarũ aut assurrectionũ opecula/in deũ attolli. Vbi autẽ mens humana: cũcta media/vario discursu ptrãsiit: vbi iam functa analogiarum & assurrectionũ præsidiis: in diuinæ contemplationis statum conscendit: tum demum per extasim & sacrũ excessum/ad angelicæ mentis æqualitatẽ sese feliciter peruectã esse admiratur. Q̃diu enim aut analogiis vtitur/digrediens a latere in latus: aut assurgit/ab imo in altũ humana mens: liquet eã nondũ aut ad sublimẽ illã extasim & excessum: aut ad angelicę mentis ęqualitatem peruenisse: in qua cominꝰ & absq; vllis mediis/deum angelico more speculetur.

Omnis extasis & sacer excessus mentium: quædam est assurrectio: sed immediata & nullis mediis perfecta. 33


Præcedens & antepræcedẽs edocuerũt verissimã ac summã theologiã: trãsilire cunctas analogias & assurrectiones, vtpote quæ nequã q̃ in vllo discursu aut digressione mẽtis: sed in eminentissimo & immutabili eius circa deum statu locata sit, atq; hanc ĩmutabilẽ mentis circa deũ mansionem: extasim sacrumq; excessum vocauere: qui cunctis assurrectionibus & analogiis: gradu: altitudiẽ & dignitate eminẽtior sit. Præsens tamen cõclusio omnẽ extasim & sacrũ mentiũ excessum: quandam assurrectionẽ esse testatur: sed immediatã & nullis mediis ꝑfectam. qđ & verũ est; consyderatione vtriusq; creatæ mentis: id est angelicæ & humanæ: in deum superne intentis. Nã si diuina mens eminentior est & angelica & humana mẽte: et infinities gradu ac altitudine sublimior: manifestum est vtramq; creatam mentẽ (dum per extasim et sacrum excessum/seipsam linquens in



deum transit) ferri in altum: & assurgere a seipsa/in diuinæ mentis vnitatē. Ideo enī extasis & excessus vocat̄: qa creata mēs/a seipsa excedēs: in diuinā increatam & æternam mentē trāsit. Omnis itaq̧ extasis & sacer excessus creataꝝ mētiū: quędā est assurrectio sed imediata & absq̧ mediis perfecta. Nā mēs angelica diuinæ mēti est attigua. Hūana vero mēs ad extasim aut sacrū excessū nequaq̄ prouehit̄: donec cuncta media transcenderit sitq̧ angelicæ menti coæquata.

34 Per extasim & sacrū mētis excessū: linea naturalis ordinis diuię āgelicę & humanæ mētis: ī triāgulū cōuertit̄.

Cum ternę sint mētes & spiritalia lumina: diuina angelica humana: harū naturalis ordo quo sub seinuicē disponunt̄: rectā quādā lineā cōflat. Nā diuina mēs sicuti cæteras mētes trāsilit altitudine & eminentia dignitatis: ita est & ipsa in summo locanda. Angelica vero quæ & antiquior ē & simplicior hūana mēte ipsiq̧ diuinæ mēti vicinior: medio in loco & ordine venit statuēda. Humana aūt quæ & postrema exorta est & per angelicā in deū subuehenda: tertiū sibi gradū ac locū vendicat. Sit itaq̧ recta triū huiusmodi mentiū linea. d. a. h. sitq̧. d. diuina mēs. a. angelica h. humana: dico hāc rectā lineā/p extasim & sacrū hūanæ mētis excessum: in triāgulū cōuerti. Etenī humana mens



vbi extasi & sacro excessu afflat̄: tam seipsam q̄ corp⁹ linquēs: naturalis suæ originis & sedis locū demutat: subuehiturq̧ ad angelicā æqualitatē: in qua haud iam p angelicę mētis trāsparētiā/neq̧ lōgiore radio a deo illustrat̄: sed pari cū angelis sede donat. & sanctissimis eorū choris inserta: cominus & absq̧ vllis mediis/deū: patula & reuelata acie speculat̄. Per humanę igit̄ mētis extasim sacrū ve excessum: linea. d. a. h. (q̄ naturalē mētiū ordinē nobis ostēdit) in triāgulū. d. a. h. cōuertit̄ cui⁹ apex & summ⁹ vertex deus est: toti⁹ trianguli caput: geminis laterib⁹ ac radiis. d. a. & . d. h. vtrāq̧ a se pcreatā mētē/angelicā & humanā illustrās. Nam. d. a. radius est illustrationis angelicæ a deo. d. h. vero radius illustrationis humanæ consummatæ mentis.

Ois pfecta & cōsummata theologia: est diuina cognitio in veritate absq̧ vlla specie & accidentaria imagine. 35.

Nam oīs theologia ac diuina cognitio: aut est diuina/aut angelica/aut humana. Diuina enī lux: dūtaxat aut ipsi deo/aut angelo/aut homini cōmunis fit. Diximus nāq̧ diuinā theologiā esse: qua deus internoscit semetipsum. Angelicā qua deus angelo pellucet: diuināq̧ sciētiam in angelicę mētis speculo exceptā. Humanā vero/diuinā esse notionē seu lucē: humana in mēte radiantē. Atq̧ diuina theologia deive a seipso cognitio: perfecta & cōsummata theologia est: vt q̄ i exemplari & veritate absq̧ vlla accidētaria imagine aut specie cōsistit, cum a diuina mēte procul sit oīs accidētiū & specierū inhæsio: vt quæ seipsam nouit per seipsam: per substātialem & exemplarem id est sui imaginē: sibiipsi coessentialē. Dicit̄ enī pater seipm nosse in filio: tāq̄ in cōsubstantiali verbo & naturali imagīe. Porro angelica theologia seu diuina ab angelo cognitio: et si nullo pacto (cū sit sine proportione inferior) diuinæ theologiæ conferenda: ab accidentiū tamē & specierū varia inhæsione eximitur. Angelicæ siquidē mētes tanq̄ diuinæ mēti attiguæ: ab illius immediata/syncera et per mediū nullū collata claritate cominus illustrant̄: haurientes eā lucē: q̄ e naturali suo fonte primogenia scaturit. Humana quoq̧ theologia pfecta et consummata (Hęc enī est diuīa cognitio ab humana mēte ī angelicos subuecta choros) cū sit par angelicę theologię: ī euacuatiōe et repurgatiōe accidētiū ac specierū perficit̄: vt & amplius ex sequē

te concluſione liqueſcet.Omnis itaq; perfecta
& conſũmata theologia:eſt diuina cognitio ac
ſpeculatio in veritate / abſq; vlla accidentaria
imagine ac ſpecie.

36 Diuina & angelica theologia ſimpli-
ces ſunt;hũana vero duplex & gemia

Nam monſtramus diuinã & angelicã theo
logiam perfectas & conſummatas eſſe:vtpote
quæ fiant in ſpeculatione exemplaris & verita
tis:abſq; ſpeciebus & imaginib⁹.Diuina tamẽ
conſubſtantialiter:angelica vero inconſubſtã
tialiter.Sunt igitur diuina & angelica theolo
giæ:natura ſimplices & vnicæ:vtpote quę vel
ab æterno vel ab æui initio:ſemp ita ſe habue-
re.Haud enim per ſuiipſius æternã & aſſiduã
notitiam:ſtatum vel locum diuina mens de-
mutat:cum ſit ſemper æque ſublimis: & in ea
dem interminа altitudine locata.Angelica pa
riter mens:quem ab initio creationis ſuę locũ
& gradum circa diuinam mentem ſortita eſt:
eundẽ perpetuo ſeruat:nec aut intentione/aut
augmento diuinæ in ſe claritatis vel cognitio
nis:ſublimior fit:aut in altiorem gradum ſcã-
dit.Quod enim alicui proximum vicinum &
attiguum eſt: quo pacto illi propius aut vici-
nius fieri queat:niſi penitus illi idem vnum &
conſubſtãtiale fiat! Angelica autem mens deo
pbata eſt attigua.haud igiť põt deo fieri vici-
nior.At humana mens quæ ſecundum natu-
ram deo proxima non eſt:aſſidua illius contẽ-
platiõe mag ac magis illi ppinquat:quoad tã
dem in angelicam æqualitatem euehatur.Du
plex eſt igitur humanæ mentis ſtatus: duplex
ve theologia:quædam naturalis ſita in analo-
giis & aſſurrectionibus.His enim pręſidiis/hu
mana mens dum adhuc in naturali ſuæ origi-
nis ſede manet:ad altiora ſcandit.Alia vero ſu
pernaturalis:quam diximus in illius extaſi et
ſacro exceſſu cõſiſtere:quando linea naturalis
ordinis trium naturalium mentium:reſoluta
eſt ac redacta in triãgulum.Mens enim huma
na/diuinæ cognitionis virtute in deum ſubue
cta:dum naturalem ſui locum gradumve de-
mutat /par angelis fit.Sunt igitur diuina et
angelica theologia natura ſimplices: humana
vero duplex.

Prior humana theologia quam natu 37
ralem vocamus:in ſpeciebus & ima-
ginibus conſiſtit.Suprema vero quã
ſupernaturalẽ nũcupamus : nequaq̃.

Prior nãq; humana theologia in analogiis
& aſſurrectionibus cõſiſtit: quam naturalem
ideo appellamus:q; ex naturalibus reb⁹ vi ana
logiarum et aſſurrectionum:diuina coniicere
molitur.Suprema vero humana theologia:ſi-
ta eſt in extaſi ac ſacro exceſſu:in quo iam nul-
la media / nulla inferiora entia aut naturalia:
mens noſtra cõſpicať; ſed cũctis iis ſuperior &
eminẽtior effecta:euacuatiſq; aut ſaltẽ obũbra
tis et nuſq̃ micantibus ſpeciebus:vnius tantũ
ſummi entis ſyncerum/purum et immixtum
iubar:ſuoipſius in ſpeculo haurit.Nam quem
admodum abſente ſole:micant quidem ſtella-
rum nocturni variiq; fulgores:illo vero pręſen
ſente /mox ab ſolaris lucis immenſitate obum
brantur:deſinuntq; ſplendere : ita et quandiu
humana mens hoc in mundo conuerſatur : tã
diu (velut abſente deo naturali ipſius mentis
ſole) variæ accidentium imaginum et ſpecie-
rum ſtellę/in mente noctu ſe produnt.Vbi au-
tẽ ad angelicam perfectionẽ mens humana ſcã
dit:tum demum (diuini ſolis præſentia/illam
totam perluſtrante) faceſſunt illico nocturni
accidentium ſpecierum et imaginum ſplendo
res.Quæ enĩ ĩ hui⁹ mũdi nocte:plurima et pen
innumera conſpicať : poſtea in intellectualis
mundi diem ſubuecta:ibi tantum vnius ſpecu
latione et luce irradiatur.Prima igitur huma
na theologia in ſpeciebus et imaginibus conſi
ſtit.Secunda vero nequaq̃:ſed in cõtemplatio
ne exemplaris et veritatis.

Humana mens & analogia & aſſurre 38
ctione nititur.Angelica nequaq̃ ana
logia:ſed aſſurrectione ſola.Diuina
vero neq; analogia neq; aſſurrectiõe.

Humana mẽs cũ adhuc rudis et imperfecta
diuinarũ rerũ veſtigia et cõiecturas ex ĩferiori
bus rebus pquirit:tã analogiis q̃ aſſurrectioni
bus vt cõuenientibus præſidiis innitiť. Ange

lica autē mens: nullo pacto analogiarum præsi
dia efflagitat: neq; itē his assurrectionibus ni-
titur: quæ ex imis & variis rebus/humano mo
re petuntur. Quia tamē ipsa diuinæ menti ob
temperat: & in illam vt in suæ illustrationis so
lem vi naturalis cōtemplationis scādit: hinc is
excessus quo a seipsa in diuinā mentē excedēs
illi inseri contendit: suprema quædam eius as-
surrectio est. Porro diuina mens: neq; analogia
rū neq; assurrectionū opem exquirit. Eteñ nul
lū ens est diuinæ menti æquū: quod illi in ana
logica statera conferaƭ atq; appendatur: vel ad
quod nos ipsi a diuina mente tanq̃ a latere in la
tus: disciplinæ gratia digrediamur. Nullū in-
super est ens diuina mēte eminētius: in qđ illa
a seipsa eleueƭ: cuiusve consortium & vnionē
tanq̃ præstantioris & potioris entis efflagita-
re dicatur. Humanæ igitur mētis proprius est
& analogiarum & assurrectionum vsus. An-
gelicæ vero propriū assurgere: analogiis autē
vti nequaq̃. Diuinæ demum propriū est: neq;
analogiis neq; assurrectionibus vti.

39 Et si diuinę mentis proprium sit neq;
analogiis neq; assurrectionibus vti:
est tamen in illa magis reperire ana-
logiam q̃ assurrectionem.

Diuinæ menti nihil est æquale. Est ergo hęc
cūctis analogiis sublimior. Et quia rursum ni
hil est ea eminentius: hinc etiam ab illa assurre
ctiones sustulimus. Præsens tamen conclusio:
in diuina mente satius analogias vestigandas
esse docet: q̃ assurrectiones: idq; nō immerito.
Nam vbicunq; æqualitas inest: ibi & analogia
deesse nō potest. Atqui in deo: æqualitas inter
patrem & filium reperitur. Pater nanq; vt ve-
ritas quædā est: filius vero vt consubstantialis
eius imago: suaipsius veritate neq; maior neq;
minor. Ea igitur progressio: quæ fit a patre in
filium sese intra diuinæ substantiæ septa coer-
cens: cum haud ab imo in altum/sed a latere in
latus: & ab æquali in æquale fiat: analogiæ q̃
assurrectioni censeatur similior. Est itaq; ma-
gis in diuina mēte reperire analogiam q̃ assur
rectionē. Nam pater est vt oculus: filius vt co-
lor: spiritussanctus vt lumē. Pater est vt actus:
filius vt potentia: spiritus vt cōnexio vtriusq;
Hoc enim modo in analogia: trium diuinarū
personarum mutua æqualitas edocetur.

Vulgatior theologia est humana nō 40
omnis: sed ea quæ in analogiarum &
assurrectionum præsidiis sita.

Diximus frequenter triplicē theologiā esse.
Aliam quidē diuinā/aliā angelicam/aliam hu
manam. Vulgatior vero & magis communis
theologia: haud est diuīa id est dei a deo cogni
tio: neq; item angelica q̄ est: insita angelicæ mē
ti diuina notitia. Sed humana nō omnis: verū
ea sola ex quę analogiarum & assurrectionum
præsidiis: ad altiora scandit. Hæc enī humana
theologia ob varias nostræ mētis digressiones
& ab vno in aliud discursiones: humanis disci
plinis propior ac similior est: ea quam dixim⁹
in quadam extasi & sacro excessu ac raptu mē
tis consistere. Theologia igiƭ humana quæ est
dei ab humana mēte cognitio: & quam nostra
tes sacræ scientiæ ac disciplinæ nomine insi-
gniunt: & quam insuper nunc vt humanis di-
sciplinis consonam/nunc vt dissonam reperiri
docuimus: hæc est quæ per analogias & assur-
rectiones in latus vel in altum discurrit. Huic
enim aliquo pacto eminenter congruit & ipsū
scientiæ nomē: & obiecto seu subiecto circa qđ
ipsius speculatio versatur: non caret: q̃q̃ illi
haud satis propria sit ipsa generis appellatio/
vt sequens propositio edocebit.

Theologico obiecto: haud apte & p 41
prie cōgruit ipsa generis appellatio.

Nam genus diffinitur: quod sub se species
habet & singularia. At theologicū obiectum:
id est deus: nullam sub seipso specierum ac sin
gularium coordinationem aut rectam lineam
habet: idq; nullis differentiis/aut proprietati
bus/aut accidentibus variatur. Quapropter
illi aptum non est: aut competens ipsum ge
neris nomē. Magis enī deus trāscēdētis q̃ sum
mi alicui⁹ generis noie honoraƭ. Nā sicut hu-
manę disciplinę summa aliqua & prima sui or
dinis genera trutinanƭ: ita & theologica scien
tia primis summisq; gn̄ib⁹ sublimior: trāscēdē
tia sibi vēdicat circaq; ea negociaƭ. Vnde fit vt


iterum catenus ab humanis diſciplinis diſſonare theologia probetur: qua generis non eſt / ſed tranſcendentis ſpeculatrix.

42 Theologia vt plurimũ fœcũdior vberior & multiplicior eſt in ſilentio q̃ in ſermone: adeo vt quantomagis ad alta cõtẽdimus: tãto noſtra magis faſtiget oratio: quoaduſq; in deo penit⁹ ineloquibili & ineffabili obmuteſcat.


Id quod præſens proponit ſtatim ita ſe habere: ex ſolius pyramidis natura deprẽhendit. Nã pyramidis figura ſenſim ex quadã partiũ differẽtia & amplitudine ſuarũ baſiũ in apicẽ vnũ inſectilem cõſurgens: ibi tandẽ deſinit vbi nulla eſt amplius partiũ differentia ac diſſidẽtia: ſed vniformis earũ in ſumma quadã & eminẽtiſſima monade coincidẽtia & glomeratio. Ita igit̃ & ſermones noſtri atq; orationes (quã diu humanis adhuc incumbimus diſciplinis) pro natura varietate ac differentia ſubiectorũ varii / lati / diuerſi & fuſi ſunt. Aſt vbi humanas linquẽtes diſciplinas: in q̃plurimis inuia & ardua theologiæ ſepta irrumpimus: nos eueſtigio & ſingularium & ſpecierum & generũ turba deſerit: occurritq; nobis id duntaxat vnum quod omnia trãſcendit: quod cũ ſimpliciſſimũ ſit & partiũ expers: carens inſuper generibus / ſpeciebus / ſingularibus / differentiis / proprietatibus & accidentibus: manifeſtum eſt in illo ipſo nõ modo contrahi: ſed penitus ſilere & obmuteſcere orationẽ noſtrã. Quo eñ mõ nõ in illo obmuteſcet ſilebitq; noſtra oratio: qui partes orationis vt genus / ſpeciẽ / differẽtiã & reliqua hmõl p̃dicabilia iſinities excedit? Oĩs nẽpe hũana oratio: aut de genere aut ſpecie aut ſingulari (qđ indiuiduũ vocãt) vel differẽtiã vel ꝓpriũ aliqđ vel accidẽtariũ ennũciat. Aut itẽ de ſpecie gen⁹: aut de ſingulari ſpeciẽ vel gen⁹ effat̃. Cũ aũt deus ſit quiddã oĩa tranſcendens: liquet deũ ineffabilẽ & ineloquibilẽ eſſe: vt qui nullo ſermõe nullave (ſaltẽ humana & rationali) oratiõe explicabilis ſit. Dicim⁹ eñ humana & ratiõali dialecticave oratiõe: qa ſi quos (Nã & plurimos & imenſos) de deo formam⁹ intexim⁹ſq; ſermones: hos ꝑfecto humanos: id eſt rationales logicoſq; eſſe negamus: quod in ſequenti propoſitione proſequemur.

Theologice propoſitiones nequaq̃ ꝓprie per logicã artẽ aut cõprobari aut redargui poſſunt: ſuæq; aut veritatis aut falſitatis recipere apparentiam. 43

Simplices voces / ex q̃bus oĩs cõſlat̃ oratio ac ſermo: ſunt nũero ſeptẽ. In recta q̃dẽ linea quatuor: ſingulare / ſpecies / gen⁹ / trãſcẽdẽs. Ad latus aũt tres accidẽs / propriũ / differẽtia. Accidẽs eñ ſingularib⁹ adęquat̃: ꝓpriũ ſpeciebus / differentia generibus. Cũ vero trãſcẽdenti / ſicuti & cęteris adiaceat in lat⁹ nihil hac ratione trãſcẽdẽs reliqs & ſimplicius & liberius eſt. magiſq; ſe ſilẽtio q̃ voce reſerãdũ explicãdũq; eſſe docet. Eteñ nulla illud aut differẽtia diuidit: aut proprietas explicat / aut accidẽs ꝑmiſcet. Trãſcendẽs igit̃ hactẽn⁹ & ieffabile & ineloq̃bile manet. Q; ſi non nullas de illo ipſo ꝓpoſitiões hũano more effingim⁹: illas tñ logicis regulis nequaq̃ ſubeſſe fatemur: vtpote q̃ minime ex rationali ſubiecto aut p̃dicato cõſtant̃. Vocam⁹ eñ rationale ſubiectũ aut p̃dicatũ: vniuerſalẽ cõmunẽq; vocẽ: q̃ hũanis cõpetit diſciplinis: vt ſpeciẽ / gen⁹ / differẽtiã ac ꝓpriũ. Hũanę ſiqdẽ diſciplinæ & ſingularia & accidẽtia & trãſcẽdẽtia repudiãtes: in medio dũtaxat quadrato ſeſe coercẽt: vt i tetrade ſpeciei / gñis / differẽtię ac ꝓprii. Quãobrẽ ſi i hũanis diſciplinis nihil p̃ter hęc q̃ dixim⁹ quatuor ineſſe repias: neceſſe eſt pariter vt logicã (quę tanq̃ earũ miniſtra ac famula ratiõaliter & ſermone tenus diſceptãdo propoſitiones earundem: aut veras: aut falſas oſtendit) nihil etiam præter eundem quadradum moliatur;




cõficiatq̧ ex eo quadrato omnē enũciationem atq̧ syllogismũ. Cuncta insuper in eo quadrato aut diuidat: aut diffiniat: aut demonstret. Quid autē in trāscendentibus verset ac moliatur: logica nō habet. Nam hęc tantũ humanis disciplinis famulat. Vnde fit vt theologia logicę artis famulatũ dedignata: suas neutiq̄ ppositiones illius artificio subdat: vtpote quę nihil ex illius quadrato desumit: nec sese in eodē quadrato cõcludit. Haud igit ea logicę arti facultas adest: qua theologica sensa aut astruat: aut euertat: aut qua illis suę veritatis aut falsitatis apparētiā/vi & ratione sermonis largiat.



44 Theologia de deo nonnullas propositiones effingit ac format: quarum prima præcipua & simplicissima est hæc: deus est.

Docuim⁹ deũ ineloquibilē ineffabilēq̧ esse magisq̧ silētio q̄ plurib⁹ vocibus honorandũ. Attamen nihilo secius theologiā locupletissimā esse: & q̄plurimis refertā sermonibus: sed q rationalis scientiæ (quā logicen vocāt) legem trāsiliant: quiq̧ ab illa neq̧ astruant neq̧ euertant. Theologia igitur etsi in plerisq̧ ab humanarũ scientiarũ lege & ordine desciscere monstrata sit: hactenus tamen illis adhuc astipulatur: qua prima pręcipua & simplicissima illius enunciatio: est per quam ipsius obiectum vt deus astruitur in esse. Commune enim est omni disciplinæ: inchoare ab sui subiecti & generis obiecti essentia. vt arithmetica ab hac enunciatione inchoat: numerus est. Geometria vero hinc exorditur: est magnitudo. Physica autē hoc habet initiũ: est rerũ natura siue sensibilis substantia. Nullus enim inficiabitur propositiones ipsius esse simplicis & primi adiacentis: priores esse propositionibus esse diuersi seu secundi adiacentis: quēadmodum neq̧ dyadem addubitat quisq̄: priorē esse triade. Hæ etenim propositiones quæ simplex & purũ esse dicũt (vt hæc: deus est) in dyade fiunt. quę vero hoc vel hoc aut aliud quicq̄ esse denũciāt: hę triadem complectuntur: inq̧ tryade absoluuntur. Et etsi i nulla disciplina sit quicq̄ prius aut eminentius eius obiecto: manifestũ est tam in theologia q̄ in omni humana disciplina: eam præcipuā/primā/ & simplicissimā esse prędicationē: quæ eius obiectum simpliciter & absolute esse pfitet. Est ergo pria summa & verissima theologica hæc assertio: deus est: a qua omnis reliqua enunciatio deriuatur ac pendet.



Hæc theologica enunciatio deus est 45 tam a cunctis necessaria & per seipsam nota probatur: vt non sit si est deus percontandum.

Nā in omni disciplina: id aut dignitatis/autē principii/aut suppositionis honorem sibi vendicat: quod illius obiectum simpliciter esse pronunciat: vt Arithmetica dignitas aut suppositio est: numerũ esse: idq̧ ratione firmare Arithmeticus haudquaq̄ attētare audet. Hoc enī in cunctis demonstrandis: vt principium/vt summe necessarium/vt per se notum subsumit supponitq̧. Erit igitur & hæc etiam theologicarum dignitatum summa eminētissima & prima: quæ deum absolute esse profitetur atq̧ enunciat: hæc inquam deus est: quam remur summe omnium necessariam: nostræ per

contationi minime ſubiiciendam. Vnde fit vt idipſum quod eſt deũ eſſe: nulli ſenſui adapertum peruiumq; ſit: neq; etiam ratione demonſtrabile: niſi forte ſecundum accidens ex inductione quadam vel analogia. Ex inductione: vt cum ex creaturarum multitudine colligimus creatoris vnitatem: & ex omni contingẽtia & poſſibilitate rerum mundanarum: ſummã aliquã earum neceſſitatem. Ex analogia vero vt cum arguimus hoc pacto. Sicuti nullus eſt numerus niſi a primogenia ortus vnitate: ita & nullam eſſe creaturam / niſi quæ ab aliquo vno pricipio per ſe & primo emerſerit. Et ſicut nullus eſt numerus qui ſimpliciter & omnino ſit primus qui non ante ſe / habeat vnitatem: ita & nullam eſſe creaturam / quæ ſit ipſum vere vnum omnium primum: et cui non præſit id vere ens quod monadi in analogia reſpondet.

46 Theologia hac etiam in parte humanis diſciplinis diſſentit: qua proprio de obiecto vt de deo nec interrogat: nec ediſſerit quid eſt

Nulla humanarum diſciplinarum: ſi eſt eiꝰ obiectum aut interrogat aut demoſtrat: quid tamen id ipſum eſt aperte diffinit: q̃q̃ diffinitionem ſeu ſubſtantialem ſui obiecti rationem demonſtrabilẽ non eſſe fateatur: vtpote quam principii loco: ad alia pleraq; demõſtrãda vſurpare ſolet. Manifeſtum vero iam ex ſuperioribus euaſit theologiam in hoc ipſo cunctis humanis ſcientiis aſtipulari: q; de obiecto proprio vt deo: addubitare aut ignorare ſi eſt / nefas eſſe arbitratur: vult q; inſup illud idem interrogabile nõ eſſe. Ab humanis autem diſciplinis in reliqua parte vt in interrogatione quid eſt deꝰ abſcedit ac differt. Hanc eñ interrogationem theologus / vt ſtolidã / vt inſipientẽ / vt irrationabilem explodit: cum tamẽ in humanis diſciplinis: par de illarũ ſubiectis obiectiſue ſciſcitatio / perq̃ rationabilis & ratione digna cenſeat. Neq; enim aſpernabitur arithmeticus ſciſcitãtem quid numerus eſt: ſed illi mox numeri rationem exoluet. Aſt poſtulãtem quid deus eſt: haud fere minus q̃ ſi eſt deus addubitantem / & plane ignorantem theologus (tanq̃ amentem & extra ſe factum) illico temeritatis arguet. q; is deum / quaſi finitum quiddã: humana ratione ſicuti & cætera comprẽhẽdi explicariq; poſſe: temere crediderit. Vnde fit vt interrogationes de deo ſi eſt & quid eſt: & ſimillimæ & diſſimilimæ eſſe videantur. Simillimæ quidẽ: quia ambæ ſubticendæ nec ab aliquo theologorum proponendæ. Nam ruborẽ potius & verecundiam percontanti incutiunt: q̃ reſponſionem elicere promereantur. Diſſimillimę vero quia earum altera id quod ſumme neceſſarium / altera vero id quod ſumme impoſſibile eſt percontatur. Quid enim magis neceſſarium: q̃ ſcire ſi deus eſt? Inſuper & impoſſibiliũ quod maius: q̃ quid ſit deus explicuiſſe?

Omnium humanarũ diſciplinarũ genus ſubiectum: haud eſt genus naturæ: ſed ſolius rationis & intelligẽtiæ. 47

Aliud eſt quod ſecundũ naturã dicit: aliud quod ſecundũ rationem & intelligentiam. Humanæ eñ diſciplinæ cum nequaq̃ ſint naturales ſanctiones: ſed adinuẽtiones & excogitationes hũanę rõnis & ĩtelligẽtiæ: hinc penitus diuerſa ſunt ea / quæ ſcundũ naturã & q̃ ſecũdũ rationẽ dicuntur. Secundũ eñ naturã Dauid genus eſt Chriſti: vtpote inter quẽ & Chriſtũ: ſub recta generationũ linea / alii q̃plurimi viri illiꝰ filii: & huiꝰ patẽtes interſunt. At vero ratione & ĩtelligẽtia: Dauid nõ eſt Chriſti genꝰ: quãdoq̃dẽ illi generi ratio haudquaq̃ cõgruit. Haud eñ Dauid ad Chriſtũ: ſecundũ q̃d enunciat. Numerus aũt: arithmeticũ genꝰ eſt / ſecũdũ rationẽ. Huic eñ ipſiꝰ generis ſuppetit ratio: cũ de pari & impari ac cæteris ſpeciebꝰ / ſecundũ quid enunciet. Sunt itaq; omniũ humanarũ diſciplinarũ genera ſubiecta: haud genera naturæ: ſed ſolius rationis & intelligentiæ.

Theologicũ obiectũ haud genꝰ eſt rationis & ĩtelligẽtię: ſed naturæ genꝰ. 48

Nam theologicũ obiectũ: deus eſt. Atq; deo nequaq̃ ipſius generis cõpetit ratio. Haud eñ deus in eo q̃d quid eſt: de creaturis prædicat. Non eſt igitur deus / genus rationis & intelligẽtię. Porro deus radix eſt & naturalis author omniũ eorũ quæ ſunt: quas creaturas appella-

mus. Etsi enim deus haud apte & proprie illas genuisse dicat: apto tamen & cõgruo noīe illas peperisse & procreasse censeat. Deus igit̃ vt au thor & creator vniuersorũ: vt omnia cõseruās in esse: vt itē is/q cunctis substātialiter præest: & sub quo naturales oīm coordinatiões versan tur: merito gen⁹ naturę vniuersorũ vocet. Est eñ genus naturæ aliquorũ: id qd ea quomodo uis peperit ac genuit. vt Dauid genus est Chri sti: deus genus vniuersorũ. Et nõ mõ deus ge nus est oīm: vt author & creator eorũ: sed etiā vt cũctorũ pater a sacris scripturis passim cele brat. Nā & ipa diuinitas de seipa hoc psudit elo quiũ. Ammõ inqt patrē vocabis me & post me igredi nõ cessabis. Est igit̃ theologicũ obiectũ haud gen⁹ rõnis & itelligētię: sed gen⁹ naturę.


49 De deo si est & quid est ideo nõ pcon tamur: qa illud ad summe necessariũ hoc vero ad q̃maxime ipossibile tēdit

Nā diximus si ē & qd est: de deo hactenus esse simillima: qua ambo neq; interrogāda neq; respõsione digna: sed poti⁹ cũ interrogātis ru bore explodēda. Hacten⁹ vero vt dissimillima qua hęc si est de⁹: qddā summe necessariũ expo stulat. Hęc vero qd est de⁹: efflagitat id qd ma xime ipossibile sit. Nā si est de⁹: tā cũctis notũ manifestũq; esse debere theolog⁹ autumat: vt a nullo sanę mētis viro eā de deo formādā citā dāq; questionē prestet. Et rursum qd est de⁹: id eodē modo credit oībus psuasum: nesciri illud posse: vt a semetipso eādē quæstionē tāq̃ irritā inanēq; merito repudiet: seq; putet haud ab re haberi ludibrio: siqs qd deus est ab eo pcontet. vana eñ pfecto est ea q̃stio: cui ab oībus satisfit queve cũctis e rebus exoluit. Nec minus cassa irritaq; putāda est/cui nulla satis pstāt: queve reb⁹ nullis exatiat. Ast questio si est tanq̃ summę necessitatis expostulatrix: inuenit ex cũctis reb⁹ quo pacto ipsi palā satisfiat. Nā si vllā crea turarũ esse pdixeris: cõtinuo & deũ esse fatea ris oportet. Quæstioni aũt qd est qd satis pstet quodve illā exatiet nihil cõperio. Etenī ex nul la creatura qd sit deus elicere valemus. Vnde fit vt siquę de deo pcõtatiões formādę sint: ma gis hę circa media q̃ circa extrema sint exigēdę

Quæstioni { Si est deus: omnia / Quid est de⁹: nulla } Respondēt cũ docuerimus irrationabiles & respõsione in dignas esse quęstiũculas: q̃ de deo extrema, hęc inquā si est & quid est (hoc eñ impossibile illud vero necessarium) percontantur. Nam huic q de satisfacit nihil. Illi vero ab vniuersis respon detur: occurritur: satisfit.

Deus ex cunctis rebus arguitur sum ma esse necessitas: q̃q̃ is ad nihil ali ud q̃ ad seipsum sub necessitatis vin culo adalligetur. 50

Nam quicqd est pręter deum: excedit a ne cessitatis lege: estq; quodlibet aliud a deo cõtin gēs & possibile nõ esse: vtpote qd etiā a deo cõ tingenter & nulla necessitate pepēdit. Dicim⁹ ergo si deũ & creaturā seorsum ac diuisim sum pseris: hoc pacto sub ratione & consideratione absoluta: neq; deũ forsan vt summā necessita tē: neq; creaturā vt quādā illius contingentiā posse coargui. Si vero ea adinuicē cõtuleris: & creaturarũ ex deo ortũ speculabere: rũ mutua amborũ collatione/duplicē nodũ & cõsequētiā exoriri. Aliũ quidē nodum naturæ: imbecillũ/ infirmũ/vltroneum/contingentem. Alium ra tionis: firmũ/stabilē/necessariũ. Primũ eñ vin culũ est a deo in creaturā: p qd de⁹ oī creaturæ ipsum esse: vltro sponte/& nõ necessario est im pertitus. Secũdũ vinculũ est a creatura in deũ: per qd rationabili argumento atq; syllogismo ex esse creaturæ/necessario elicuimus esse dei. Sit enim circulus .d.v.c.n. sitq; .d. deus, .c. crea



tura.v.voluntarium.n.necessarium. Dico quoniam arcus.d.v.c.infirmum dei & creaturæ vinculum ostentat: per quod a deo creatura cõtingenter & voluntarie pependit accepitq; esse. Arcus autem.c.n.d.necessarius nodus est amborum: per quem si est creatura: necessario arguitur esse deus. Diuinum enim esse per naturam contingentem & mere voluntariam/ipsius creaturæ intulit peperitq; esse. At e diuerso esse creaturæ: per rationem necessariam: diuinum esse infert. Ergo sicut ab initio digressio facta est/a deo ad creaturam per naturalem arcum contingenter: ita & a creatura in deum fit reciprocatio per rationis arcum sub necessitatis vinculo. Vtrumq; enim esse: vtriusq; aliquo pacto causa est: & vtrunq; vtriusq; illatio. Sed increatum creati: naturalis est & contingens causa. Creatum vero increati: rationalis & necessaria præmissio. Quandoquidem ita arguere licet; quia est deus: cõtingenter & possibiliter esse creaturam. Si vero creatura est vlla: necessario esse deum.

51 Potest deus probari absolute & per se summa esse necessitas: sepositis seclusisue ab eodem cunctis creaturis.

Nam seclusis a deo oibꝰ creaturis: solus deus manet in esse: in quo semp eodẽ modo antea se habuit nihil ab ipso creaturarũ ortu: aut immutatus aut imutãdus. Sit em̃.d.deus.c.vero creatura: hoc pacto ex collatione amborũ diuinã cõclusimꝰ necessitatẽ.


D Possibile. C

C Necesse. D

Qm̃ iquã si est d.possibile est esse.c. Si est aũt.c.necesse est eẽ.d Præsentia em̃ dei possibilitatẽ elicit creaturæ. Præsentia vero siue substãtia creaturæ: diuinã necessitatẽ pfert. Põt em̃ esse.d.sine.c. At nõ.c.sine.d.nusq̃. Quia igiẽ põt.d.eẽ sine.c.cõsequẽs est/vt fuerit aliqñ.d.sine.c. Frustra em̃ ẽ oĩs ea potẽtia: q̃ ad actũ reducibilis nõ ẽ. Hęc aũt potẽtia essendi.d.sine.c: cũ i pñsenti tẽpore: ad actũ minime reducaẽ. (Nã.d.nõ est nũc sine.c.q̃q̃ p absolutã sui potestatẽ annihilãdo.c.possit.d.eẽ sine.c.) opus ẽ vt pterito aliquo tẽpore vel ęuo hæc possibilitas p se essendi/suũ actũ sortita sit & vt fuerit aliqñ.d.sine.c.id est deus p se/solus/absq; vllis creaturis subsistens. In hoc igiẽ primo ęuo/i quo singularis extitit deꝰ: anteq̃ qcq̃ extra se lucis aut exterioris essentiæ pfudisset: summa illa dei absoluta & eminẽs necessitas ẽ elicienda. Quãdo quidẽ diuina necessitas quę ex creaturarum substãtia & præsentia proferẽ longe minor atq; inferior sit/q̃ vt absolutam dei idẽtitatem ac necessitatem quæ semper antea eodem modo se habuit/attestari sufficiat.

Ex pseitate (vt ita loquamur) dei: amplior & verior eius necessitas atq; idẽtitas q̃ ex creaturis demonstratur. 52

Hãc ad maiorẽ præcedẽtis adiecimꝰ explanationẽ. Vtimur aũt in ea ficto (tãetsi forsan grãmaticis incõmodo & inelegãti) vocabulo abstracto: quo vt plurimũ Remũdus Lulliꝰ vti solet: hoc est perseitate quã ita diffinimus. Diuina pseitas ẽ dei a cũctis creaturis abiũctio ac sepatio: eiusq; p se subsistẽtia. Quia em̃ deus solus ęternus est: & in ęternitate singularem habẽs mãsionẽ: sit linea ęternitatis.d.c.e.signetq; vt priꝰ.d.deũ.c.creaturã.e.vero qcqd voluerĩ. Cũ possit vt diximꝰ deus esse sine creaturis: licet hãc potẽtiã vestigare in aliqua saltẽ totius ęternitatis parte/fuisse ad actũ reductã. Hęc eĩ potẽtia: nũc (subsistẽre deo cũ creaturis/i pñtis tẽporis discursu) haud est in actu. Nã.d.nõ est sine.c.q̃uis p absolutã vt diximus dei potẽtiã: possit nũc quoq; esse.d.sine.c. Qd ergo nũc nõ est: fuit aliqñ. Fuit em̃ nõnũq̃.d.sine.c. Sit itaq; linea alia.f.g.sitq;.f.instãs creatiõis & originis



primę creaturę vt angeli: q repẽte ad esse pcessit. Cũ angelus sit imortalis: hic subsistit in toto.f.g.id est in æuo pręsenti: qd nulla finieẽ periodo. Ante.f.aũt nulla omnino fuit creatura: sed deus solus/singularis/vnicus/semp/idem & eodẽ mõ se habens/abiunctus a creaturis. vt in parte.d.c.per quã linea æternitatis.d.c.e.lineã f.g.(quæ est creaturarũ æuum) transcendit. Est igiẽ linea.d.c.(carẽs qdẽ initio: habẽs tamẽ

finē)perſeitas ſiue tranſcendētia dei:in qua ꝑbatur deus fuiſſe per ſeipſum:nullius indigus ſibi ſufficiens/ſumme neceſſarius/in ſeipſo ſolo manēs.Manifeſtū igiť eſt ampliorē/veriorē & abſolutiorē dei neceſſitatē ex diuina perſeitate ac tranſcendentia inferri:q̄ ex creaturis.

53 Creaturarū ortus etſi diuinā perſeitatem ſuſtulerit:diuinum tamen ſtatum nequaq̄ immutauit.

Edocuimus in ſuperiore cōcluſione duplicē eſſe dei ſtatum:vnū in quo abiunctus eſt a creaturis:aliū in quo cōiunctus eſt iiſdem.Secretꝰ eñ fuit deus a creaturis toto ęuo primo:quod clauditur puncto.c.Coniunctus vero erit toto ęuo ſecūdo:qđ a puncto.c.& ipſo creationis initio/in æternū ſuccedet.Manifeſtum igitur eſt deum:qui ab æterno ſolus/ſingularis/vnicus & per ſe fuit:in initio ſecundi æui vt in puncto c.exortu creaturarum deſiiſſe eſſe ſolum/ſingularem/vnicum & per ſe.Cœpit eñ in pūcto c.ſocialis & coniunctus eſſe.Dicimus inſup ab ortu creaturarum:neq̧ quicq̄ ablatū ſubtractūq̧ a deo fuiſſe:neq̧ quicq̄ illi eidem aduētaſſe.Quēadmodū neq̧ viro alicui ortus filii:aut addit:aut demit ab eo aliquid:ſed duntaxat is pater eſſe incipit:q antea non pater fuit.Deſiit item ſolus eſſe in domo & cœpit ſocialis eſſe cū filio:qui antea ſolus aut ſine filio in domo ſedebat.Ita profecto:creaturarū ortus deo rem nullam impinxit nouā:aut rem aliquam ab eodē abſtulit:ſed duntaxat diuinæ ſingularitatis & ſocialitatis rationes/ac nomina immutauit.

54 Duos eſſe per ſe eſſendi modos.

Duobus præcipue modis:nōnihil eſt per ſe.Aut enim per ſe:id eſt non cū alio:ſed ſingulariter & ſine alio ſubſiſtens.Aut per ſe/vt plerūq̧ in ſubſtantiarum rationibus:id eſt non in alio.Vtroq̧ aūt horū modorū:competit deo per ſe eſſe:vt cuius verā & præcipuā perſeitatem:in primo concluſimus æuo.Hic eñ fuit ab æterno ſolꝰ:ſine alio omni ente diuerſo:ſeparato:& incōſubſtantiali.Et cū idem ipſe ſit prima ſubſtātiarū:imo vero ſupra oēm ſubſtātiā:& vera oīm ſubſtantiarū ſubſtātia:oīmq̧ entiū fulcimentū & immutabilis ſtatus:omnia in ſeipſo fulciēs & ne a ſeipſis decidāt/ea in eſſe cōtinēs:quomodo nō in alio non ſubſiſtet? Neceſſe eñ eſt id in quo ſtabiliuntur fulciunturq̧ vniuerſa:in nullo alio/q̄ in ſeipſo reſidere.

Creaturarum ortus primum duntaxat dei per ſe eſſe ſuſtulit:ſecundum vero nequaq̄. 55

Hæc ꝑponit duo per ſe eſſe dei:de quibus ſumus in præcedente loquuti.Primū eñ per ſe eſſe dei:eſt quam vocamus perſeitatē & ſingularitatem dei:quę deo affuit tantum in primo æuo/ab æterno.in quo vnicus/ſolꝰ/ſingularis:omnes creaturas anteceſſit.Hoc autem primū ꝑ ſe eſſe dei vt antepræcedens edocuit:in æuo ſecundo per creaturarum ortum & acceſſum euanuit:vtpote in quo ſocialis deus euaſit.Secundum porro per ſe eſſe dei:eſt quo illum probamus ſummā eſſe ſubſtantiam:in ſeipſa ſola & in alia nulla/ſtabiliter atq̧ immote reſidentem.Dicimus igitur deum quoad iſtud ſecundum per ſe eſſe/quod eſt nō eſſe in alio:eodem quoq̧ modo nūc ſeſe habere:& ita ſemp toto ſecundo æuo habiturū:ſicut totius primi æui diſcurſu ab æterno ſe habuit:nec aliquo pacto in hoc ſecūdo per ſe eſſe:aut re/aut ratione/aut nomine immutatū aut immutandū.Vt enim ab æterno ſtetit in ſeipſo ſolo:ita & nunc in ſeipſo manet.Nec aliam vnq̄ vllam:q̄ propriam ſedem & in ſeipſo manſionem diſquiret.

Deus & habet eſſe cum creaturis:& non habet eſſe in creaturis. 56

Nā deſiit deꝰ eſſe ſolꝰ:īcipiēs eſſe cū creaturis.Nō tñ ita cœpit eſſe ī creaturis:vt deſierit eſſe ī ſeipſo.Diuina eñ bonitas nūq̄ ſeipſā deſeruit:q̄(vt diuus Dionyſius teſtať)q̄q̄ in nobis benigniſſime multiplicetʼ & pdeat:manet tñ intra ſemetipſā firmiſſime ī ſua immobili identitate ſtabiliter fixa.Hæc ſanctus ille de perpeti & īmutabili deitatis in ſeipſa manſione.Q̧ ſi ita obieceris:Deus in hoc pſenti æuo:cōiunctꝰ eſt:& ſimul cū creaturis:ergo & ipſe idem/habitat manetq̧ ī creaturis:cum qcquid alicui rei coniunctū eſt:in illo quoq̧ eſſe videatur:Huic inſtātiæ duplicē opponimus cōiunctionis modū:vnū realem:aliū temporalē.Realis alicuius

cum alio coniunctio & copula:est eorum quæ
vnũ aliquid conflant: vt animę & corporis. Tẽ
poralis autem duorum coniũctio: est eorũ pro
pria quæ simul id est in eodem tempore & ęuo
subsistunt. quo pacto deũ fateri libet nũc crea-
turis esse coniunctũ. hoc est deum nunc esse &
subsistere: quando quove in tẽpore vel ęuo sub
sistunt & creaturæ. Hoc eñ modo dicim⁹ deũ
qui in primo æuo fuit solus & abiũctus a crea-
turis: nũc esse socialem & creaturis cõiunctũ.
Attamen hæc coniũctio nihil ideo arguit deũ
esse in creaturis: ad eũ modũ quo anima in cor
pore. cum nequaq̃ deus hoc pacto creaturis in
hæreat: aut cum iisdem vnum aliquid conflet
quo anima corpori cernitur alligata. Constat
igitur deum iuxta primum per se esse immu-
tatum. iuxta secundum vero per se esse (quod
est esse in seipso) nequaq̃ immutatũ. vtpote q
cum prius extiterit: nõ cum creaturis sed pri-
mo modo per se: nũc cũ creaturis subsistat. Et
qui rursum cum prius steterit manseritq̃ ĩ se
ipso: nũc etiam in seipso resideat vt & prius in
seipso mansit.

57 Aliquo etiam modo dici potest deus: esse & residere in creaturis.

Duplici modo: deus esse & residere in crea
turis reperitur. Vno naturali/alio supnatura
li. Naturali modo & absq̃ naturalis ordinis &
seriei immutatione: dicitur esse & inhabitare
deus in cunctis creaturis: secũdum virtutem.
per quã dat omnibus esse: aut oĩa continet sal-
uatq̃ in esse. Non enim creaturæ / sunt id ipm
qd est deus. cum alia sit substantia creatoris/
alia substantia creaturarum. Sed cum de⁹ esse
dederit creaturis: illius virtus iisdem ipsis in-
est: idq̃ quod sunt: virtute solius dei sunt. Et
hoc essendi modo: deus præclarius in superio
ribus creaturis vt ĩ angelis & hominib⁹: inha
bitare a sacris eloquiis ꝑdicatur: vt qui vi spi-
ritalis luminis & propriæ agnitionis: in illorũ
animis sacrum sibi & immaculatum præpara
uit habitaculum. Hac enim de causa soli ange
li & homines: præ cæteris creaturis vt diuinæ
imagines celebrantur. Hinc etiam illud a sa-
cris eloquiis ꝓmulgari audim⁹: de⁹ nõ in tem
plis manufactis habitat: quasi intelligi velint:
habitat in templis non manu & arte aliqua cõ
structis: sed in naturalib⁹ templis: quorum so
lus deus artifex est: vt in mentibus hominum
atq̃ angelorum. Reliquus autem modus quo
supernaturaliter habitat in creatura deus: in i
carnatione diuini verbi & in persona Christi
filii dei reperitur. Habitat enim deus in huma
nitate Christi/non tantũmodo secundum vir
tutem: sicuti in cæteris hominibus: sed veraci
ter/sub reali & substãtiali sui verbi præsentia:
perq̃ syncerã atq̃ integerrimam suæ diuinita
tis cum humanitate copulã. adeo vt sicut ani-
ma & corpus sunt vnus homo: ita & dei verbũ
& integra ac tota humanitas sunt vnica perso
na Christi. Recensuimus igitur ꝓclaros duos
modos: alium naturalem/alium supernatura
lem: alium item virtute solum/aliũ vero sub-
stautiali præsentia: per quos tuto effari audea
mus/deum suis creaturis inesse: & in illis ma-
nere.

Nihil est præter deũ: cui iuxta vtrũ- 58
q̃ duorum per se essendi modorũ cõ-
petat per se subsistere.

Nihil est aliud a deo: cui prim⁹ per se essen
di modus/id est esse sine omni alio/competere
possit. Is enim per se subsistẽdi modus: soli deo
proprius est. Nam soli deo non tamen semper:
adest id per se esse: vtpote qui in secundo æuo
desiit hoc pacto per se & non cum alio esse. Por
ro cum deus ęternus & immutabilis sit: hic ab
ortu creaturarum nullatenus in proprio esse
aut substantia immutari potuit. vt qui sicut
semper fuit: ita & nunc est/& perpetim futur⁹
est. Nulla igitur creatura iuxta primum per
se essendi modum/per seipsam: id est non cum
alio/& sine alio quouis ente eẽ potest. Et si eñ
deus haud semper fuerit cum creatura: sed fu
erit aliquando sine creatura: non tamen econ
uerso aut fuit/aut est/aut erit aliquando crea
tura absq̃ deo. Secundo autem per se essendi
modo: vt non essendi in alio: creaturas om-
nes per se esse/fatemur. Id enim haud aliud est
q̃ dicere creaturas esse substantias per se subsi
stentes.

Creaturæ non sunt verę substantiæ. 59

Creaturę nequaq̃ verę/sed vmbratiles substantię sunt.vtpote vnius verę & increatę diuinæ substantiæ exigua vestigia.Quo eñ modo veræ substãtię dicẽt:q̃ fere neutro p se essendi modo sunt p se? Nã primo vt docuim⁹ nõ p se nõ sunt:cũ a deo/minime separi queant:aut possint eẽ/qñ nõ sit deus.Secũdo quoq̧ p se essendi modo:non veraciter per se esse dinoscuntur.cum dixerimus omniũ creaturarum fulcimentum/ac naturalem sedem esse deum.vt q omne suum opus in seipso librat/continet/ac defert. Non sunt igitur creaturæ: veræ substantiæ.

60 Solus deus:est vera substantia.

Vera enim substantia:est quę sibi sufficiẽs: alio nullo/vt subsistat eget.Haud plura ad verę substantiæ rationem sunt necessaria:q̃ quæ vtrũq̧ per se essendi modum complectantur. Qđ enim vt subsistat/nullius est indigum: id illico vtroq̧ modo per se esse iudicatur.Nõ eñ ex præsẽtia & subsistentia creaturarum:probatur illarum indigus esse deus.vt quas nulla necessitate & impellente vrgenteq̧ nullo; sed sola voluntate & vltronea bonitate produxit. Solus igitur deus est vera substantia.

61 Inter deum & creaturam ita se habet ratio in vbi:sicut in quãdo:se habere probata est.

Quando & vbi:omnium fere rerum circũstantiæ sunt.quandoquidem de cunctis entibus interrogare liceat:qñ sunt aut vbi sunt. Quando enim tempus aut durationem terũ: Vbi vero locum ac mansionẽ eorꝫ expostulat. Porro ostensum superius est: quomodo inter deum & creaturam/se habeat ratio in quãdo: hoc est in duratione & existentia temporis vel ęui.Diximus enim a deo in creaturam: esse dũtaxat possibilem consequentiam. A creatura vero in deum/esse necessariã hoc pacto.Si de⁹ est: possibile est esse creaturam.Si est autẽ creatura:esse simul deum oportet. Hæc ergo sunt argumenta/hæ rationes & consequẽtiæ:inter deum & creaturam/in eo quod est quando.Et eñi nõ in oĩ qñ:siue in oĩ duratiõe dei:oportet creaturam interesse.In omni tñ quando/duratione & existentia creaturæ:deum inesse & cõexistere necesse est.Proponit itaq̧ præsens conclusio inter deum & creaturã:ita se habere rationem in vbi sicut in quando se habere ostensa est:id est Sicubi sit deus:haud ideo oportere ibidem creaturam inesse:sicubi tñ sit creatura:ibidem necessario/aut substantia aut virtute oportere esse deum.Inter enim deũ & creaturam:fieri potest loci & mansionis abiũctio/ dũtaxat ex parte dei & non ex parte creaturę. vt quã semper & deceat & oporteat:nonmodo in quando & duratione:sed & mansione & loco:coniunctam counitamq̧ esse suo authori. Dicimus nempe in duratione siue in quando: duplicem esse dei statum.alterũ secretũ a craturis:vt in primo æuo/alterũ coniunctum iisdem vt in æuo secundo.Quãobrem paria quoq̧ in vbi dicere licet: deum inquam in primo æuo a creaturis:loco & mansione fuisse abiunctum atq̧ separatum.Erat enim tum de⁹: vbi non erant creaturæ.vt q̃ nondum substantiã acceperant. In secundo vero præsentiq̧ æuo/ deus vtrobiq̧:cum creaturis manet.

In vbi sicut in quãdo: aliquod est dei per se esse:nullum tamen creaturę. 62

Hæc parum a præcedente differt.Est enim paulo specialior:distinguitq̧ apertius qđ confusius illa proposuit.Qꝫ si vti volueris vocabulo quo prius vsi sumus:vt perseitate(quod est per se esse)ita præsentem intelligere debes propositionem:aliquã esse dei secundum locũ perseitatem:& eius a creaturis secretionem:sicuti est & aliqua dei perseitas in quando & duratione.Nullam tamen huiusmodi perseitatẽ localem:competere creaturis.Perseitas eñ loci & mansionis:deo affuit in primo tantũ ęuo. qui erat quidem quando nõ erant: & vbi non erant creaturæ.In secundo autem æuo perseitas dei:ex eius cum creaturis mansione & inhabitatione/apparet sublata.Id etiam fatebere ex consyderatione diuinę solius infinitatis: per quã veraciter prædicamus/deum esse vbiq̧.& neq̧ illum claudi neq̧ excludi posse ab vlla creaturarum.Immensitas enim dei:illum & ab omni creatura eximit: & rursum eundem coniungit inseritq̧ omni creaturæ. Vnde sig

vt rurſum eadẽ diuina infinitas: tollat deſtruatq; omne per ſe eſſe creaturæ / ſiue in quando ſiue in vbi. Etenim deus quia æternus: ideo ſimul eſſe prædicatur quando eſt creatura. Et rurſum quia ſubſtantia immenſus: idcirco & vbiq; eſſe recenſetur: vbi creaturam ineſſe videmus: vt qui ſuam creaturã in omne æuũ atq; in omnẽ locum comitatur: illiq; (ſalutis & conſeruationis eius cauſa) iugiter inſit⁹ & ꝓximus eſt.

63 Quidquid eſt præter deum: eſt ad eũdem vt accidens quiddam ad ſubſtãtiam.

Diximus ſolum deum / veram eſſe ſubſtantiam / veraciter vtroq; per ſe eſſendi modo ſubſiſtentẽ / nullius indigam / ſibi ſufficientem / ſeq; ipſam fulcientem. Si igitur ſoli deo competit veræ ſubſtãtiæ nomẽ: neceſſe eſt vt ꝙcquid eſt præter deũ: ſit non vera ſubſtantia: ſed collatione dei vt accidens quoddam. quandoquidem proprium eſt accidentis: ortum habere a ſubſtãtia. & ſubſiſtere haud aliter q̃ in ſubſtãtia: quæ eſt & accidentium cauſa & earũ fulctura ac manſio. Vnde fit vt ſubſtantia & accidens: proxima & lucidiſſima ſint ſigna: e qbus ad dei & alterius cuiuſlibet entis dinoſcendas differentias / facile conuolem⁹. Eſt igitur omnis creatura ad deum: vt accidens quoddã ad veram ſubſtantiam.

64 Ex duplici dei ſtatu: alio quidem ſecretionis: alio vero coniunctionis cũ creaturis: duplices ſubſtantiæ nobis palam inſinuantur.

Ex philoſophia aut naturali aut ſupernaturali (quã metaphiſicen vocant) manifeſtũ eſt duplices eſſe ſubſtantias. Quaſdam quidẽ primas / ſimplices / intellectuales / ab accidentibus ſeparatas: vti ſunt ſubſtantiæ intelligibilis mundi: vt angeli. Alias vero ſecundas / ſenſibiles / ab accidentibus minime liberas: cui⁹ ſortis ſunt hæ omnes ſubſtantiæ / quas ſenſibilis mundi captus ambituſve concludit. Has enĩ ſubſtantias: phiſicus: illas vero ſpeculatur metaphiſicus. Exponit igitur præſens concluſio palam hæc duo ſubſtantiarum genera e gemino dei ſtatu nobis inſinuari & adaperiri. Cum enim ex præcedente quicquid eſt præter deũ: ſit ad deum vt quoddam accidens: ſitq; ſolus deus vera ſubſtantia: dicimus hoc pacto e duplici dei ſtatu / vtrãq; ſubſtantiam eſſe inueſtigandam. Diuina ſubſtãtia: aut ſeparata eſt ab accidente: id eſt a creatura: aut coniuncta accidenti: id eſt creaturæ. Separata quidem in primo æuo coniuncta vero in ſecundo. Ad hunc igitur modum diuina ſola ſubſtantia nobis e gemino ſui ſtatu / vtriuſq; ſubſtantiæ gen⁹ aperte palãq; definit. Nam ſecretio dei a creaturis diuinuſq; ſtatus in primo æuo: ſeparatas intellectualeſq; ſubſtantias nobis exponit. Diuina vero coniunctio / diuinuſq; ſtatus cum creaturis in ſecundo ac præſenti æuo / ſecundas cõiũctaſq; accidentibus ſubſtantias nos rimari docet. Eſt enim omnis creatura collatione dei: vt accidens quoddam.

Rurſum per geminum dei ſtatũ: duplicem intellectum: angelicum & humanum venari: hunc quidem coniunctum: illum vero natura abiunctum. 65


Huius quæ & præcedentis par atq; eadem eſt oſtẽſio. Venare enim angelicum intellectũ a materia & accidentibus abiunctum: ex primæuo ſtatu & conuerſatione dei. Humanum vero / ſcrutare atq; infer ex eo dei ſtatu: in quo cum creaturis in ſecundo æuo ſocialis euaſiſſe probatur. Nam & angelicus intellectus ſubſtantiis ſeparatis annumerandus eſt: vt qui in lucidiſſima vniuerſi regiõe: id eſt ĩ itellectuali mundo diuerſatur. Humanus autem intellectus: & in ſenſibilium ſubſtantiarũ reſidet mũdo & cum ſenſibili ſubſtãtia / vt cum corpore / naturali vinculo alligatur. Vnde fit vt cõcinne ex rationalibus differentiis creatoris: ſubſtantialis creaturarum differentia depẽdeat. quẽadmodum docuimus e gemino dei ſtatu: duplicia & ſubſtantiarũ & intellectuum gñra eſſe perſcrutanda.

Duplex demum dei ſtatus: nobis & geminas ſubſtantias & geminos intellectus prioritate & poſterioritate diſtinguit. 66


Status dei abiunctus ſecretuſve a creaturis:prior eſt ſtatu eiuſdem cōiuncto atq̧ ſociali. Quare & ſeparatę ſubſtantię quas ex abiuncto dei ſtatu venamur:ſunt cōiunctis ſubſtantiis (quas diuina ſocialitas inſinuat) natura priores. Similiter & angelici intellectus: ſunt natura priores humanis:cum hos ex præſenti æuo:illos vero prǽterito indagemus ac perſcrutemur. Igitur percōtanti quæ ſunt natura priores ſubſtantiæ:ſeparatę/an coniunctæ: aut qui priores intellectus/abiuncti an coniūcti:haud aliud reſponſionis vice obiiciendum eſt:q̄ fuiſſe deum prius abiunctum a creaturis q̄ cōiunctū iiſdē. Nam diuina abiunctione ac ſingularitate:ſeparatæ & primę ſubſtantię nobis inſinuanť. Diuina vero ſocialitate/ac dei cum creaturis manſione:coniunctas ſecūdaſve ſubſtantias rimamur.

67 Non ſicut idem numero & ſubſtātia deus eſt in primo abiunctus æuo & i ſecundo coniunctus:ita eſt & eadem numero ſubſtātia prius abſtracta ab accidentibus & iiſdem poſtea coniūcta. Aut idem pariter numero intellectus prius abſolutus a materia & poſtea addictus alligatuſve materiei.

Diximus ex rationali differentia creatoris: realem ſubſtantialē numeralemq̧ differentiā elici creaturarum, vt ex duplici eiuſdē dei ſtatu & rationali eius differentia abiunctionis & coniunctionis:duplices elici ſubſtantias duplíceſq̧ intellectus. Alias ſepararas/alias vero cōiunctas. Quoſdā itē intellectus abiūctos:quoſdam materiei addictos. Attamen q͛d creatori competit in vnitate ſubſtātię:hoc ipſis creaturis in ſubſtātiarū diductione & reali numero propriū eſt. Idē eñ numero deus eſt:q pri⁹ erat ſolus & q nunc ſocialis euaſit. Nō aūt eędē numero ſunt ſubſtātię ſepatę & cōiūctę, neq̧ iidē numero intellect⁹:q extra materiā & q in materia cōuerſanť. neq̧ rurſum licet ſubſtantias q̄s pri⁹ ſine accidētib⁹ intuemur:poſtea cū accidētib⁹ repiri neq̧ ītellectū quē de⁹ creauit abiūctū poſtea aliq̄n īſitū vnitūq̧ materię cōſpicari. Hæc eñ ſtatuū demutatio haudquaq̄ in creatur[loců vllū ſortiť:vt aut ſubſtātia eadē/ aut idē intellect⁹ a priore ſtatu demuteť. Nam neq̧ ex abiūcta creatura:naturali ordine/fieri pōt cōiūcta. Neq̧ cōiūcta ſubſtātia:ſeſe i abiū



ctam reducere valet. Et vt hæc paulo euadanť clariora:ſit vt prius d deus.c vero creatura.d in toto primo æuo fuit per ſe/ſine c.in toto autem ſecundo: erit d.cū c. Sit ergo totius æternitatis linea e.f.g.& primum eius æuum e.f.ſecundum vero f.g. In toto e.f.fuit abiunctus deus:qui in toto f.g.reperitur coniūctus. Ex ipſo igiť d.in e.f.abiuncto:venamur angelicum in




tellectum natura ſeparatum/qui ſit A quē col loco ſub d.abiuncto & per ſe exiſtēte. Rurſum ex ipſo eodem d coniuncto in ſecundo æuo/vt in f.g.humanum intellectum venamur qui ſit h.quem ſigno ſub d coniuncto & exiſtente ſil cum c. Manifeſtum eſt eundem eſſe numero d per ſe & d cum c. Attamē haud idem eſt numero intellectus a.quem venamur ex d per ſe & intellectus h.qui nobis ex d coniūcto & manēte cum c inſinuatur.

Non modo duos eſſe creatos intelle- 68
ctus:ſed et vtriuſq̧ naturam:id eſt angelici ſimplicitatem et humani p̄mixtionem:nobis duplex dei ſtatus palā adaperit ac pandit.

Nam diximus d per se indicare nobis atq; referre ipsum a. At d cum c: adaperire nobis h. Sicut igitur d per se/simplex est & vnicum: d autem cum c, quiddam est aggregatū ex deo & creatura: ita necesse est id qđ ex ipso d simplici/per se & primo venamur/vt a: simplex esse/vnicum & primū: ab omni re alia inferiore separatum. Et ex opposito id qđ nobis aggregatum d c insinuat/vt h siue humanū intellectū: esse pariter non simplex/neq; vnicum/aut primum aut per se subsistens, sed alicui alteri: vt materiei & corpori alligatū & naturaliter annexū. Hoc em̄ pacto ex monade monadē: & ex dyade dyadem scrutamur.

69 Rursum diuinorum statuum exemplo: dici potest angelicus intellectus prius abiūctus fuisse a materia & a sensu: nunc vero & materiei & sensibus esse coniunctus.

Hæc duos coniunctionis explicat modos. Bifariam enim aliud alii coniunctum dici potest. Primo in quando/secundo in vbi. In quando enim aliquid ab alio abiūctum dicitur: qđ ortu & duratione illud antecellit: quando in quā ipsum est: cū aliud nondum est, vt deus hoc pacto abiūctus fuit a creaturis: toto primo æuo. Angelicus item intellectus: hoc modo & a sensu & a materia abiunctus aliquandiu fuit: quā diu & materiei & sensuum creationem præcessit. Nam & materia & cuncti sensus: post angelos creati & facti sunt. Coniuncta vero eodem modo dicunt: quæcūq; duratione simul sunt. Vt deus & creaturæ in præsenti æuo: in quo vere enunciare licet & esse deum & simul esse creaturas. Angelus item materiæ/simulq; cūctis sensibus: hoc pacto coniūctus appellatur: quia nunc est angelicus intellectus. Nunc itē est materia & cuncti sensus. Ad hunc igit̄ modum/cum angelicus intellectus sit & materia & cunctis sensibus longæuior atq; antiquior: duplicem eius statum rimamur: vnum abiunctionis a materia & sensibus/alium vero cōiunctionis & copulæ cum illis. Aeuum nempe angelorum: æuū trāscēdit materię. Vt si ęternitatis lineam produxeris A M S sitq; punctū



A ortus angelorum: M vero materiei creatio: erit angelicum æuum: ab A vsq; in æternū. Materiæ vero æuum ab M: in nullam vsq; periodum/inchoandū. Et spaciū A M qđ est vtriusq; æui differentia: erit angelica abiūctio. Vniuersum vero æuum materiæ angelica coniunctio dicetur. Porro aliter etiam in Vbi duo aliqua & abiuncta & coniuncta dicuntur. abiuncta quidem: cum minime sibiinuicem alligantur: vt vnum aliquid efficiant. vt deus & creatura. vt item angelicus intellectus & materia. Coniuncta vero: quando naturali vinculo sic vnum alteri cohæret vt vnum aliquid cōflet. vt humanus intellectus & corpus. Et hāc duorum coniunctionem: copulam eorūdem nuncupamus.

Non sicut angelicus intellectus abiunctione & coniunctione durationis varius extitit: ita & humanus separatione & coniunctione duratiōis aut loci variari potest. 70

Angelicus intellectus: aliquo pacto sub ratione durationis & quādo demutatus est. quā doquidem prius fuit per se/sine materia: nunc vero non est per se/sed cum materia: non tamē in materia. Est enim quādo est & materia. Porro secundum vbi idem intellectus immutabilis est. vtpote cū percōtanti vbi est: respondere liceat extra materiam. vbi fuit: extra materiā. vbi erit: nunq̄ in materia. At vero secus euenit in humano intellectu: qui quidem neutro modo a suo statu demutatur: & neq; in quādo neq; in vbi varius reperitur. Cum enim & materia & omnis sensus/humanum antecesserit intellectum (hic enim omnium nouissimus exortus est diuinūq; opus cōclusit) nunq̄ verū est dicere: fuisse humanum intellectū sine materia aut non cum materia vel non cum sensibus. Et cum materia & humanus intellectus incorruptibiles sint: hinc fit vt in omne quando: materia humanum intellectum sit comitatura & prosecutura. Nequit igit̄ humanus intellectus abiunctione vel coniunctione vlla/vllo pacto varius & mutabilis approbari. Sed & euidentiore argumento in vbi: nequaq̄ se varium ac demutabilem ostendit. Nam qui ini-

tium accepit originis in materia: perseuerabit in materia (naturali saltem ordine) coæternus. Neutro igitur essendi per se modo: humano intellectui cõpetit p se esse. vt qui semp fuerit cũ materia: & semper i illa. Nam tẽporaria mors: quæ humanũ intellectum abiungit secundũ tempus a materia accidit præter primam hominum naturam.

71 Est aliquis modus quo angelicus intellectus coniunctus: humanus vero separatus dici queant.


Hæc pauca ex libro de intellectu requirit. Diximus enim in illo angelicum intellectum attiguũ esse & proximũ deo. Humanum vero angelici medio: a deo sepositum atq; amotum esse. Diuinam quoq; lucem per transparentiã angelici intellectus: in humanum vsq; intellectum vibrari. Deum insuper solem & obiectũ esse vtriusq; intellectus. in quem vterq; intellectus: natura scandere & in eundem vi cõtẽplationis subuehi gaudet. Angelico deniq; intellectui: a natura omnium rerum inesse notitiam. illumq; ab initio: esse consummatum sapientia. Humano autem nullam a natura sciẽtiam virtutemq; inesse: sed nudum illum & oĩum ignarũ procreari. Hac ergo de cã: enũciare possum⁹ angelicum intellectum esse natura cõiunctum: humanum vero natura separatum. Ille enim a natura: suo obiecto vt deo: & ipsi sapientiæ coniũctus est. Hic vero natura: & a sui solis: vt dei cõtuitu: & ab illustri sapiẽtiæ dote separatus. Cõsideratione igi tur obiecti & sapientiæ amborũ intellectuũ: fateri licet angelicum esse coniunctum: humanum vero separatum.

72 Præpostere se habent ambo intellectus vna ex parte ad deum: vt ad suũ ipsorum obiectum: & reliqua ex parte: ad materiam: tanq̃ subiectum & fulcimentum sui.


Nam ex his quatuor ex vtroq; inquam intellectu & ex deo & materia compono Rhomboidem. dico eo fere modo se habere angelicũ intellectum ad deum: quo & human⁹ ad materiam. Angelicus enim natura coniunctus est deo: diuinaq; scientia imbutus. Humanus vero natura semotus a deo: diuinæq; scientiæ expers. Et rursus angelic⁹: separatus est a materia: cui alligatus est humanus. Interest hoc dũtaxat: q angelicus nihil vnum: ex deo & se ipso conflat. Humanus autem ex seipso & materia: hominem componit. E duobus igit creatis intellectibus: vnus vt angelicus: coniunctus est obiecto & separat⁹ a subiecto. Reliqu⁹ vero vt humanus: coniunctus quidem est subiecto & seclusus natura ab obiecto.

Non sicut humanus intellectus nititur in obiectum: ita & angelic⁹ in subiectum. 73

Oritur hæc ex præcedente; in qua dixim⁹ se eodẽ modo habere humanũ intellectũ ad deum: quo & angelic⁹ se habet ad materiã: id est separatum esse humanum a deo: sicuti & angelicus abiunctus est a materia. Hæsitabit igi tur forsan aliquis: an sicut humanus intellectus: natura nititur in deum expetitq; vt deo




vniatur: ita & angelicus nitatur in subiectũ: expetens subiecto & materię aduniri: Dicim⁹ omnem intellectuum conatum: in anteriora & alta succedere: eorumq; vultus conuerti in deum. Sit enim vt prius Rhomboidis figura ex deo & materia & geminis intellectib⁹ cõflata. quã vocamus D.A.M.H. capitales literas pro singulorum nominibus sumendo. Manifestum est lineam A D. per quam in deũ nititur angelicus intellectus: breuiorem esse linea. D.H. quæ humanum intellectum subue-



hit i deum. Mãifeſtũ itẽ eſt lineam A M (quę ẽ angelici intellectus/a materia ìtercapedo) lõgiorem eſſe linea H M. quæ humanum intellectũ/ indicat materiei viciniorẽ eſſe angelico. Amborum igitur intellectuum natura: eſt niti a ſeipſis ĩ deum: vt ab A. in D. & ab H in D. Nã finis & obiectum ſpeculationis amborum: eſt ipſum D. Neutri autem intellectuũ / propriũ eſt niti aut retrogradi in ſubiectum/ſiue in materiam. vt ab A. in M. aut ab H in M. quandoquidem a materia (quæ a deo ſepoſitiſſima eſt tenebriſq & priuationi non entis vicina) nulla eorum illuſtratio/perfectio & ſapientia procedat. Quapropter neceſſe eſt vt neq pari proportione: ambo intellectus eodem modo ſe habeant/vterq ad obiectum & vterq ad ſubiectum. neq proportione tranſpoſita: angelicus ad obiectum & humanus ad ſubiectũ. vel contra ad ſubiectum angelicus: & ad obiectũ humanus. Nam angelicus/propior eſt obiecto & ſemotior a ſubiecto: q̃ humanus. Human⁹ vero contra: ab obiecto lõgius abeſt/magiſq ſubiecto propinquat. Et q̃q̃ humanus neceſſitate ſuę ſtationis/nitatur in ſubiectum: in illud tñ vi ſpeculationis nequaq̃ contendit. Sed etſi ex ſemetipſo & materia conſlet conficiatq aliqd vnum vt hominem: ſurſum tamen pro virib⁹ in deum ſpeculatoriam erigit mentis aciẽ. nec illam vllo pacto in materia ſegniter obumbrari/ac deſidia marcere permittit.

74 Humanus intellectus haud vſq adeo vi contemplationis nititur euaditq in deum vt materiam deſerat: neq ſic ſuo obiecto copulatur: vt ab obiecto ſeparetur deſinatq deum ſpeculari.

Nam neq ſic eſt in ſubiecto: vt nequeat eſſe in obiecto: neq ſic fertur in obiectum: vt ſeparari illum a ſubiecto oporteat. ſed manẽs in ſubiecto/tanq̃ in naturali clauſtro ac domicilio: diuinitatis particeps fit. Vnde fit vt vtraq demum ex parte/humanus intellectus inueniatur coniunctus: ex inferiore quidem coniunctus materiei / ex ſuperiore vero / inſitus vnituſq deo. Et cum humanus intellectus ab initio expers ſit ſapientiæ (ſeu ſapientiam dixeris diuinam ſeu propriam ſui agnitionem) demum vero eandem ſapientiam adipiſcatur: & ad angelicam perfectionem atq æqualitatem ſubuehantur. Pingo circa diuinum ſolem vt lucidiſſimum omnium obiectũ/ tres oculos. vnum liberum & abſolutum a ſubiecto/vt a materia: quẽ voco angelicum intellectum. reliquos vero duos/ſtantes in materia: p quos intellectum humanum exprimi volo. Per eum quidem qui longior a ſuo abeſt ſole: intellectum rudem & inconſummatum ſeparatumq a deo. Per eum vero qui tã ipſi deo/q̃ angelic⁹ oculus propinquat: explico humanum intellectum /ſapientiæ habitu conſummatũ. Ab his igitur tribus oculis: palam angelici intellectus ſimplicitas/humani vero varietas ac differentia innoteſcit. Angelicus enim intellect⁹/iugiter ipſi deo vt obiecto inhæret: & nunq̃ ſubiecto ſeu materię alligatur. Humanus vero primo quidem per natiuam ignorantiam/ſeparatus eſt a deo: cui dũtaxat in fine per ſapientiam copulatur. Eſt autem idem intellectus/ſemper coniunct⁹ ſubiecto & materiei. quæ etiam cum illo ipſo: ſcãdit/ferturq in deum. quod manifeſte in pñſente figura/tertius indicat oculus. qui q̃q̃ pari & æquali linea a deo/qua & angelicus diſcapedinetur: haud tamen liber eſt & abſolut⁹ a materia: ſed velut ſecum materiam in altũ corripiens: illam ipſam in deũ euehit. ſecũq perducit: in aulam beatorum ſpirituũ & in verę totius immortalitatis locum.



Ex vtriuſq æui natura vtrumq intellectum immortalem & ęuiternum eſſe oſtendere. 75

Pingo in totius ęternitatis linea bis deũ: semel vt in ęternitatis initio & iterum vt in illiꝰ meta atq; periodo sedentem: deinde in mediis punctis / scribo sex creaturarũ gradus: angelũ / materiã / mineralia / vegetabilia / aĩalia / hoĩem. eritq; totius æternitatis linea octo punctis / septenas in partes distributa. quas in inferiore linea: punctis. a. b. c. d. e. f. g. h. cuilibet enti sup positis designo oculisq; subiicio. Quia igiẽ angelicũ intellectum ex primo æuo venati sumꝰ (q̃q̃ non fuerit angelicꝰ intellectus in prĩo ęuo vt q ortus sit in secundi initio vt in puncto b) Cõuerto angelici ĩtellectꝰ aciẽ vultũq; in deũ versus æuũ primũ. tanq̃ ea sit natura angelici intellectꝰ: speculari deũ in principio / vti est ante oẽm creaturã. Et ex opposito vultũ aspectũq; humani intellectꝰ dirigo in deũ / versus ęuũ secundum, cum ea sit natura humani intellectus; cõtẽplari deũ / post oẽm creaturam. Sicut enĩ angelicus intellectꝰ / oẽm creaturã origine antecessit: ita & humanus / post omnẽ creaturã exortus est. Itaq; iuxta naturã ortũ & qualitatẽ vtriusq;: ꝓpria illis adaptamꝰ obiecta. Angelico quidẽ deũ / ante omnẽ creaturã: tanq̃ in quodã ęternitatis primordio residẽtẽ. Humano vero deũ / post oẽm creaturã velut ĩ postremo ęternitatis ęuo locatũ. Dico igiẽ quoniam ex cõtraria hoꝝ intellectuũ latione / ac discursu in deũ: manifeste nobis vtriusq; ipsorum immortalitas adaperiẽ. Nẽpe angelici intellectus acies: est vt q̃ fertur in deũ / ꝑ ęuũ primũ. quod cũ inconsummabile & impertransibile sit (impossibile enĩ est primũ æuum ꝑtransire eiusve consequi initiũ) hinc angelica acies haudquaq̃ remittiẽ nunq̃ ve lassescit atq; emoriẽ: sed ꝑpeti nisu / in deũ procurrit. Et paria de humani intellectus in deũ: ꝑ secũdi ęui impertransibilia spacia / discursu eloquere. Hũani inquam ĩtellectus vultũ: toto ęuo secũdo satagere ac niti: vt ęternitatis finẽ cõꝑhẽdat / vt secũdũ ęuũ ꝑcurrat: vt deniq; ad diuinitatis in fine ęternitatis collocatę oscula ꝑuehaẽ. Effectũ igiẽ ẽ qđ volumꝰ ex vtriusq; ęui natura: palã nobis vtriusq; intellectus ęuiternũ discursum & immortalitatem adaperiri.

76 Nõ sicut deus vtriq; intellectui voluntarie dedit eẽ: ita & sibiipsi vltro est esse impertitus.

Nõ enĩ potuit deꝰ aliqñ nõ fuisse. nec põt (substãtiã sibimet adimendo) nõ esse: seq; ipm̃ in nihilum redigere. quẽadmodũ & creaturas ipse vltro ꝓduxit: & facere rursum põt / vt nõ sint: vtve in nihilũ redigantur. Nã quas mera volũtate de nihilo ꝓcreauit / a nullo q̃ a seipso impulsus: easdẽ oẽs pari sola volũtate & nullo alio purgente / saluat cõtinetq; in esse. Et q ab ęterno fuit solus: põt & seipsum / in antiquum reuocare silẽtiũ: & prisca iterũ solitudine gaudere atq; applaudere soli sibiipsi. Sicut enĩ libera & volũtaria fuit omniũ affirmatio: ita & libera est ac vltronea oĩm salus. cui succedere põt (si vellet deꝰ) eoꝝ negatio atq; annihilatio. Hãc igiẽ liberã affirmationẽ & negationẽ essendi: deo quo ad seipm̃ adesse negamꝰ. Hic enĩ cũ sit ĩfinitũ actu eẽ: in tota æternitate (vt diximꝰ) manet: eodẽmõ semꝑ se hñs: ante oẽ esse ens / in omni esse ens: & post omne esse ens.

Haud etiam casu aliquo vel fortuna: diuinum esse emersisse. 77

Quo enĩ modo habebit locũ in deo casus: q causa esse nõ põt creaturarũ? Aut qũo fortuna (quã entia cõtingentia vt sui dominã & moderatricẽ respuũt) habebit in summa necessitate causę alicuius nomẽ? Non est igiẽ diuinũ esse: ortũ a casu neq; a fortuna. Sicut enĩ ex æternitatis primo ęuo / cuius initiũ nunq̃ fuit: colligimꝰ deũ semꝑ fuisse nec sibiipsi qñq; substantiã esse impertitũ: ita & ex eiusdẽ ęternitatis secũdo ęuo (cuius finis nunq̃ succedet eritq; ꝑsens) arguere licet deũ semꝑ futurũ / nunq̃ ve seipsum negaturũ. Effectũ sit igiẽ deũ: neq; casu neq; fortuna substãtiã accepisse. neq; illũ seipsum ꝓcreasse / neq; demũ eundẽ posse negare seipsum. Sed ita firmatũ illũ stabilitũq; esse in seipso / ita sibiipsi incognito nobis vinculo cohęrẽtẽ: vt neq; sibipsi substantiã dare potuerit / neq; illam sibiipsi adimere valeat. vt q oẽm suiipsius / positionẽ & affirmationẽ: omnẽ itẽ contrariã sui exterminationẽ & negationem transcendat.

Theologicarũ Cõclusionũ Primi Libri de esse dei. Finis quarta Septembris. 1512.

Theologicarum Cōclusionum. Liber Secūdus de vnitate dei.

1 Otior est diuina substantia q̄ diuia vnitas quē admodū & hęc propositio deꝰ ē: notior ac simplicior est hac: tantum vnꝰ deus est.

Hac propositione secundus hic liber: cum priore nectit̄ euaditq̧ cōtinuus. Nam primꝰ/ exorsus est ab simplici esse dei. Hic aūt ab vnitate dei: & initium & appellationē sumet. Edocuit primus summā p̄cipuāq̧ theologicę sciētiæ radicem: esse hāc deus est. qua nihil in vniuersa theologia simpliciꝰ: aut prius / nihil qđ p seipsum magis eluceat: sitq̧ rationi maxime consonum & cūctis illico solo auditu psuasibile. vsqueadeo vt q̄q̄ id qđ est deum esse / impervium sit & incognitum sensui: ratione tamen nulla demōstrabile sit. Renuit enim hęc si deꝰ est: subiici quæstioni & interrogationi. cū debeat hæc tam omnibus esse nota / ac persuasa deus est: q̄ omnibus est ignotum quid deꝰ est. aut q̄ notum est cūctis: quid deus est / sciri nō posse. Vbi igitur primus liber de diuina substantia locutus / idipsum quod est deum esse: cuiusdam suppositionis & principii loco sumendum esse voluit: in præsenti libro de diuina vnitate: quæ deorum pluralitatē tollat nō nulla prosequemur. Id enim quod est, tantum vnum deum esse & non deos plures: proximū vicinumq̧ est ei quod est esse deū. tametsi paulo subobscur ius sit minusq̧ manifestum. Contingit eni a pluribus ambigi (ne omnino ignorari dicam) sit ne tantum vnus deus & nō dii multi: q̄ si est deus aliquis. Nam gentiles diuinitatis quidē assertores & seduli cultores fuere: quibus ratum erat esse deitatem quādam: quæ cunctis præesset. Hi tamen illius vnitatē / nephario ausu secuerunt, rati esse deos cōplures. singulis nationibus ac gētibus præfectos. Huic itaq̧ gentilitio errori: librum hunc opponere curauimus. qui nobis exclusa deorum pluralitate: diuinā vnitatem / aut ratione aut sub cuiusdam dignitatis / & suppositionis modo: credendam prædicandamq̧ esse edocturus sit.

Secundam theologicam radicem q̄ post diuinam in esse assertam substātiam a theologo consideranda sit: inuestigare. 2

Huic pro viribꝰ satisfacturi: dicimus secundam theologiæ radicē / esse diuinam vnitatē. siue hāc enunciationē / tantum vnus est deꝰ: q̄ de deo prædicat vnitatem. Hęc em̄ propositio deus est vnicus / hanc enūciationē deus est: solo p̄dicato vincit ac superat. Ambę vero enūciatiōes / prę cunctis theologicis assertionibꝰ: primatum sibi simplicitatis longe vendicant. Prima siquidem deꝰ est (vt primo in libro mōstrauimus) casum exterminat a mundo: & ab eo omni quod substantiæ particeps est. Vbi em̄ deus causa est omnium & totius substantiæ indultor: casus ibidem / causæ: tam honore / q̄ nomine spoliatur. Secunda vero. Est tantum vnus deus: multiplicationi diuinę substātiæ deorumve pluralitati in hoc libro aduersabitur. Omnis enī humana disciplina: haud percontatur de suoipsius subiecto g̃ne & obiecto si est. Cæterū illo potiꝰ more cuiusdā dignitatis & principii / in esse cōstituto: mox ab illiꝰ diuisione (si tñ illud est diuiduū) inchoat. vt Arithmetica hinc exordit̄: Numerꝰ ē: deinde numerorū / aliꝰ par alius ipar. Sic ergo & theologia / vbi in primis deū esse: tanq̄ omnibus notissimum dignitatis principii vt loco ante oīa pronūciauit: confestim suū obiectū / aut indiuisibile aut partibile esse: vel demōstrare vł supponere aggreditur. Si enim partibilis esset deus aut si dii multi essent: succederet profecto huic assertioni deus est / hæc diuisio: deorū: aliꝰ ē: q coelorū regiā icolit / quē prisci Ionē nūcupauere / aliꝰ q maris & aq̄rū iperia regit quē dixere Neptunū. tertiꝰ deniq̧ q subterranea iferorū regna moderat̄: quē Ditē plutonēq̧ vocauere.

Hac nempe pmissa diuisione: postea specialis vniuscuiusq; dei métio esset faciũda. & ppria singulorum deorum theologia recẽsenda. At cum Christiana nostra sacratissima professio: deum vnicum esse & substantia impertem pclamet: insuper & rudiores quosq; (qui id neq; vt per se notum: neq; sensuum neq; ratiõis iudicio percipere valent) sola fide in eam credulitatẽ inducere satagat: nos quoq; hanc dãnatam deorum pluralitatem cum gentilitia superstitione a mentis palato rationabiliter arcemus/& exsibilamus.

3 Haud vlla est ratio efflagitanda: quę deorum pluralitatem excludat: asserens tantum vnum esse deum.

Hæc par & proportionabilis est ei propositioni primi libri: quæ docuit si est deus/demõstrabile non esse: nec ratione aliqua probabile, sed satius id dignitatis/principii aut suppositionis loco: esse habendum. Proponit enim secundam theologicam radicem diuinã ve vnitatem quæ deorum pluralitati aduersef: principii habendam loco/tanq̃ per se notissimam. nec rationem aliquam esse expetendam: q̃ nobis tantum vnum esse deum/demonstratorio modo efficiat. Nam si in disciplinis principiorum atq; dignitatum nulla experi solet ratio: qua eorum veritas menti pelluceat atq; demõstretur: nulla quoq; efflagitanda erit ratio ac demõstratio: qua summi omnium opificis dei & claudere conemur vnitatem & pluralitatẽ nitamur excludere. Sit igitur hoc in libro hęc nobis prima & pernecessaria suppositio: deũ inquam substantia impertem & vnicum esse. vt ab ea tanq̃ a secunda theologica radice inchoantes: tutius atq; apertius ad innumerã rerum & entium multitudinẽ deuoluamur.

4 Omnis creatura per omnem fere sui partem ac speciem: euidentissimis signis: nobis sui principii exprimit adaperitq; vnitatem.

Omnis enim multitudo/haudquaq̃ subsistit vt multitudo: id est vt fusa/sparsa ac discollecta: sed vt vna aliqua integra/sibiq; coherẽs multitudo. Vna autem non est: nisi participatione prioris vnitatis. quæ simplex/vnica indiuidua & partium expers: veraciter in seipsa/a seipsa & per seipsam subsistit. Monas enim cũctis numeris eminentior & in summo eorũ apice manens: id quod sunt eis indulget. Haud nempe aliũde q̃ e primogenio fonte vnitatis: substantiam cuncti numeri (et si semper incõsummati) adepti sunt. Hæc ergo cunctorum numerorum a prima & antiquissima monade deriuatio ac dependentia: hic rursus eorum apertus in sublimẽ monadis atomum confluxus: rationis & demonstrationis loco/cunctis suadeat tantum esse vnum deum. a quo vt supersubstantiali principio: emanarunt in primis omnia. & in quem/tanq̃ in finẽ: confluũt atq; recurrunt.

Quanto ens aliquod præstantius nobiliusq; fuerit: tanto id cernitur minus esse commune ac vulgo peruium: magisq; sese colligit ad monadem. 5

Nam raritudo & infrequentia: insignis alicuius dignitatis: est & conciliatrix & euidẽs argumentum. Hanc eñ esse vniuersorum naturam: cum numerorum series/a monade pficiscens: tũ pyramis (prima & potissima corporeatum figurarum) palam ostentant. Q̃d igitur cuncta quouis modo præcellit ac trãsilit: quod oĩbus est & dignitatis honore & substantiæ infinitate & durationis æternitate sine proportione insignius: quo pacto id non in seipso solo vt omnium apex residebit? Et qualiter non suæ substantiæ pluralitatem frequentiam ac multiplicitatem diffugiet: continens sese in monade & imparticipabili suæ singularitatis vnitate? Constet itaq; demonstratiõis rationisve loco prædictis persuasiunculis ac signis: haud plures esse deos/sed tantum vnũ. Id enim rursum in sequentibus propositionibus: compluribus analogiis efficiemus.

Haud posse absq; incommodo aut duo aut plura esse summa & prima vniuersorum principia infinita & æterna peruicaciter defendi. 6

Aſſertricẽ diuinæ vnitatis rationẽ: ſupio-res ppoſitiones dari nõ poſſe mõſtrarunt. q̃q̃ id nonnullis ſuaſionibus ac ſignis effecerint: & complures rurſum ad id pertinentes analogias ſpopõderint. Hæc aũt quod pcedentes demonſtratione oſtẽſiua fieri poſſe negauere: ſi quoquo pacto ea demonſtratione quæ ad impoſſibile & incommodum perducit / effici queat proſequetur. Sic igitur dicat aliquis ac pernicaciter contendat: ad ſummum duo eſſe prima & æquata rerum principia. A. & B. Aut is vtrũq; principiũ aſſeret tam æternũ q̃ ſubſtãtia immẽſum / aut alterum dũtaxat eorũ: aut neutrum. Si vtrũq; fatebiť & æternũ & imenſum (nam infinitũ & duratione & ſubſtãtia ſe ſe comitanť atq; adinuicẽ ita cõuertunť: vt qcquid æternum eſt ſit & immenſum ſubſtãtia: & quicqd ſubſtantiam habet interminã illico & æternum eſſe arguatur) ſit linea æternitatis D C E vtraq; parte infinita. deſigno in ea vtriq; principio A & B locũ / naturalemq; mã-

A B


D C E


ſionem. A quidẽ vt in principio ſupra d: b vero vt in fine ſupra e collocans. Quia d æternũ eſt: ipſum in tota æternitate manet eãq; totã pambulat & ambit: ab ipſo a / vſq; ad e & vltra ſi dicere liceat ſe fundens. Similiter & b cũ pariter æternum ſit: in totã ſe æternitatẽ diffundit. lateq; per omnem eius protenſionem / ſuũ propagat imperiũ: a ſua ipſius mãſione id eſt a puncto e: vſq; in d & vltra pficiſcẽs. Pugnãt igitur inuicẽ conſeruntq; manus inter ſe: hæc duo principia a & b. vtpote q̃ in eiuſdem æternitatis interuallo ac naturali ſua manſione / ſibi inuicem obuia & occurrẽtia: ab ea ſe mutuo expellere nituntur. Et nõ modo hęc: ſed & inſuper

amborũ ſubſtantiæ / vna permiſcentur. cum nequeant vt dixim⁹ ęterna eſſe: niſi q̃ & ſubſtantia ſint infinita. Quia eñ vtriuſq; ęterni principii erit infinita ſubſtantia: vbicũq; reſidere vnũ poſueris / ibidẽ & reliquũ ineſſe oportebit. quandoquidẽ infinita ſubſtantia oẽ id ſpatiũ qd noſtræ imaginationis & mẽtis captũ p ſui immenſitate ſubterfugit: iplere & occupare, arguiť. Haud igiť vtraq; principia: & duratione & ſubſtantia erũt infinita. Nã hinc: incommoda ſubſtantiarũ pmixtio & confuſio: illinc vero irrationabilis earũ pugna / lis & mutua ab totius æternitatis manſione excluſio oboriri monſtratur.

Neq; rurſus eſſe poſſe duo prima rerũ principia: quorum alterum immẽſum alterum vero finitum ſit. 7.

Neq; dicere queas amborum principiorũ: tantum alterũ / eſſe infinitum; quod & cuncta ſpatia & omnem æternitatẽ obtineat. reliquũ vero finitũ: qd ſuum dũtaxat ad aliquid vſq; propaget extendat ve imperiũ: vt vſq; ad medium punctum c. Nam hoc pacto neq; priora effugies incommoda vt præſens indicat figura. Si enim b principium finitum medio dũtaxat regno potiatur vſq; ad c progrediens: A infinitum / cum pergat a ſeipſo vltra mediũ c / p lineã a e: id ex propriis quoq; finibus eliminabit b: aut confundetur cum b. Linea enim b c / ſectionẽ lineę a e. nequaq̃ ſubterfugit. Itẽ & cũ finiti ad infinitũ nulla ſit pportio: & oẽ finitũ ab infinito oriať: erit b principiũ finitũ / collatione ipſius a nullius virtutis: vt pprios fines





atq; imperia tueat. Erit igit sati⁹ dicere A pricipiũ esse ipsius B: & ortũ esse B ex A. Qđ aũt ab alio ortũ ducit: quomõ cũ illo pati & ęquato iure sibi primarũ rerum & principii nomen vendicabit? Non sunt igitur duo principia: alterum finitum alterum vero infinitum.


8 Haud etiã posse esse duo prima rerum principia & ambo finita.

Superest ergo vt dicas finitũ vtrũq; eē: aut vtraq; parte aut saltẽ altera. Si vtrunq; vtraq; parte finitũ esse senris: quomodo in ęternitate & oĩ quod mente cõplecti nõ possumus / actu imenso spatio: vacuũ effugies? Neq; eñ totius æternitatis ambire & apphendere interualla: neq; infinitũ actu spatiũ / duo vtrinq; finita spatia / complere & occupare sufficient. Plura

parte. a dũtaxat vsq; ad f. b vero ad g vsq; se extendit. Relinquunt aũt vtrinq; supra f & supra g / vacuę & inoccupatæ ęternitatis partes, quæ & altera pte infinitę sunt: qđ sentire absonũ est & a ratione perq̃ alienum.


Nec demum posse esse duo prima rerum principia: ambo altera tantum parte infinita & euiterna. 9

Q2 si vtrũq; æuiternũ & altera parte infinitum esse volueris: totamq; ęternitatem ab ambobus simul occupari: ptimum quidem eius æuũ qđ est d c ab ipso a. secundũ vero qđ est c e ab ipso b: ac istud etiam dixeris minus habere incommodi (q; ad hũc modum / & ambo inuicem æqualia & totam perambulantia æterni-



nãq; simul sumpta finita / quicquid conflant: finitũ eē oportet. Atq; finiti / finita est plenitudo. Duo igitur vtrinq; finita principia: haud erunt prima & summa rerum initia. qđ & pręsens figura ostendit / in qua a & b: vsq; ad mediũ c. vna ex pte fusa dominãt: reliqua vero ex

tatem probabuntur) dico quoniam & hic mõdus perabsurdus est & rationabiliter inficiandus. Nã q̃uis eomõ neq; vlla eorũ pmixtio: neq; lis ac pugna / neq; vacuitas in ęternitate aut actu imẽso spatio concludat / aliud tñ accidit incommodum. In primis inquã principiis nul




Iam esse cõmunionem:nullam societatem nullum amborum cõmercium. vtpote quæ æq; limitibus sua dispertiuntur imperia.adeo vt neq; in eodem neq; simul:dominia obtinere & exercere valeant. Sed oporteat ea tam diuersis entibus:q̃ alterna & successiua duratione ac fluxione temporis vel æui dominari. Si id igitur quispiam fateatur:opus est vt iam primi principii ꝓteriisse & occubuisse regnũ dicat altero regnãte aut si quidem primi adhuc regnum perseueret:nondum secundi sceptra ac dominia exorta esse. Quodcũq; vero e duobus dixerit:semper alterum tantum esse/reliquũ autem non esse fateri cogetur. Omni igitur modo effectum est/ad impossibile & incõmodum perducẽdo:haud posse simul esse duo summa ac prima rerum principia:tam æqualia q̃ inæqualia.

10 Præsens mundi status q̃q̃ sub legum varietate: melius tamen ad deũ se habet q̃ priꝰ sub gentiliũ ritu se habuit.

Ante diuini verbi incarnationẽ:q̃ secundo & quadragesimo anno imperii Augusti Cæsaris in sacratissimę virginis vtero perfecta est: constat solum israeliticũ populum in deũ angelicis ductibus subuectum:veriq; & vniꝰ solius dei tam agnitione q̃ confessione:fœlicem priscis sæculis fuisse. Cæteris vero gentibus: diuinam vnitatem ignotam mansisse. Omnis enim fere mundi pars præterq̃ Iudæa:diuinæ pluralitati applaudẽs:deos sibi & idola(iuxta sacræ scripturę testimoniũ)vltro & voluntarie conflabat. Et nõ modo gẽtes:sed & Hebraica plebs/vt huius quoq; criminis & prolapsionis a deo viuo & vero rea:plerũq; a sacris scripturis culpatur.qđ diuus Dionysius his verbis recenset. Aliæ inquit gentes:ad eorum qui dii non sunt culturã deuolutę sunt:propriisq; motibus a recto calle quo ad deũ ascendere potuissent:sua sponte deuiarunt. Atq; huius rei etiam ipsi Hebręorum populo/crimen impingitur:atq; ad ipsum passus memoratur. Scientiam inquit dei repulisti:& post cor tuum ambulasti. Cuius erroris adeo perniciosi:causa fuit cũctis amor sui atq; superbia. & qđ necesse sequi erat: eorum cultura quæ diuinum aliquid habere putauissent. Hæc testimonia sufficiant:omnem fere mundum/durante gentilicio ritu:alienum a diuinæ vnitatis & agnitione & confessione fuisse. Porro diuinæ vnitatis & singularitatis confessio:quæ dũtaxat in corde Israeliticæ plebis vigebat:per diuini incarnationem verbi & apostolorum sacram prędicationem:in totum se orbem effudit totiq; mundo innotuit. In omnem enim terrã exiuit sonus eorum:& in omnes fines terræ verba eorum. Factum est igitur & diuini verbi incarnatione & apostolica prædicatione: vt impręsentiarum totus fere mũdus a pluriũ deorum cultura/ad diuinam vnitatem prouide resipuerit.

Pręsentem mũdi statum: quoad dei obseruationem & cultum:vnum trinũq; esse. 11

Pręcedens edocuit ꝑsentem mundi statum melius ad deum se habere:q̃ priscis sęclis se habuit: Est enim Monas/numero pręferẽda. Hęc vero propositio ꝑsentem mundi statũ: aliquo pacto deo confert.cuius substãtia suę vnitrinitatis ratione:& coniuncta & discreta celebratur. Est eñ ꝑsens mundi status:vnus & trinꝰ. Vnus quidem & concors/vnius dei cultu.trinus vero ac sibi dissidẽs:legum & prophetarũ obseruãtia. Q̃q̃ enim adhuc vigeat legũ siue a veris ꝓphetis siue a pseudoprophetis ĩductarum varietas:vnicus tñ deus in his a cũctis celebratur & colitur. A Christianis q̃dẽ in lege mediatoris Christi. Ab Hebręis:sub prisca lege mosaica. A Sarracenis & Arabibus:sub ea lege quã a pseudopropheta & Christi inimico Mahumete/se habere gloriantur. Hęc legũ trina in mundo diuersitas:in vnius dei cõsortiũ per suos aut prophetas aut pseudoprophetas se posse manuduci contendit. Maxima namq; mũdi pars excusso pluralitatis deoꝝ iugo:diuinæ monadis cultui sese submisit. Resipuit igiẽ nũc fœliciꝰ ad deũ mũdꝰ diuinæ vnitatis cultor:q̃ priꝰ diuinæ pluralitatis obseruator. Est etiã vt diximꝰ nũc mũdus:& vnꝰ & trinꝰ. Vnus quidem confessione vnius dei: trinus vero varietate ac discrimine legum. Mundanus quippe omnis status nunc in vnitate dei



concors atq; coniunctus reperitur. qui tamen in manuducentium legum & legislatorū varietate: sibiipsi triniter dissentit pugnatq; adversum seipsum.

12. Nonnunq̄ expectandus est mūdi status in deum propensior. vt sicut iam a diis pluribus: in diuinę vnitatis professionem: melius resipuit atq; profecit: ita & ex pręsenti legum discordia sit nonnunq̄ in vnius legis concordiam voluntate dei reducēdus. & vn⁹ per omnia: tam dei ipsius q̄ legum ipsarum vnitate: quandoq; futurus.

Hæc perfectissimum mundi statum integrāq; eius vnitatem / pacem & quietem venatur. Proponit enim quandoq; futurum: vt sicut a tempore gētiliū (in quo deorum multitudo / homines labefecit) ad tempora vsq; nostra: mūdus deorum explosa pluralitate / in diuinam vnitatem profecit: ita & nonnunq̄ vnicam eandemq; legem / eliminata omni humanæ fraudis traditione sit recepturus. quod cū accidet: erit mūdus in aureo & optimo sui statu. Nā vtrinq; vnus & sibiipsi consonus / tam inquā pfessione vnius dei: q̄ legis eiusdem manuductione. Cū eñ oīs veritas / omni sit concors / annexa & insita veritati: īpossibile ē mundū / q̄diu sub ternis legibus Hebraica / Christiana / Arabica in seipso diuisus sit: in omni sui parte / veritatis esse participē. Aut eñ triū huiusmodi legū / nulla penitus est dissonātia: aut nō oēs / veritati subnixæ sūt. Q; si nulla est earū dissidentia: aut omnes falsitati / aut omnes veritati astipulātur. Si vero vnica earum sectatrix est veritatis: hæc sola homines in deū manuducit. Opus igitur est vt cæteris legib⁹ sublatis e medio in eā tādem cuncti pficiant: quæ sola / sectatoribus suis: diuinitatis consortium largitur. quod cum euenerit: præclarissimus orietur mundi status. Erit eñ mundus (qui nunc sola vnius dei confessione vnus est & vnius dei cultor: dissidentia vero legū Mosaicæ / Christianę / & mahumeteę trinus) vtrobiq; modo vnus. Nēpe vnus erit & diuinę vnitatis cultu & vnus rursum: vni⁹ manuductione legis. Dicim⁹ igit (nō ratione & syllogismo inducti: sed cū: soli fidei / tū sanctorꝝ patrū authoritati / tū crebro sacrorꝝ eloquiorꝝ testimonio innitētes) hāc in vniuerso mūdo pfectā pacem & legū vnitatē atq; cōcordiā: foeliciter ante mūdi cōsummationē euēturā. Quid eñ id aliud sonat. In cōuertēdo pplos ī vnū & reges vt seruiāt dño: q̄ hmōi vnitatē & cōcordiā legū / a deo in mūdū inducendā? Q; si vniuersa pphetarū & sacrorꝝ eloqorꝝ testimonia / ad id spectātia recēsere vellem⁹: supra pſentis discussionis modum nostra excresceret oratio. Quapropter a plurib⁹ passib⁹ denarrādis afferēdisq; in mediū: cōsulto supersedemus.

13 Hæc ventura mundi ex parte humanarum trium legum vnitas: haud erit dumtaxat præsentium trium legum concordia: sed penitus alicuius ipsarum exterminatio: & alterius vigor ac perfecta eminentia.

Dubium ex præcedente ingeri potuit: qd a præsenti succiditur. An scilicet ventur⁹ hic mundi status: in quo mūdus vtraqꝫ potietur vnitate (quādo & vnum quidem deum & concordi vnanimiqꝫ lege professus est) sit sola trium pſentium legum Mosaicę Christianę & Sarracenicæ futura concordia: ad hūc modū: vt earū nulla exterminanda sit. sed speciali quadam aut a cūctis aut ab aliqua earum substractione aut additione: fiant hæ tres leges vnanimes & in veritate concordes. adeo vt singulæ saluo suorum prophetarum honore: sub eorū traditionibus suos in deum populos euehāt: in viamqꝫ salutis manuducant. Ad hæc dicendum: quoniā si contrariorū natura est vt nullo pacto inuicem conspirent: vti veritas & falsitas: velut itē spiritus qui a deo est & spiritus qui a deo non est: haud posse eam quā sperām⁹ euenturā mundi vniformitatem simplici harum trium legū concordia exoriri: salua suorum authorum atqꝫ assertorū dignitate. Mahumetes enim vt pseudo ꝑpheta et seductor populorū non eum qui a deo procedit: sed q a maligno suggeritur spiritū accepit. qui iuxta sacrum eloquium in veritate non stetit: sed qui mendax est & pater eius. Quamobrē Mahumeteam legem tanq̄ penitus erroneā & falsitati subnixam: tanq̄ veritati contrariam & aduersus diuina nepharie pugnantem tanq̄ demum a spiritu erroris & a patre mendacii introductam: cum ipso patre mendacii & erroris spiritu dicimus nonnunq̄ diuinitus a mūdo explodendam.

14 E pręsentibus tribus mundi legibus: Mahumetea velut perfida: est exterminanda. Christiana vero in finem vsqꝫ & consummationem sęculi in mundo permansura

Hæc specialius exponit: quod præcedēs generalius proposuit. Diximus enim Mahumeteam legem præsertim e medio esse tollendā. tanq̄ falsitati subnixam: & ex toto veritati cōtrariam. mundanæqꝫ paci & perfectæ ac integræ hoīm vnitati: pcipue obsistentē. qua e mūdo sublata: Christiana veritas supra modum in vniuerso mundo proficiet. eueniet qꝫ sacra horum carminum prædictio. Pax erit & toto surget gens aurea mundo. Vnus erit mūdus plebs vnica rex deus vnus.

Mahumetea lex perfida ad Christianam salutarē: aliquo pacto se habent vt contrariæ. 15

Mahumetea lex ad Christianam sese habet. comodo quo falsitas ad veritatem. seu quo ad deum Belial: quo erroris spiritus ad spiritum veritatis: quo tenebræ ad lucem: nox ad diem mors ad vitam spurcitia ad eximiā syncætamqꝫ munditiam: ignorātia veri luminis ad eiusdem luminis lucidum patulūqꝫ prospectum: gehenna ad perpetuam felicitatem: & quo deniqꝫ modo se habet omne contrarium ad suum contrarium. Quamobrem & nostra quoqꝫ tempestate fieri videmus: vt q̄maxime Mahumetea secta quotidie aduersum nostrā Christianam sęuissimis armis decertet: eamqꝫ non rationibus non syllogismis non spiritali gladio: sed conserta manu & corporeo gladio: expugnare moliatur. Est enim maligni ꝓprium: non vt in iustitia & iudicio contēdat: sed vt in fortitudine & robore: in currib⁹ in eqs in tibiis viri: ea quæ dei sunt euertere ac perdere conetur. Cęterum cum aduersum deum præualere queat nemo: contrarium a nobis sperandum est. vt deus qui non in fortitudine nec in tibiis viri voluntatem habet: nonnunq̄ (iuxta sacrum psalmum) arma cōterat & confringat: gladium & scutum comburat igni. Domin⁹ enim virtutum erit nobiscum: & pugnabit pro nobis susceptor noster deus Iacob.

Hebraica lex & Christiana: sese habent adinuicem vt subalternæ. 16

Edisseruit p̄cedens duas leges Mahumeteā
& nostrā:adinuicē esse contrarias. & cōtrario
rum modo/aduersum se decertare super terrā
eamq; quę a nostra spiritalibus armis vt ratio
nibus & syllogissimis superaẗ /ac vincitur:edi
uerso in nostrā/aperto marte inuehi. & corpo-
reis viribus satagere: vt vndiq; illā pessundet.
Hæc vero proponit hebraicā legē & Christia
nā:se adinuicē habere/vt subalternas. Manife
ste siqdē ad nostrā/se habet Hebraica lex:sicut
dispositio virtutis ad habitū sicut fundamētū
dom⁹ ad eius cōplemētū/sicut īperfectū qddā
& īchoatū/ad pfectū/sicut pars ad totū / sicut
(vt sacer Paulus ait)esse sub nube & pędago
go:ad non esse suę nube & pędagogo. sicut fi-
des ad scientiam/sicut videre in enigmate &
interstite velo:ad videre palam seu facie ad fa-
ciem sicut circuncisio ad baptismum. sicut co
lumna nubis ad ignis columnam / sicut seru⁹
ad dominum. sicut deniq; Ioānes Baptista ad
Christum. Horum enim omnium quæ denar
rauimus/rationes ac differentiæ:eędem pro-
fecto sunt quæ & veteris & noui testamenti.
Horum vero signorum causas ac differentias

Hebręi.	Christiani.
Vet⁹ testamentū.	Nouum.
Dispositio.	Habitus.
Fundamentum.	Complementum.
Imperfectum.	Perfectum.
Pars.	Totum.
Esse sub nube.	Nō esse sub nube.
Pędagogus.	Libertas.
Fides.	Scientia.
In ęnigmate.	Sine ęnigmate.
Sub velamine.	Sine velamine.
Circuncisio.	Baptismus.
Columna nubis.	Columna ignis.
Seruus.	Dominus.
Ioānes Baptista.	Christus.

sequens conclusio nobis exponet. *Si igitur*
hæc duo & duo quæ enumerauimus signa:
haudquaq̄ contrariorum ratione diffiniun-
tur:neq; contra seinuicē/velut cōtraria & ad-
uersantia decertant:Quinimmo alterum po-
tius alteri opitulari natum est/opemq; & præ
sidium afferre(crebra enī dispositio: nos sen-
sim ad habitum euehit:& ita de cæteris dici-
to)manifestum est hebraicam legem haud es-
se nostrę contrariam:sed potius subalternam.

Sensibilia quædam signa per quæ: 16
Christiana & Hebraica leges adinui
cem vt subalternæ se habere proben
tur:recensere.

Præcedēs/ea quę a præsenti expetuntur si
gna recensuit:eorum tamen rationes nequaq̄
patefecit. Hæc ergo eorum rationes exoluet.
Hebraica & Christiana leges:se habent adin-
uicem vt seruus & dominus. Atqui domino
contrarius seruus nō est:sed adiutor & coope
rator eiusdem. Neq; fides/aduersum sciētiam
pugnat:sed mentem tantisper ratione & luce
carentem/ab errorū nebulis ac tenebris auer
tit:quoad scientiæ claritas in eandem / desup
orta irradiet. Quis vero initia & fundamenta
domorum dixerit:earū finibus & cōplemētis
aduersari? Quis enim amplior cōplemētis q̄
fundamētis tribuaẗ honor:sunt tn̄ hęc illis tā
necessaria & opportuna: vt illa/sine hoꝝ prę si
dio & fultura oīno nō subsistāt. Siliter & imp
fectum perfecto/minime contrarium censeaẗ.
Vt materia q̄ impfectū quiddā est/potiori & p̄
stantiori formę nequaq̄ est cōtraria. fit em̄ ex
vtrisq; aliquid vnum. Ex contrariis vero nihil
vnum coalescit. Quod item pri⁹ est imperfe
ctum & inconsummatum:postea aliquando p
ficitur & consummatur. vt indoctus homo:
tandem doctus ac peritus euadit. Et non mo-
do sola dispositio virtutis:habitui nō est con-
traria/vt cōtinētia tēperātię:sed & puræ quo
q; negationis priuatio nullā aut cū ipsa dispo
sitione aut cum ipso habitu virtutis / contra
rietatem habet. Quemadmodum speculum
priuatum imagine: sibiipsi imaginem ferenti
nequaq̄ aduersaẗ. Vbi em̄ contrarietas inest:


ſibi neceſſe eſt vt vnius aduẽtu reliquũ propel
latur migretq̧ confeſtim e ſubiecto. Pars rur
ſum: quo etiam modo erit toti contraria! quip
pe quæ totum componat & cũ eo ipſo maneat:
q̄q̄ in totius itegritate: partis claritas ac diffe
rentia obumbretur: haud ſecus q̄ claritas ſtel
larum: ſub phœbęo ſplẽdore oppullaſcit. Pari
ter & erudiri ad tẽpus ſub ferula & pędagogo:
ei neutiq̄ contrarie diſſidere iudicaſ: quod eſt
nõ amplius eſſe ſub pędagogo; quemadmodũ
diximus ſimplicẽ ignorãtiã / aut certe virtutũ
diſpoſitiones: nequaq̄ ipſis habitibus aduerſa
ri. Eſt enim tandiu aliquis ſub pędagogo: quã
diu aut in ſimplici ignorãtia aut in ſolis diſpo
ſitionibꝰ / citra habitum verſatur. Vbi autem
aduentante habitu cõſummatur: firmior effe
ctus & ſibiipſi ſufficiens: deſinit eſſe ſub pęda
gogo ſeq̧ in libertatem vendicat. Et circunci
ſionẽ quis baptiſmo dixerit eſſe contrariã! quã
diuus Paulus ſignũ ĩ humana carne a deo deſti
natum appellat: vſq̧ ad ortũ melioris & plenio
ris teſtamẽti. Et Ioannẽ Baptiſtã / quis Chriſti
aduerſariũ eſſe contendet! qui pręcurſor Chri
ſti! ad id miſſus eſt a deo: vt in ſpiritu & virtu
te Heliæ pararet domino plebem perfectam &
corda parentum conuerteret in filios: & filio
rum corda ad parentes eorũ! Hæc ſigna / ſuffi
cienter teſtantur: Moſaicam legẽ a Chriſtiana
traditione nullius contrarietatis & pugnãtiæ
ratione diſſidere. Nempe vt diui Dionyſii te
ſtimoniũ citemus: prędictionũ illius veritatẽ
huius euentus aperuit / edocuit & credi fecit:
quaſi id dicat. Quæcunq̧ vetus teſtamentum
in vmbra / ĩ ęnigmate / in varietate prophetaꝝ
futura prædixit: hæc nouum teſtamentum in
lumine: & in vno Chriſto præſentia & adim
pleta declarauit.

17 Hebraica lex ad Mahumeteam ſe habet: vt virtutis diſpoſitio ad habitum erroris.

Omnis veritas eſt omni conſona & annexa
veritati: omni autẽ veritati / falſitas aduerſaſ.
Atqui Mahumeteam legem / diximus falſitati
eſſe ſubnixam: atq̧ ab erroris & mendacii ſpiri
tu introductã. Hebræa autẽ traditio: haud mi
nus q̄ noſtra / buccinatrix eſt veritatis: & mini
me ab erroris ſpiritu: ſed a ſpiritu veritatis ma
nauit eodemq̧ fonte quo & noſtra pependit. Id
eñ teſtatur is qui dixit. Quia ego q loquebar /
ecce aſſum. Et apoſtolus Paulus. Multipharie
multiſq̧ modis deus olim loquens patribus
in prophetis: Nouiſſime diebus iſtis loquutus
eſt nobis in filio: quẽ creauit hęredem vniuer
ſorum: per quẽ fecit & ſæcula. Eundem quoq̧
legimus in euangelio eſſe patrẽ familias: ac do
minum: qui plantata in primis vinea: & ea qui
dem mercennatiis conducta; præmiſit ſeruos
ſuos ad agricolas / vt pciperet de fructu vineæ:
quos cũ illi occidiſſent: nouiſſime & vnicũ fili
um habens: illum ad eos miſit. Quẽ pariter &
illi nequaq̄ reueriti: eiectum extra vineã occi
derunt. Idem igitur deus & ſpiritꝰ eſt: author
& Hebraicæ & Chriſtianæ legis. Mahumetea
vero traditio: ſpurca / peregrina & adulterina
eſt: vt ab vtraq̧ earũ diſſidens. Ab Hebraica q
dem diſſidet / vt habitꝰ erroris & vicii: a diſpo
ſitione virtutis. A Chriſtiana vero: vt vicium
a virtute / & vt habitus ab habitu.

Trium ſimul præſentium mundi legum oppoſitiones indagare. 18

Hæc eſt particularim perq̧ partes in ſupe
rioribus diſcuſſa. Quod enim a præcedentibꝰ
eſt in partibus expoſitum: ab hac ſimul & in to
to proponitur. Colligimꝰ igitur quoniã Chri
ſtiana lex & Mahumetea: ſunt vt cõtrariæ. Nẽ
pe vt gemini habitus / hinc vicii / hinc virtutis
earumq̧ maxima adinuicẽ pugnãtia eſt. Chri
ſtiana: porro & Iſraelitica: nulla oppoſitionis le
ge adinuicem decertãt: niſi forte ſubalternaꝝ.
Hæc eñ ſub illa continetur atq̧ obumbratur:
quemadmodũ & figura ſub exemplari: & pars
ſub toto: & ſub veritate imago: & ſub veriſſi
ma luce vmbra: ſub intelligibilibꝰ ſenſibilia &
ſub vnitate numerus. Nam ſub habitu / diſpo
ſitionem claudi & ſubiacere: ſubalternarũ mo
re videmꝰ. Demum Iſraelitica & Mahumetea
minus aliquo pacto q̄ Mahumetea & Chriſtia
na opponuntur. Aduerſantur tamen vt dixi
mus ſibimet: ſed quẽadmodũ virtutis diſpoſi
tio & habitus vitii: quoꝝ minor eſt oppoſitio:




q̃ geminorum habituũ virtutis & vitii. Est tñ maior oppositio Mahumetee & Israeliticæ: q̃ subcõtrariorũ. Nã cõtingit subcõtraria simul esse vera. Hebraicã aũt & Mahumeteã: impossibile est simul i veritate eẽ cõcordes: vt q̃ a diuersis spiritib⁹/ alio qdẽ errorꝭ/ alio aũt veritatꝭ authorib⁹ manauere. Quẽadmodũ etiã possibile nõ est/ vt ĩ eodẽ subiecto vt in hoĩe: stet simul habitus vitii/ cũ dispositione virtutis. Quapropter cũ nullũ oppositiõis nomẽ rite ambab⁹ legib⁹ cõgruat: eas simpliciter & solũ dissidẽtes appellam⁹: vt supior triãgul⁹ ostẽdit/ ĩ quo alias vt cõtrarias/ alias vt subalternas/ alias denique vt dissidẽtes spectare & ĩtueri potes. Addidim⁹ aũt ad huiusce triãguli cẽtrũ: circulũ vnũ/ eque ab extremis circulis distãtẽ cui vnũ deũ inscripsimus: ppterea q͂ hę tres leges/ hoc tñ nexu copulant̃ cõspirãtque inuicẽ: q͂ pluriũ abnegatrices deorũ/ tantum vnius dei cultum (q̃q̃ differenter) obseruent venerenturque.

19 Quomõ itẽ rit⁹ gẽtiliũ pluriũ ve cult⁹ deorũ ĩse ad tres eiuscemõi legũ obseruatões hẽat explanat̃

Prisca gentiliũ obseruatio: q̃ maxĩe a trib⁹ p̃sentib⁹ mũdi legib⁹ dissidet: estque cũ eis penit⁹ equiuoca: vt pote q̃buscum nihil habet cõmune. Nam cętere tres in radice vna: vt in dei eiusdẽ obseruatiõe/ vinciũt̃ & coeũt: tãetsi pphetis aut pseudopropheticꝭ: spiritu itẽ erroris & spiritu veritatis aperte dessideãt. Gẽtilitius vero ritus diuinã diuellit scinditque radicẽ: plurimorũ & equiuocorũ pfessor deorũ. Plus tñ hic ritus & ab Hebraica & a Christiana: q̃ a Mahumetea dissentit: quandoqdẽ & falsitate & erroris spiritu: Mahumeteæ copulat̃. Quo enĩ modo potuit a spiritu veritatis/ pluriũ emanasse cultura deorũ/ quę ex amore sui & superbia emersit? Superbia enĩ a deo originẽ non habet: vt quæ licet in coelestib⁹ thalamis orta sit: in his tñ diu pseuerare nõ valuit. Sed eũ cõfestim in cuius mẽte/ p impietatis & diuinæ abnegatiõis germẽ pullullauit: e coelis ĩ terras p̃cipitẽ dedit. Est igit̃ gẽtiliũ perfidia magis vnicuique pręsentiũ triũ mũdi legũ opposita: q̃ præsentes mundi leges inter se.

E quatuor mũdi sectis: Gentiliũ: Hebræorũ Christianorũ & Arabũ duæ ab erroris spiritu: & duæ a spiritu veritatis ortũ atque initium sumpserunt. 20

Nam Gentilitia & Mahumethea perfidiæ ab erroris spiritu manarũt. Christiana vero & Hebraica a spiritu veritatis: ortũ atque initium sumpsere. Quapropter duę/ duab⁹ sunt cõtrarię: pinde atque spirit⁹ veritatis & spũs mẽdacii. Horũ vero quatuor rituũ oppositiões: p̃sens figura apertius ostẽdit: in qua eorũ quadratum



confecimus:eorum oppositiones simul inscri bentes. Addidimus insuper in exteris circulis singularum legū assertores: Christū/Mosem/ Mahumetem/Nymbrothū: quē sacra eloquia Nembroth vocant:qui prim⁹ dominandi accē sus libidine:cœpit esse potēs in terra. Sed & in aliis historiis hic prim⁹ idolorū & simulachro rū excogitator inuentorq; fuisse recensef:adeo vt simul cum subuersione aureæ ætatis(quę a diluuio ducētis & quinquaginta annis fterit) & cum primi in mundum regni successu:veri dei perierit agnitio/accesseritq; nepharia & exe cranda plurium deorum religio.

21 Prima a diuina vnitate defectio:exti tit amor sui atq; superbia.

Nam queādmodum diuinus amor nos deo inserit vnitq;:ita & is amor quo stolide nosip sos amam⁹:nos a deo abducit ac diuidit. Amo ris enim virtus est insitio quædā: sed is quo in serimur deo:verus est & pręclarus amor. Quo vero nobiscum ipsi a deo degeneres conspirare volum⁹:subdolus est & perfidus amor:ac ma nifesta quædam in deum rebellio. Qui autem suiipsius amorem diuino præfert amori:is nō modo seipsum diuinitati confert: sed & supra diuinitatē extollit. Hanc vero creaturę nephā dam supra creatorem extollentiam:defectionē a diuina bonitate: & apostasiam appellamus. Prima igitur a diuina bonitate defectio:extitit amor sui atq; superbia.

22 Sicut amor dei monadi & humilitati ita & amor sui dyadi ac superbiæ per petuo annexus est.

Nam amor dei/naturale inter deū & crea turam vinculum seruat:incōfuso vtriusq; dis crimine. Inserit eñ creaturā creatori:ostendit q; quid creator/& quid creatura. Illum sup hāc extollit: et hanc demum sub illius patrocinio: sacræ cuiusdam humilitatis virtute cōseruat. Nam sobrie de seipsa sapiens creatura:nequaq̄ se primam aut a seipsa conditam substantiam esse autumat:sed & id qđ est & cuncta sua mu nera se a deo accepisse nouit. Quę vero sui crea toris oblita:primas sibi partes tribuit: mox id rumpit vinculum/quo suo authori natura co hærebat: & indigne se deo ęqualem esse:aut pa lam aut tacite profitetur. Sicut igif amor dei monadi & humilitati:ita & amor sui dyadi ac superbiæ annexus est.


Ex amore sui & sup̄bia:oīs idolorū cul tus ac veri dei ignorantia emanauit. 23

Nā amor sui obliuio dei est. At obliuio dei: cōfestim ei spiritali oculo/qui sui obliuiscitur authoris:aliud aliquid/quod vice dei colat & veneretur offert. Quapropter prima veri dei ignorantia omnisve idolorum cultus ex discef sione malignorum spirituum a deo manauit. Hi enim spiritus neq̄: & si nulli creaturarum generi/diuinos honores humano more impen derunt:humanum tamen genus ludibrio ha bentes/ab hominibus:pro diis coli voluerunt. Et non modo ab hominibus vt dii habiti sunt: sed & vsqueadeo idololatriæ insania in excæca tum hominum genus desęuit:vt nullum crea turarum genus diuinitatis expers:ab homini bus olim crederef. In primis eñ malignos spiri tus:prima hominum ætas vt deos est venera ta. Deinde & homines ipsi:a rudioribus vt dii haberi cœpti sūt. postea vero multis quoq; ani mantibus diuinitas inesse credita est. Plantæ quoq; fallaci diuinitatis side & honore:haud quaq̄ caruere:ac deinceps vsq; i extrema entiū/ vt in minetalia aurum/argentū & lapides:fal lax inexistentis diuinitatis credulitas legitur propagata. Hęc autem veri dei ignorantia cul tusve idolorum aut creaturarū:sicut ex amo re sui & superb ia emanauit: ita & ex amore dei/a mundo eliminatur.

Hi mundi ritus quos spiritus erroris inuexit sunt tempore extremi: quos vero spiritus veritatis introduxit: hi tempore medii reperiuntur. 24

Nam si Hebraicę legis initium/ab Abrahā veteris testamēti patre inchoauerimus:mani festum est Gentilium ritum/Hebraico ritu ve tustiorē esse. Iam eñ in idololatriā prolapsum erat humanum genus:priusq̄ Abraham nasce retur. Mahumetea vero secta/Christianam tē pore secuta est. Nā sexcētis fere annis: Christ⁹ Mahumetem antecessit. Hi igitur mundi rit⁹


ordine & gradu collocatur. Secundo quia diximus Israeliticā legem: persimilē esse dispositioni ad virtutē. Arabicā vero habitui vitii. Christianā autē habitui virtutis. At dispositio siue virtutis siue vitii: īter cōtrarios habit⁹ aliquo pacto media est: cum liceat ex vtraq; dispositione in vtrunq; habitū proficisci: non autē ex habitu in habitū. Ex continentia em̄ facile est: vt quis temperātię habitū nanciscatur. Sed ex eadem quoq; cōtinentia (cū hæc dispositio sit: facile a subiecto exturbabilis) labi potest in deterius: & ab intēperantię habitu corrumpi. Quēadmodum & ex incontinentia: quæ aduersa passio & nō habitus est: tam in tēperātiā proficere q̄ in intēperātiā plabi possibile iudicam⁹.



Verbi gratia a puncto.c. quo cōtinentia signatur: in tria moueri licet: vt in.a. in.d. & in.b. Similiter a puncto.d. id est ab incontinentia: motus & in.c. & in.a. & ī.b. facile puius existimat. Ast a puncto.a. in.b. vel in.d. aut a puncto.b. in.a. vel in.c. nullam aut saltem arduā regressionem fieri arbitramur. Cum igit dispositio virtutis / sit quoquo pacto inter vtrunq; cōtrariū habitū media: erit ad hunc modū & Hebraica lex / inter Christianā & mahumeteā ęmula media: tāq̄ inter habitū virtutis & vitii locata.

29 Superest quo pacto Christiana traditio: inter Hebraicam & Arabicā media dici possit enarrare.

Edocuimus sigillatim / quomodo Arabica lex inter cęteras duas media sit: & quo etiā modo Hebraica cū reliquis sumpta: vocet media. Superest vero enarrare causam: quæ Christianam quoq; fidē / inter cæteras duas mediā esse testetur. Christiana obseruatio: tempore & origine / inter cæteras media dici potest: quemadmodum & Christus Mose posterior: et Mahumete prior: in terris visus est & cū hoīb⁹ iuxta ꝑphericū eloquiū cōuersatus. Aliā quoq; cur media sit causam adhibēt astrologi: vt q trib⁹ his legibus / superiores tres planetas præficientes / tanq̄ earū rectores: Hebraicæ Saturnum / Christianæ Iouem / Martē Arabicę præesse fabulantur: ne dicā q; vera loquuntur. Effectum igitur est vnamquāq; triū legū per se sumptarū: inter cæteras duas ratione aliqua mediā dici posse: vt in præsenti triangulo cōsiderare licet. Nam Arabica media est participatione literæ vtriusq;: Hebraica obseruatione sabbati. Christiana tempore & origine.



Christianam solam legem veraciter: per se & absolute: absq; aliarum collatione mediam dici debere. 30

Nam Christus vt deus & homo: est & ver⁹ Messias dei & hominū mediator in sua ipsius ꝑsona: vtranq; naturā diuinam humanāq; concilians. Per hunc em̄ & deus habitat cū hominibus: & homines in dei consortiū traducunt. Hic rursum inextricabilis nodus est & indissolubile vinculum diuinarum & humanarū rerū: & vtrinq; separatarum prius substantiarū & mundorū scala. Idem ipse est per quē contrariis orbitis / ex intelligibilib⁹ in sensibilia patet

descensus: & ex sensibilib⁹ ad intelligibilia ascẽ
sus minime denegatur. Quapropter absoluta
& simplici animaduersione personæ & substan
tiæ Christi: Christiana lex haud immerito so-
la/absolute & per se media nuncupatur.

31 Etsi Hebraica & Christiana leges
haud contrariæ sint (vt q̃ ab eodẽ spi
ritu veritatis manauere) earũ tamen
neutra circuncisionem obseruat cum
baptismo; quiimmo dum Christiana
baptismo innititur: a circuncisione se
liberam rationabiliter autumat.

Hęc vnã dubietatem succidet an debeat cir
cũcisio obseruari cũ baptismo. Si eñ baptism⁹
circũcisionẽ exclusit: vt simul stare & obserua-
ri nõ potuerint: quędã erit inter vtrũq; pugnã
tia & cõtrarietas. Etsi vlla lite & cõtrarietate
ab inuicẽ diffideãt: pari lite necesse ẽ vt et vtra
q; testamẽta dispescant: quæ tamen concordia
& minime pugnãtia esse posuim⁹. Huius ergo
instantiæ ratio in prõptu est. Nã imperfectũ p
fecto (vt diximus) cõtrariũ nõ est. Et tñ quę i-
perfecto enti ppria sunt: pfecto adesse nequeũt.
Seruus domino/contrarius nõ est: alia tamẽ est
serui: & alia domini lex. Alia quoq; vestis serui
lis: quæ impressa forsan in se seruitutis seruat
vestigia. Et alia domini vestis: quæ aut impres
sione signi caret/aut liberaliore & præclariore
signo: eum cuius est nõ seruũ/sed dominũ libe
rũq; esse insinuet. Similiter & alia discipuli lex
est q̃diu sub pædagogo versat: & alia viri con-
summati ac perfecte eruditi. Discipulus enim
vt huiusmodi: per se meditari non valet: sed a
magistro singula percũtatur atq; disquirit. Is
vero qui iã ex discipulatu/in pędotribam pro-
fecit: cũ singula per seipsum meditari disquire
re & adinuenire sufficiat: qd opus est deinceps
vt sese iterum pædagogo subdat! vt qui pari
habitu doctrinæ & scientiæ potiatur: sitq; non
inferior eo a quo cuncta edidicit. Etsi igit Chri
stiana & Hebraica leges haud contrariæ sint:
sed ambæ ab eodem spiritu veritatis indultæ:
incommodum tamen est vt Christiana cum
baptismo sit circuncisionis obseruatrix: quod
& amplius ex sequente propositionẽ liquescet.

Cum baptismo circuncisionis obser- 32
uationem incommodam esse: & pec
cato non carere.

Eum enim qui talis ac tantus euasit vt sub
pædagogo & præceptore esse nõ indigeat: rur
sum sub ferula & pædagogo fieri velle/non est
a peccato alienũ: quandoquidẽ is homo cõsum
matę habitum disciplinæ: quo ad aliorũ instru
ctionem & eruditionẽ/aptus idoneusq; esse iu-
dicatur: nõ modo torpere ac marcere sinit: sed
& illũ a mente seruiliter excutere ac reiicere vi
det. Quẽadmodũ etsi quis post nactã adeptãq;
libertatẽ: aut insignẽ domini vestẽ induere re-
cuset: aut seruilem illi amictũ superinduat: mẽ
tiens se seruũ/ cum iam liber factus sit: aut do-
minationi/præferens seruitutẽ: quis eum dixe
rit peccato carere! Ac vero non modo hũc pec-
care: verũenimuero tãq̃ apostatã/ degenerem
ac perfugã: tanq̃ libertatis violatorẽ & iniuriã
illi/ex seruilis vestis resumptione afferentẽ: me
rito dixerimus ĩ carne propria/debere pœnas
luere suæ pfidiæ: et legi seruitutis ppetuo esse
obnoxium. Quamobrem nimirum ab aposto-
lo sub his verbis: Circuncisio Christianis inhi
betur. Testor enim inquit omni homini circũ
cidenti se: quoniã debitor est vniuersæ legis fa
ciendæ: quod dictum de his solis intelligit qui
iam baptismi gratiã susceperant. Hi eñ a non
nullis Hebræorum inducti ac persuasi: cum
baptismi gratia/participes etiam fieri circũci-
sionis et hanc illi superinducere tentabãt. Etsi
igit circũcisio haud sit cõtraria baptismo: neq;
Hebraica traditio Christianæ legi aduerset:
baptismi tamen gratiã superinducta circunci
siõe violare/nephariũ esse et pctm̃ arbitramur.

Potius Iudaismum in Christianismũ: 33
q̃ Christianitatem in Iudaismum pro
fecisse atq; credidisse.

Non enim is ordo seruatur vt magister in
discipulum: sed vt discipulus proficiat in ma-
gistrum. Non in seruum/is qui liber ac domi-
nus est deiiciendus: sed in dominũ seruus/na-
cta libertate extollendus. Non in fidem scien-
tia reuocatur: sed in sciẽtiam fides aut omnis
ignorantia luminis et rationis aduẽtu scãdit.

Haud rursum carni spiritus: sed spiritui caro famulari iubetur. Non habitus in dispositionem: sed in habitum / dispositio omnis proficit ac scandit. Vnitas haud in numerū soluēda est: sed numerus potius in vnitatē cōplicādus. Ex intelligibilib⁹ haud in ipsa sensibilia relabi: sed ex sensibilib⁹ in intelligibilia scādere / eleuari & assurgere oportet. Christus demum in Ioānem præcursorem suū nō credidit: sed Ioannes in Christum. Quem visibili digiti indicio prodens: vt verum dei agnū / vt sublatorem peccatorū confessus est. Ex his igitur & aliis innumeris quæ ad idem spectantia adduci possunt: liquet Iudaismum in Christianitatē profecisse / potiusq̄ Christianitatē in Iudaismū. Pergit enim in anteriora naturali ordine motus ex Iudaismo in Christianitatem: tanq̄ ex dispositione in habitum qui ideo naturalis vocatur. Cōtrarius vero mot⁹ (si quispiam ex Christianitate relaberetur in Iudaismum) inaturalis est: tanq̄ ex habitu in deterius proficiens.

34 Inter Hebraicam & Christianam legem: nullam penitus nisi apparētem dissonantiam inesse.

Nihil est per quod ex natura sua: Israelitica traditio nostræ aduersetur: quemadmodū nec simplex virtutis dispositio habitui aduersat. Nulla enim est inter dispositionem virtutis & eius habitū maceria: nullus murus / interuallum nullum: quod subiectum vtriusq̄ arceat ac vetet: quo minus facile & velut area cylindro complanata: ex ipsa dispositione in habitū proficiat. Q̄ si nonnulla orietur difficultas: q̄ subiectum in ipsa dispositione remoreť: vetetq̄ eum (quo natus est imbui) habitum adipisci: manifestum est hanc ipsius solius subiecti: vt hois inertię: & minime ipsi dispositioni aut habitui esse impingendam. Ad hunc ergo modū dicimus ambas leges: ex natura sua / a cōtrarietate esse immunes: nullumve pessulū esse aut in verbo aut in spiritu Hebraicæ traditionis: quo Hebræi in Christianitatem proficere arceantur: & quo minus illi: Christo & sacro eius testamento concilientur. Habet igitur Hebraica traditio (quam nos vetus testamētum nuncupamus) haud quaq̄ ex natura & substantia sua: sed duntaxat apparentem ex natura suorū sequacium pugnantiam: per quam Christianorum sacramentis diuinisq̄ nostris traditionibus / existimetur esse contraria.

Cum sacra Christianorum mysteria a prophetis prædicta sint: inq̄ Hebraicis traditionibus arcana delitcāt: manifestum est inter vtranq̄ legem nullam penitus contrarietatem inesse. 35

Quemadmodū dico & arduum trinitatis mysterium & diuinam incarnationem / ex qua Christi persona exorta est: & sanctissimam eucharistiæ in altari consecrationem: & alia huiusmodi (quæ Christianorum & corda & ora: tam fide q̄ confessione obtinuere) nihil esse cōtra Mosaicas aut propheticas traditiones: immouero cuncta hæc / in illis mystice contineri: quæ tamen ad suæ ipsorum legis subuersionē & solutionem eiusdem: a Christo & discipulis eius (quos seductores appellabant) excogitata & adinuenta esse: peruicaciter Hebręi fabulantur. Et ne diuinæ vnitatis abnegent deferātve cultum: summopere sacræ trinitatis mysteriū explodere nitūtur: id aduersari diuinę vnitati & simplicitati proclamantes. Q̄ autem sacra Christianorum mysteria in Hebraicis scriptis abdita habeantur: id frequētissimi passus probant: vt cum dicit deus: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostram: quid obsecro hæc vnius singularis & indiuidui summi entis / pluralis locutio: aliud q̄ eiusdem summi entis impertibilem substantiam trinitate personarum explicitam ostendit? Quid q̄ Abrahā tres angelos vidit & vnicum adorauit? Quid q̄ Melchisedech dei altissimi sacerdos Abrahę a regum sede reuertenti panem & vinum legitur obtulisse? Id profecto věturam panis & sanguinis consecrationem prius expressit. Quid etiam hæc prophetica verba? Adhærebo semini tuo in sempiternum: nisi diuini verbi humanitatem & incarnationem fignent? Partum autem virginis / passionem filii dei / eius innocentiā / eius quoq̄ resurrectionem & futuri sæculi gloriam: Esaias apertissime descripsit. Cum igitur sacra omnia Christianorum mysteria / a prophetis prædicta sint inq̄ Hebraicis scriptis

deliteant: manifestum est, inter vtramq; legē/ nullam penitus contrarietatem inesse.

36 Inter Hebraicam & Christianam tra ditionem si qua apparens contrarie- tas inest: hæc duntaxat ex natura ac- cidit Hebrǫorū: nō aūt Christianorū.

Accidit enim Hebræis: quod & ei qui sola virtutis dispositione contentus/ peruicaciter defendit eā integrū esse ac pfectū virtutis habitū: qq; ob eā causam: vlterius in ipm habitū p- gredi ac pficere renuit: insup & benigne suadē tē vt quę iā cōcepit sacrarū virtutū initia: cō summatiore habitu ad culmen perducat: seq; habitu ipō imbui pmittat: dura ceruice asper- natur. Huic enim manifeste haud ipsa virtutis dispositio: sed sola animi obstinatio est suę im- perfectionis causa. Nulla enim est inter ipsam dispositionem & habitū interiecta & impene- trabilis maceria: sed sola mentis peruicacia fa- cit: vt hic vir pfectū habitum nequaq̄ indipis- catur. Cum ergo diuina Christianorum sciē- tia fit vt habitꝰ: Hebrǫorum ve ro traditio vt simplex scientiæ dispositio: hæc nequaq̄ ex natu ra sua: sed ex ignorantia tantū- modo suorum subiectorum & professorum/ ne proficiat scan- datve in habitum prohibetur.


37 Apparentē inter Hebrai cam & Christianā legem pugnātiā: vt ex parte He braici soliꝰ oculi cōtingē tē: sensibili aliquo signo exponere.

Diximus plerunq; ambas leges: omnino ex natura sua: totius cōtrarietatis esse immunes. Ex parte tamē subiectorum & sequacium suo rum (non vtrorunq;: sed Hæbreorum tantū) putatiuam contrarietatem & pugnantiam ali quam: inter eas reperiri: quod perfacile sensibi li solaris deliquii signo mōstrabit. Eclipsis enī solis (quæ fit luna oculum nostrum & solem intercurrente) haud vera: sed solum putatiua est luminis in sole priuatio: quādoquidē inter


Putatiua solis eclipsis.

hyante lunari globo & solis aspectū ab oculo nostro intercipiēte: putat oculus idem accidere in sole/ qđ & in seipōcoq; modo spoliari proprio lumī ne solē: quo & ipse oculus interiectu lunę phoe bea luce priuat. Pari itaq; mō dico & ambas le ges: ex sua natura esse cōciliatas/ cōcordes/ vna nimes/ ad idē pertinētes: haud secus q̄ materia & forma: spectant ad eiusdē totiꝰ substātiā. Cę terū ex natura & imbecillitate Hebraici caligā tis oculi tanq̄ velamine aliquo (ne sua ipse ar- cana inspiciat) obducti & cōuelati: nonnullā haud verā: sed putatiuā solū/ inter vtrāq; legē/ inesse litem & contrarietatem.

Amborum oculorū Hebraici & Chri stiani: cum suis testamentis differen tiam: in parallellogrammo aliquo sen- sibiliter exarare. 38



Parallellogrammus noui testamenti. Parallellogammus veteris testamenti.

Sit parallellogrāmꝰ vtriusq; testamēti. a. b. c. d. e. f. quē p lineā. c. f. diuido ī duos parallello- grāmos ī. a. b. c. f. q fit veteris testamēti parallel logrāmꝰ: & ī. c. f. d. e. q nouū nobis testamētū si gnet. Colloco ī dextro latere. a. b. hebraicū ocu lū cui intra parallellogrāmū: velū aliqđ nubis/ aut cuiusuis rei alteriꝰ circūduco: vt sub hmōi velamīe deliteat. In latere aūt. d. e. ex opposito pingo Christianū oculū nudū/ apertū/ nullo ve lamīe tectū. Quia enī hebraicꝰ oculꝰ intuet vi detq; sub velamīe: breuior est eiꝰ ītuitꝰ q̄ Chri

ſtiani oculi.Sit ergo vt ituitꝰ Hebraicę aciei ad vſq; ꝓprii teſtaméti fines:vt ad pũcta vſq; C.&.F.ptẽdat:velut quæ ob circũducti veli adiacẽtiã:ad vlteriora ꝑgredi vetat.Sit vero vt Chriſtiani oculi acies:qa nullo velamĩe ad operit:nõ mõ ad proprii vſq; teſtaméti limites:id eſt vſq; ad pũcta C & F progrediat:ſed tanq̃ firmior & efficacior:aduſq; etiã Hebraici teſtaméti initia:vt ad pũcta vſq; B & A. ſe ſe extẽdat:pateatq; illi vtriuſq; teſtaméti cãpꝰ ꝑ quẽ libere & ſine offendiculo ac obice diſcurrat.Manifeſtũ eſt ambos parallelogrammos A B C F:& F C D E:ex natura ſua complanatos cõcordeſve eẽ:nihilq; habere diſſonãtiæ:diſſidii:litis:aut ſeparatiõis:quominꝰ cõiũcti ꝓximi & cohærẽtes:vnũ totũ parallelogramũ efficiãt.Nõnullã tñ i ipis ex preoculoꝝ:occurrere differẽtiam:ꝙ velatꝰ qdẽ & ad opertus Hebraicus oculus:dũtaxat parallelogrãmũ A B C F.conſpicetur.Reliquus vero oculꝰ:qui reuelata acie ſingula intuet:nõ tñ ambos parallelogrãmos vt duos cernit:ſed ambos:vt vnũ aliquem:& ſibiipſi concordem parallelogrãmũ appręhendit ac videt.

39 Quid ꝓhibeat conciliationẽ vtriuſq; teſtaméti & oculi denarrare.

Percõtãti qd facto opꝰ ẽ:vt ambo ꝑdicti cõciliẽt parallelogrãmi:vt ſint vnicus parallelogrãmꝰ.Dico qm̃ vt id fiat:nihil imutãdũ eſt i vtriuſq; parallelogrãmi natura:vtpote q ita ſe habẽt:vt omnino vnũ aliquẽ ac totũ parallelogrammũ cõficiãt.Quid ergo faciũdũ:vt ſint ambo vnꝰ & cõciliatꝰ parallelogrãmus? dico qm̃ neq; addendũ:neq; demendũ qcq̃ ab vtroq; aut ab vtrouis eorũ.Nã ſunt vt diximꝰ parallellogrãmus vnicus & ſimplex.Attamen ambo parallellogrãmi ab ĩfirmo & velato Hebraico oculo:nõmodo putãt eſſe diuerſi:& contrarii:ſed eoꝝ alter vt remotior qui eſt F C D E:nihil veritatis & ſubſtãtię habere ac om̃ino nihil eẽ:ob breuẽ eiꝰ oculi intuitũ exiſtimat. Erit igit amboꝝ parallellogrãmoꝝ cõciliatio:neutrius ipſoꝝ parallellogrãmorum immutatio:neq; rurſum immutatio aperti & reuelati Chriſtiani oculi:ſed eius dũtaxat velaminis reſolutio: quod Iſraeliticam aciem a noſtrorum ſacramentorum aſpectu et ſciẽtia auertit ac diducit.Quæ ergo de geminis diximꝰ ſpecialibꝰ parallellogrãmis: & de toto ex ambobꝰ cõfecto parallellogrammo.hęc eadẽ de ambobꝰ oculis Hebraico & Chriſtiano & de vtriſq; teſtamẽtis:deq; eoꝝ cõciliatione atq; vnitate:dicta & allata intellige.

Quãobrẽ a beato Paulo dictũ ſit:vſq; hodie cũ legitur Moyſes:velamen poſitũ eſt ante oculos Hebræorum: explanare. 40

Id dictũ eſt qa hactenꝰ Hebraica acies verſat ſub nube:ſub pedagogo:in lege ſeruitutis:in ſimplici diſpoſitione vetuſtatis. Hebręorũ enĩ oculꝰ nequaq̃ ex natura ſuæ legis:aut ex peſſulo & obice ꝓprii teſtaméti:ſed ex ſola ſuiipſiꝰ ĩbecillitate aut ex eo quo obtegit velamie ĩ nri vſq; teſtaméti areã:ſpectare ꝑq; illiꝰ cãpũ diſcurrere inhibet. Amoto autẽ ac reſoluto eo velamĩe:quo is oculꝰ opit:ambo ocli Chriſtianꝰ & Iſraeliticꝰ pares erũt atq; vniformes. Et vtriſq; oculis:vtraq; teſtaméta pateſcent.

Signũ quo velamen eſſe ante oculos Hebręorum:perpẽdatur recenſere. 41

Quatuor ſũt ĩdicia & ſẽſibilia ſigna:ꝑ q̃ Hebræoꝝ oculꝰ ſub velamĩe eẽ ꝓpendat. Primũ eſt.Q2 Moyſes cũ ex diuina alloquutiõe diuini lumis ĩpſſos in vultu radios haberet; ſi qñ deſcẽdẽs de monte; ad Hebręos loq̃bat:ponebat velamẽ ſup faciẽ ſuã.Secũdũ eſt id velum qd ex Moſaicę legis inſtitutiõe:ſancta ſctõrũ ĩ altari:arcana & a plebeio aſpectu illibata inuiolataq; ſeruabat.Hoc aũt velũ:occũbẽte in cruce:totiꝰ vitę & lucis authore Ieſu Chriſto a ſũmo vſq; in deorſũ diuinitꝰ ſciſſũ ac reſolutũ eſt.Tertiũ ſignũ eſt apparitio dei ad populũ ſuũ in nube:cuiꝰ apparitiõis meminit apoſtolus dicẽs:Patres nri ſub nube fuerũt:& oẽs ĩ mari baptiſati ſũt.Quartũ eſt.diuinoꝝ ꝑceptoꝝ Moyſi a deo ĩdultoꝝ:ĩ lapideis tabulis ĩſcriptio:& earũdẽ tabulaꝝ in arca teſtaméti depoſitio.Hæc autẽ archa:diuia ꝑcepta totiꝰ vitę & lucis indultoria(Nam ſi qs ea fecerit: viuet ĩ eis)lapideis tabulis inſculpta: & intꝰ aſſeruata:oculis Hebręorum inuia ponebat.

Sẽſibile pariter indiciũ & ſignũ quo Chriſtianus oculus nudus & abſq; velamine eſſe dinoſcatur afferre. 42

Tria sunt sēsibilia signa:q̄ Christianū ocu lū edoceāt nudū & absq; velamine eē. Primū diuini verbi ī carne māsio. Diuini q̄ppe verbi īcarnatio:īchoatio est & substātia Christiani seu noui testamēti. Quid aūt aliud est diuini īcarnatio verbi:q̄ q̄dā diuinitatis ab hūanita te palpatio & attrectatio? Si eīn tāgēdi sēsus certior & firmior ē visu (Nā eminꝰ & de lōge fit visus:tactꝰ aūt cominꝰ ac de ꝑpe) manife stū ē ꝑclariore mō: a Christianis q̄ ab Hebræ is ꝑcipari diuinitatē. Hāc eīn nō mō in au ditu & visu cōsequūt:sed etiā ī tactu:q cūcto rū sensuū certissimꝰ & imediatissimꝰ est. Secū dū signū est scissio veli tēpli:quo de ī ꝑcedēte sumꝰ locuti. Hoc eīn veliū Christo expirante: sacrūq; & imaculatū spiritū ī pris sui manus cōmēdāte:diuinitꝰ a sūmo vsq; deorsū rescis sū:ipsa iā sancta sanctoꝝ:eoꝝ oculis q ī Chri stū credituri eēnt nuda & sīn velamie reuelā da eē mōstrauit. Tertiū deniq; indiciū est la teris Christi post eius mortem lancea trans fixi adapertio. Hæc enim lateris adapertio inhabitantem substantialiter in immaculato Christi corpe:tāq̄ ī nō manufacto tēplo diui nitatē mortaliū oculis nudabat. His igit tri bꝰ euidētissimis signis atq; indiciis: nulli du biū sit Christianū oculū amoto velamie & re

43 uelata acie:ad diuinā visionē eē cęlitꝰ iuitatū.

Q̄z q̄ Iudaismus in Christianismū nō aūt Christianismus in Iudaismū credi derit:potius tn̄ Iudęorū scripturæ a Christianis:q̄ Christianorū eloquia a Iudæis:legūt:recipiuntur:credunt.

Hæc ꝑpositio:instantiam vnam exoluet. Cū enim Iudæoꝝ scripta a nobis recipiant: nostra vero a Iudæis repudiētur eloquia:quo mō dicit Iudaismus in Christianismum cre didisse:cū potius videat Christianitas cōsen sisse Iudaismo? Dico ergo:quoniā vno mō/in Christianitatē credidisse Iudaismus dr:pro pter eos Iudæos quicūq; ex Iudaismo quouis tempore in Christū credidere. Hi eīn vbi aut ab apostolis aut a discipulis eorū:sacris aquis abluti Christianæ militiæ addicti annumera tiq; sunt: etsi antea ex legis suæ instituto cir circūcisi fuissent:iussi tamen sunt:haud dein ceps spē salutis reponere in circūcisione: sed potiꝰ in recētiore regenerationis suæ lauacro Præceptū ipsup illis est:ne ammodo causā sa lutis & euectionis suæ in deum:existimarent esse legem:vt vea legis seruitute & nube per veræ lucis ortum soluti: iam grata īmuni tate & liberiore vita:sub Christi vexillis poti rent. Ad hūc ergo modū Iudaismus in Chri stianitatē credidit:quia quotquot ex Iudæis Christianitati cōsensere:Iudaicos ritus & le gis obseruationē tāq̄ vetꝰ fermētū:aut serui lē vestem:aut veterē hominē:abiicere relinq̄ re & exuere ꝑcepti sunt.

Non mō ob Hebręos q ex Iudaismo in Christum crediderunt:sed etiā ob ipsius veteris testamēti naturā & ar canā prædictionē:dici potest Iudais mus in Christianismum credidisse. 44

Alio modo dici potest Iudaismus ī Chri stianitatē credidisse ꝑpter naturā & substan tiam veteris testamēti:qd̄ ī figura & vmbra nouū antecessit:eaq; vētura ꝑdixit:q̄cūq; ꝑn̄ tia & ꝑfecta nouū demōstrauit. Sicut eīn ser ui obsequiū:trāsit in dominū:ita & veteris te stamēti ꝑdictiones:in noui testamēti euētu fi nē habēt. Nā & ꝑcursor Christi Ioānes ī Chri stum credidit seq; illi subiecit dicēs. Illū opor tet crescere me aūt minui. Veteris quoq; te stamēti vmbra:ante noui claritatē ꝑcurrēs:il lā quoquo pacto annūciauit:& ī eā credidit. Quo eīn mō Moyses & ꝑphetę Christo non consentire:& in eū nō credere potuere:quem de lōge in spiritu & mētis oculo ꝑuiderunt: quē & voce annūciauerunt:& literaꝝ monu mētis descriptū:posteris reliquerunt? Ipm er go vetꝰ testamētū:qd̄ est & Mosis & sanctoꝝ ꝑphetaꝝ eloquium:manifeste in Christiani tatem credit: eiq; consentit:applaudit:famu latur.

Vnū aliquē modū quo Iudaismus nō credidit in Christianitatē recensere. 45

Superest recensere modum vnum: quo Iudaismus non credidit in Christianitatem. Is autem modꝰ est ob naturam eorum:quot quot e Iudæorum numero Christum sequi renuerunt: & hactenus sequi & confiteri re

cusāt. Ergo vniuersa quidē veteris testamēti sacra & diuinit⁹ indulta pagina: nouo cōsētit testamēto. At vero sectatorū & pfessorꝫ eius ps nouo cōsēsit & credidit. Pars vero hacten⁹ dissentit / cōtradicit / nō credit. Qꝫq̄ igit̄ Hebreorꝫ scripta atqꝫ eloqa a nobis pbenē: nō vero ab Hebreorum mente repudien: non tamē in Iudaismū: Christianitas: sed ī Christianitatē: Iudaism⁹ credidisse dicēd⁹ ē. Haud em̄ ideo Christianitas in Iudaismū credere dicat̄ qa Hebræorꝫ scripturis credat fidēqꝫ illis adhibeat. Nā si se circūcisiōi bui: Christianitas pateret: seqꝫ seruituti & obseruatiōi Mosaicę legis mācipa ret: tū demū in Iudaismū Christianitas credere: & in illā transire diceretur.

46 Quid sit Iudaismū credidisse in Christianitatē explicare.

Iudaismū credidisse in Christianitatem est vt diximus Iudaismum Christianitati tanq̄ dispositionem habitui famulari: & in futuro eius euētu spem totā & expectationē habere. Recēsuimus em̄ causas duas: pp̄ter q̄s haud temere dicat̄ Iudaism⁹ Christianismo consensisse & in illū credidisse. Primā ob eos Hebręos q Christū sequuti sunt: quorꝫ primates omniumqꝫ primitiæ sacri apostoli fuere. Hi enim erāt filii Abrahę secundū carnē: nati in testamēto circūcisiōis: & ipsa circūcisiōe, a pfib⁹ suis imbuti. Secūdā vero: ob ipsius veteris testamēti naturā & substantiā: q̄ tota haud aliud est: q̄ quędā descriptio psonę Christi. Vnitas em̄ diuini substātialis verbi: q̄ postea nr̄æ integerrimę humanitati adhęsit: a pcurrenti b⁹ pphetarꝫ eloqiis fuit nutu & volūtare dei pnūciata. Per gemios igit̄ hos modos quos pcedēs & anpcedēs recēsuere: manifestū est qd sit Iudaismū in Christianismum credidisse.

47 Quid itē sit Christianitatē non credere in Iudaismum explanare.

Christianismū nō credere ī Iudaismū: non est Christianismū contradicere Iudaismo: vel Christianos Hebræorum improbare scripturas: easqꝫ nolle suscipere: aut Mosaicam legē tanq̄ falsam perfidam & a spiritu erroris inductā respuere. Nā Hebręorꝫ & scripturas & legē approbam⁹: easqꝫ & a deo & a spiritu veritatis indultas esse cōfitemur. Sed qa ī meli⁹ et pstanti⁹ testamētū euexit nos de⁹: dicimus quoniā nō ampli⁹ vetere obseruatione īdigemus. Quia em̄ datū est nobis amoto velamīe videre: qd de cætero nos op⁹ est: iterꝫ sub velamine cōcludi? Quia libertate & immunitate potimur: cur demū nos esse sub lege seruitutis oporteat? Cū nr̄as mētes cęlit⁹ illustrauerit de⁹: cū nobis sancti spirit⁹ p̄ntia oēm iuxta sacra eloqa / suggerat veritatē: qd opeptiū est nos esse deiceps sub magistro & pędagogo: a quo varie & pmulto tēpore ac labore erudiamur? Christianismū igit̄ non credere in Iudaismū: est Christianismū neqꝫ circuncisioni neqꝫ veteris legis obseruationi seruiliter esse obnoxium.

Qꝫq̄ vtraqꝫ testamenta sint & simul vera & consona: non tñ simul sunt ab iisdē hominibus obseruanda. 48

Ambo testamēta & sil' vera sūt & cōspirātia in vnū: nō tñ sil' ab iisdē hoib⁹ obseruāda. Nā ipa veritatis pprietas: ambob⁹ testamētis ex ppria ipsorꝫ natura et substātia competit: absqꝫ vlla subiectorꝫ suorūve sequaciū cōsyderatiōe. Eorū vero obseruatio naturā respicit subiectorꝫ atqꝫ sequaciū: q iisdē testamentis p modulo suo obseruādis: sese deuouere. Sicut igit̄ nō cōtingit duas qdē substātiales formas siue cōtrarias: siue cōsonas & eiusdē speciei simul eidē subiecto & materiæ ieē (cuilibet em̄ subiecto: em̄ vna forma inest) ita ab iisdē viris: sil' vtraqꝫ testamēta pprie saltē & peculiariter minime sūt obseruāda. Haud em̄ pōt q dn̄s est: sil' seruus eē. Et q cōsummat⁹ est: iā discipul⁹ nō est. Et ediuerso q adhuc aut seru⁹ aut discipulus est: neqꝫ aut dn̄s esse aut magister. Et hoc pacto p reliquorꝫ analogiā discurrēs p̄ntem conclusionem discutito.

Post Christi verę lucis ortū tria esse q̄ gēti Hebręorū iputātur i peccatū. 49

Post Christi veræ lucis ortum: tria sunt quæ merito genti Hebræorum imputantur in scandalum & in peccatum. Primum

q Christo nequaq̃ adhæserũt. Secũdũ q eundẽ occiderũt. Tertiũ q post ei9 resurrectionẽ i lege seruitut[hacten9 pmãsere. Et q̃q̃ pñtes Hebrei Christũ: neq viderint: neq audierit: neq occiderit: filii tñ sũt eo9: q Christũ occiderũt: Patres eñ iuxta scripturã comederũt vuã acerbã: dẽtes vero filio9 hacten9 obstupescũt. Quãobrẽ moderni prisco9 Hebręorũ filii: cũ in paternarũ obseruãtia legũ: tũ in noui testamẽti apta & pnicaci cõtradictione & abnegatiõe: i parẽtũ suo9 peccato cõcludũt vtpote q abnegãtes vsq hodie Christũ dñm: rursũ eundẽ crucifigũt. Nõ sũt igit ambo sil'. testamẽta: a diuersis populis obseruãda q̃q̃ dẽ illucescẽte & apparẽte vero sole: debeãt illico cuncto9 oculi: mox ad suscipiẽdũ eius iubar eẽ repurgati apti pparati. Quis eñ eos oculos in solẽ & verã lucẽ peccare nõ dixerit q præsentẽ ei9 claritatẽ captare recusant! Nã et inuitatos ad nuptias: cũ illi venire: & sacro interesse cõuiuio: cõtẽpsissent: & eũ pariter q inter discũbentes: sine nuptiali veste affuit: hos a pñfamilias merito per satellires cõphẽdi & pœna affici iussos scriptura recẽset. Fuit igit añ Christũ saluatorẽ: legis obseruatio iustitia. Ab aduẽtu vero Christi vsq nũc: ei9 obseruatio peccatũ est & iniustitia.

50 Hebræos aliquo pacto dici posse in Christum credere.

Hæc quandã pri9 dictorũ cõtradictionẽ p se fert: sed apparẽtẽ dũtaxat: nõ aũt veram & existentẽ. Nã verũ est Hebræos credere in testamentũ vetus: eosve & Moysi & pphetarũ scripturis: indubitatã adhibere fidẽ. Atq testamentũ priscũ: haud aliud est q̃ Christ9 implicit9: et q̃ quędã Christi figura & pcutrens vmbra. Est eñ sacra qdẽ Christi pdictio: & nõ dũ psñs sed vẽtur9 Christ9. Credũt igitur Hebræi in Christũ implicitũ: nõ psentẽ sed futurũ. vniuersi eñ pphetę de Christo nõ iã pñte sed tũc tẽpõris adhuc vẽturo loquuti sũt. Adhærẽtes igit Hebræi suo testamẽto sil': & ipsi Christo: sed vt adhuc vẽturo, cõsentiũt & in eum credunt.

51 Qualiter Hebręi in Christũ non credãt: sed illi cõtradicãt exponere.

Credũt Hebręi i Christũ: dũtaxat sub dictamie & pdictiõe suę lęgis: gñali quadã rõne et aliaduersiõe Christi: dei & hoim mediatoris. In Christũ vero sub expsso & singlãri: noie Iesu: i quo oẽ genu flectit cælestiũ: terrestriũ: et inferno9: credere recusãt. Dicũt eñ Iesũ (quẽ pses eo9 in salutiferę crucis ligno suspẽderũt) neq natũ eẽ de castissima & iremerata virgie: neq deũ & hoiem eẽ: neq surrexisse a mortuis: neq Christũ eẽ: sed vt seductorẽ populi: meritas pœnas (qđ nephas dictu sit) luisse. Credũt igit Hebręi in Christũ: sub dictamine & pnũciatiõe sui testamẽti. Nõ aũt credũt i Christũ secũdũ psonã aut secũdũ veritatẽ nois Iesu: in quo oẽ genu flecti iubetur.

52 Sacratissimã Christi psonã esse vtriusq testamenti concordiam.

Docuim9 crebro vtraq testamẽta: nulli9 cõtrarietatis discrimie: abiuicẽ eẽ separata: s3 ambo ex natura sua tã eẽ cõsona & cõcordia: vt iã nõ duo: sed pene vnũ cõflare testamẽtũ videãt. Spectãt enim ad idẽ ambo: ac de eodem Christo loquũt: eãdẽq Christi Iesu psonã: aut vẽturã: aut pñtẽ testãt. Quã eñ priscũ illud futurã pdixit: nouũ pñtem mõstrauit. Vñ fit vt eadẽ sit substãtia: idẽq finis ambo9: psona inq̃ Iesu Christi supbenedicti filii dei. Nam & vniuersi pphetę de Iesu Christo: & Christ9 pter de seipso loquuti sũt. Scrutamini eñ inq̃ scripturas qa illę sũt q̃ testimoniũ phibẽt de me. Et rursũ. Si crederetis Moysi: crederetis forsitã & mihi: de me eñ ille scripsit. Item & Abrahã exultauit vt videret diẽ meũ: vidit & gauisus est. Est igit sola & indiuisa Christi psona verissima vtriusq testamẽti cõcordia et coicidẽtia: nec vsq̃ a Christi psona deflectẽdus est aut auertendus oculus qui ambo9 testamẽtorũ cõcordiã & cõciliationẽ rimari & idagare cupiat. Intuens eñ oculus i Christũ: cernit vtriusq testamẽti cõplemẽtum.

53 Veteris testamẽti seriẽ: de Christo: sub inęqualib9 angulis: obtuso & acuto esse loquutã. Nouũ vero sub ppẽdiculari linea & æqualib9 angulis: de eodẽ cũcta effatum esse.

Oēs enī pphetæ:ab Abrahā vsq ad Christū:nō de pn̄ti sui tēporis glīa:sed de futura q̄ reuelata est in Christo pphetauerūt. Ac sit verbi gratia. A. prophetarū seu veteris testamēti tēpus. E. vero sit vnus quispiā pphetaꝝ vt Esaias:q & plura & apertiora cæteris: de Christo edidit testimonia:quē colloco sub A. Sit pariter &. B. tpus Christi:C vero Christꝰ quē e directo sub ip̄o. B describo. Dico quoniā



tēpꝰ pphetarū. A euacuatū ē a glīa. Esaias enī & cæteri pphetæ:licet ī tpe. A. & vixerit & pphetarint:in aliud tn̄ tempus vt in tēpus. B. eoꝝ p̄dictio sub inęqualibus angulis ptendebaṫ:quos linea E B sup p̄ctū e dispcitur. Est enī linea E B pphetic̨ p̄dictiōis designatio: q̄ propriū liquēs tēpus: in aliud sese extēdit. Linea aūt C B ppendicularis sup lineas C & B Christi sermones ostendit.q quo tēpore ab eiꝰ ore pfluebāt:eodē quoq tpe & ipi implebāṫ. Prophetici aūt sermōes vno q̄dē tpe vt in tpe A cōdebanṫ:sed ī alio tpe vt in tpe B cōsūmā di suæ p̄dictiōis finē p̄stolabanṫ. Sub igiṫ ięqualibꝰ angulis:vetꝰ testamētū oīa de Christo p̄dixit:de quo noui testamēti series:oīa vt iā pręsētia:sub æquis angulis enunciauit.

Q̄ꝫ q̄ vetus testamentū sit vt dispositio quædā virtutis:nouū vero vt virtutis habitꝰ:haud tamē oportet eos qui nouo & præsentaneo imbuti sūt imprimis in veteri pfecisse & sub lege fuisse cōclusos:priusq̄ cōsūmatius testamentū percipere valuerint.

Dximꝰ vetus testamētum esse vt dispositionē virtutis. Nouū vero vt ipsius cōsūmatę et pfectę virtutis habitū. Atq in habitū nullꝰ nisi p medias dispositiones scādit oportet q prius præuias dispositiones inesse subiecto: q̄ ab ipso habitu subiectum decoretur. Ergo dixerit & eo modo forte aliqs nullā ad nouū testamētū eē viam:nisi per media veteris pacti ac foederis interuallā:ac ideo debere oēm qui Christianis sacramētis initiari:regenerari & ībui cupiat:prius vniuersam legē absoluisse pq eiꝰ spatia cucurrisse:priusq̄ veri Christiani noīe cēseri:dignꝰ habeaṫ:quemadmodū & vnūquēq priꝰ discipulū fuisse & sub pędagogo versatū atq eruditū eē oportꝫ:q̄ magisterii & p̄ceptoris dignitate euadat īsignis. Huiꝰ & dubietatis & obiectiōis pfacilis est discussio. Nā spūs q̄dē sācꝰ iuxta elogū spirat vbi vult Vbi aūt hic inspirauerit:et quā mētē suo lumie cōpleuerit:incassū hęc mēs:sese alterius mētis difficili ac vario pędotribæ tui subdit. cū lōge p̄clariꝰ ab scto p & p oīa imaculato spiritu(quē itra se īhabitātē habet)oēm veritatē edoceaṫ. idq nō humano more ī tpe & sudore pmulto:sed repēte atq in tpis momēto: in q̄dā itē nouitate doctrinę. Haud igiṫ oportet eos q nouo & p̄sentaneo testamēto ībuūṫ: prius in veteri testamento pfecisse & oēm legē absoluisse priusq̄ cōsūmatiꝰ testamentum pcipe valeāt. Nā absq p̄currētiū dispositionū acquisitione:spiritussāctꝰ ipsum virtutis habitū:iis qui sunt eius largitur.

Christianā eruditionē ac sapientiam haud indigere gradatim ī pfectionē attolli:sed eā a spiritu sancto repēte mentibus fidelium indulgeri.

Hoc enī in sacris Christi apostolis ipletū est q literas q̄dē & linguas nationū Christi imitatiōe calluere:qs tn̄ p̄ceptore & institutore nemīe didicerūt. Quāobrē admirabūdi attonitiq de Christo Pharisęi dixisse legūṫ:Q̄ō hic scit lr̄as cū nō didicerit illas:qbꝰ ēt ille subiūxit:Mea doctria nō ē mea:sed eiꝰ q misit me pr̄is. Ita & sacra Christiāorū doctria:nō ē eoꝝ sed spiritussancti doctria. Hāc enim nullo labore aut sudore sui vultus:sed simplici dono diuię gratię:& repētina scti sp̄s illustratione arcana ve īfusiōe adepti sūt. Haud igiṫ oportuit eos qui non ex Hebręis sed ex gētibꝰ & immenso p̄teriti erroris pelago Christum secuti sūt Iudaismo imprimis ībui: vt quoq mētes

mox habitu ipso/sine vlla pcurrente dispositione:diuina cleme̅tia dotauit.Hebręi em̅ sunt q po̅dus diei & ęstus portauerũt:tota die laborãtes.Isti vero nouissimi/vna hora fecerũt et tñ pares imo vero supiores aliis effecti sũt.

56 Gratiã absq̧ labore:labori absq̧ gratia:esse præferendam.

Quis & gratia/laborẽ:& labor ac sudor vultus/gratiã excludat:plus tñ pdest sine labore gratia/q̃ sine gratia labor.Oĩs em̅ labor et sudor vult9:ĩdiget & gratia:cũ tamen simplex & pura gratia:labore/sudore/& humano quouis ope minime ĩdiga sit. Alioq̧(vt diu9 testat̃ Paul9)gratia/iã nõ est gratia. Qđ em̅ labore parit̃ & acqrit̃:id minime gratis donatur.Qđ itẽ vltro & spõte indulget̃: id nullo labore acqsitũ dicat̃.Præsertim vero liq̃t gratiã absq̧ labore:pferẽdã eẽ labori absq̧ gratia cũ oĩno null9 sit labor exors gratie:vt plurimũ tñ sit gratia absq̧ labore.Oĩe etem̅ humanũ opus/indulgẽtia & pmissione dei fit: q̃ quidẽ indulgẽtia/quędã est gratia.Cũ igitur labor haud sit separabilis a gratia:sed tamẽ gratia separabilis sit a labore:liquet gratiam labori esse præferendam.

57 Diuinã gratiã:magis in gentib9 q̃ in Hebræis apparere gratiam.

Assimilant̃ em̅ his gẽtes:q diuinã qdẽ vitẽ cum minime coluerint:eius tñ vuas ac fructus decerpere pmissi sunt.His itẽ q sine radicẽ/nõ modo floruerũt:sed & fructũ tulerunt vberrimũ.Quapropter & ipsas gẽtes: diuus Paul9 appellat ramos/cõtra naturã insitos in oliuã bonã:id est in radicẽ & in arborẽ Hebręorũ:a qua & naturales ramusculos:pp̃ter nos testat̃ excisos:vt contra naturam nosipsi/qui ex gẽtibus sum9:eidẽ arbori insereremur.Similes rursum his Christiani(vt dixim9)sũt: qui sine præcurrente dispositione/habitum nanciscuntur.His item pariter qui circa horã vndecimã cũ venissẽt:vna tamẽ hora/op9 compleuerunt:& in nihilomin9 a pŕefamilias vni9 denarii cõpẽsatiõe & mercedis appẽsiõe pares his effecti sũt:q circa horã primã venerãt:põdusq̧ diei & ęstus ptulerãt.Ex his igit̃ manifestũ est gratiã in gẽtibus/plusq̃ in Hebræis:gratiam apparere.

Hebræorũ pfectionẽ sicuti & gẽtiũ haudquaq̃ ex opib9 legis:sed ex simplici gratia esse cõcludendam. 58

In pfectione & cõsũmatione Hebręoꝝ: nõ mõ cõcluditur necessaria esse gratia : verum etiam eoꝝ pfectio ex mera gratia pẽdet.Quaten9 em̅ corã dño pmioꝝ & munerũ largitore dicũt:qđ debuim9 facere fecim9: hi opa q̃ facere iubebant̃:se patrasse causant̃.Quavero tenus subiũgunt atq̧ pnũtiant serui iutiles sum9:ĩdignos se esse ipa præmioꝝ largitione testant̃:ideoq̧ & sacra præmia: nõ iã pp̃ter sua ipsoꝝ opera:sed ex sola largitoris dei clemẽtia et vltronea bõitate/sibiipsis ĩdulgeri humillime pcant̃. Quapropter et e duobus his sacris eloquiis:qđ inq̃ debuim9 facere fecimus: et serui inutiles sum9:primũ/a secũdo euacuatur.Illud nãq̧ labores oñdit & opera. Istud vero nulla opeꝝ et laboꝝ habita ratione:præmia haud iã ex laborib9 & meritis/sed ex sola gratia adeo ĩpetrare & consequi satagit.

Hebręorũ perfectionẽ & nobiscũ cõciliationẽ aliquando futuram. 59


Qꝫ em̅ ĩprimis hęc vtriusq̧ ouilis ac testamenti vnitas & cõciliatio indubitãter futura sit:colligimus duplici argumẽto. primo sacri hui9 elogii testĩonio.Erit ouile vnũ:& vn9 pastor.Secũdo ex nr̃orum sacerdotũ in sacris altarib9 cõuersione.Dũ em̅ sacer dos ĩ dextro altaris cornu missaꝝ solẽnia inchoat:plerũq̧ veteris ĩ eo testamẽti lectionẽ recẽset:tãdiuq̧ in eo pleuerat:quoad sit noui testamẽti lectio decãtãda.Tũc vero ĩ sinistrũ cornu, a dextro pgredit̃.in quo vbi sacrũ euãgelii dictamẽ expleuit:cõfectis ĩ medio altaris/visibilibus sacramẽtis:tandẽ in dextrũ cornu/a sinistro reciprocus:ĩ ea qua inchoarat altaris pte/sacris mysteriis finẽ imponit.Per hãc em̅ visibilẽ sacerdotis in altari circulationẽ:& a dextro altaris cornu/ĩ sinistrũ pfectionẽ:demũq̧ a sinistro/ĩ dextrũ cõuersionẽ atq̧ regressũ:nr̃ates oẽs theologi futurã nõnũq̃ Hebręoꝝ pfectionẽ ac nobiscũ cõsẽsũ mystice designari volũt. quasi p hęc visibilia signa:apte diuina q̃dã nobis ĩsinuet̃ cõuersio.Etem̅ sacra diu ĩ tasquõdã Hebręis/manifestata:ĩ illis pri9 habitauit.

Ab eis vero medio tp̄e/ad nos vſq̧ clemēter pgreſſa:ſuę cognitionis pticeps nos eē volu- it.deinceps aūt aliq̄n ad ſui motꝰ̄itia: velut pfecta ſui latiōe reuocāda:rurſūq̧ Hebręis ſe reniore q̄ priꝰluce reuelāda:& ię ternū cōcili anda exiſtiaꝫ.His ergo gemis q̄ recēſuimꝰ ar gumētis:ſacro iq̄ ſcripturaꝝ teſtionio & my ſtica ſacerdotis i altari circulatiōe & ab eodē ad idē regreſſu:pſuaſū nobis ſit & certa fide credēdū:nōnūq̄ Hebręorū cōciliationē & cō uerſionē ad deū patrū ſuoꝝ(q ſolꝰ verꝰ & im mlꝰtiplicabilis ē deꝰ)euētură.His eñ q̄ dixi- mꝰ & hęc beatiſſimi Pauli teſtimonia aſtipu lāꝫ.Potēs eſt eñ vt ait iteꝝ deꝰ miſerere illos:

cordi & cōciliato/ diuinitus manauere.

61 Hác vtriuſq̧ ouilis cōciciliationé: in ſenſibili figura explanare.

In p̄cedētibus ſatis docuimꝰ quomō ſit hęc Hebręorū cōciliatio faciūda p eiuſce nubis & caliginis reſolutionē:quæ illoꝝ oculos ob- tegit adoperitq̧:ne noſtra ipſi teſtamēta/ſpe ctare & intueri queāt.Sit eñ eadem q̄ trigeſi mę octauę huius figura:q̄ in eodem parallela grāmo.A.B.D.E.vtrūq̧ teſtamētum cōple- ctatur.demo dūtaxat ab Hebraico oculo:qui eſt i linea ab:adopientē illū obtegētēq̧ nubē: et extēdo ab eiuſdē ocli cētro,lineas vſq̧ ad pūcta d & e: ſiue vſq̧ ad lineā d e:q̄ finis ē nři



A quos excidit a naturali radice/vt nos eidē ra dici iſereret.Et rurſū.Illi nō crediderūt i mi- ſericordiā veſtrā:vt & ipſi miſericordiā cōſe quāꝫ.Et iteꝝ.Cōcluſit deꝰoīa i incredulitate vt oim miſereret.

Vtriuſq̧ ouilis cōciliationé:futuram
60 abſq̧ immutatiōe vtriuſq̧ teſtamētí.

Cū nulla ſit vtriuſq̧ teſtamēti adinuicē pu gnātia:haudquaq̄ ad Hebræorū cōciliationē exigiꝫ aut amboꝝ aut alterius eoꝝ imutatio Sūt eñ ambo teſtamēta ſuapte natura cōcor dia/cōſona & cōciliata.Nulla penitꝰ i iis eſt diſſonātia aut lis:niſi i pte ſuoꝝ ſubiectoꝝ at q̧ ſequaciū:nō qdē vtrorūq̧:ſed dūtaxat He bręoꝝ.Nos enim Chriſtiani:tā Hebręoꝝ ſcri pturis/q̄ nřis cōſentimꝰ:atq̧ ihęremus.He- bręi vero cū ſua ipſi tātūmō ſcripta pbēt:nřa obturat[auribꝰfaſtidiūt.Hactenꝰigiꝫ illi cōci liādi nobiſcū ſūt:vt euāgelicꝰtextꝰ/ęque illis ac nobis:ratꝰ/veridicꝰac pbatꝰ ſit.Quāobrē vtriuſq̧ ouilꝰ cōciliatio futura ē:abſq̧ imuta tiōe vtriuſq̧ teſtamēti.Ambo eñ teſtamēta ab eodē ſpiritu veritatis:ſibipſi per omnia cō

F teſtamēti.Per has eñ lineas:Hebraicꝰoculꝰiā factꝰe nubis:nudꝰ& clarꝰ:q priꝰ haud vltra li neā.c.f.ſpectare poterat:iā i vtriuſq̧ teſtamē ti cāpū diſcurrit:nec minꝰ nřa apte & clare q̄ ſua & ppria intueꝫ ac cernit.Ideoq̧ & a pñti figura demo pariter mediā lineam.c.f.q̄ non exiſtentem ſed tamen apparentem vtriuſq̧ teſtamēti expřſſit maceriam: qua dēpta/mox ex ptialibꝰvtriuſq̧ teſtamēti parallelogrāmis vnicꝰ:ſimplex:idē & vndiq̧ cōtinuꝰparallelo grāmꝰ cōſurget.nullo pacto neq̧ reipſa:neq̧ rōne:neq̧ veraciter:neq̧ apparēter:ſectꝰdiſcō tinuꝰaut plurimꝰ.Addo itē i ſupiore pte figu rę:vt i pūcto.c.diuinū oculū: tāq̄ iā ambobꝰ cōciliatis oclīs/Chriſtiano & Hebraico ęq̄ il luceſcētē: & vtriq̧ apte ac oī amoto velamīe appentē.Pñs igiꝫ figura quātū ſēſibiliter de- mōſtrari & pigi pōt:vtriuſq̧ & teſtamēti & ouilis cōciliationem & concordiā noſtris ob tutibus expandit.


E

Quādo & vbi: hęc ſit futura cōcilia- 62 tio:mortalibus ignotū eſſe.

Hæc proponit duo mortalibus ignota:tē- pus inq̄ & locum in quo ſit futura Hebręorū

65 Conciliato vtroq; ouili & Mahumetea impietate a mundo sublata: super erit in vniuerso mūdo deus vnus: pastor vnus: & populus vnus.

Deus in vniuerso mundo tantum vnus est: qui & oīa fecit: & vniuersa moderatur. Viç tamen ac leges quæ aut veraciter ad deū homines perducant: aut saltem perducere falso existimantur: sunt tripartitę: duę quidem scilicet Hebraica & Christiana: secundum naturam & substantiam scripturarum: adinuicem vnanimes/& conciliatę. ac dūtaxat ex parte altera suorum sequacium: id est Hebræorū: apparēter dissonantes. Tertia autem Mahumetea: vtriq; /tam in substantia scripturarum: q̄ in natura suorum professorum aduersatur. Illis igitur in vnum voluntate dei conciliatis: hac quoq; a mundo sublata: erit super terrā & deus vnus: & pastor vnus: & populus vnus.



Erit & humani generis trina dissensio: in diui nam resoluta/atq; reducta vnitatem. Eadem enim via/eodem itinere & calle/eodem traduce propheta: magistro/pastore/præceptore & mediatore dei & hominum Christo Iesu saluatore atq; redemptore. Eadem deniq; lege: humanū genus diuinæ erit particeps claritatis. Et eadem demū claritate viam: vitā & veritatem demonstrante in deum totius vitę & lucis authorem fœliciter scandet atq; remeabit. Haud ei hic Mahumetem: Alius Mosem: Alter Christum: se habere prophetam: magistrum: & totius itineris ad deum ducē gloriabitur: quandoquidem humanum totum genus per omnes sui partes: sibiipsi adiungetur atq; cōsentiet: eritq; & vni⁹ dei & pastoris vnius Christi populus pariter vnus.

Israeliticam ad deum conuersionem: nōnunq̄ futurā: e sacris eloquiis attestari. 66

Diuus Paulus testatur deū a naturali suæ oliuę radice Israelem excidisse: vt nos eidē radici/insereremur. Hebraicam autem oliuam haud radicitus a deo euulsam fuisse: id ostēdit deum haudquaq̄ Hebræos ex toto repulisse & abiecisse: sed nonnūq̄ ab eodem reuocandos: vt qui duntaxat præcisis ramis eorum & amputata superiore parte stipitis: radicem in terra reliquerit & virentem permanere iusserit. Qui etiam crebro per prophetas dixisse legitur. Si fuerit Israel sicut arena maris: reliquæ ex eo saluabuntur. Item & educam eos de omnibus gentibus/in quas dispersi eos: & adducam eos in terram suam: & subiiciam eos sceptro meo. Horum igitur sacrorum eloquiorū testimonio: existimet superesse spes aliqua Israelitic̨e conuersionis: & iteratę in suam oliuam (a qua diuinitus excisi sunt) insitionis. Congruit & huic proposito versus sancti cuiusdā viri/Hildeberti Cęnomanēsis episcopi recen sere: quos de conuersione nostrorum sacerdotum in altari: iuxta Israeliticæ conuersionis fidem composuit. Inquit enim.

Est ratio q; pars altaris dextera missæ
Principium finemq; tenet/mediūq; sinistra.
Dextera Iudæos/gentiles lęua figurat.
Cœpit ab his/trāsferē ad hos/referet ad illos
Nostra fides: & erūt sub mūdi fine fideles.

Non sicut conuersio gentium fuit abiectio Hebrçorū: ita & iteratam Hebrçorum conuersionem: fore gentiū abiectionem. 67

Hæc dubietatem tollet: an sicut Hebręi ex naturali excisi sunt oleastro/vt nos eidem inferremur: ita & aliquando nos excidi oporteat: vt illi denuo suæ radici & oliuæ inserātur. Siue: an sicut nostra misericordia & salus: fuit excęcatio incredulitas & periclitatio eorū: ita demū & iterata eorum salus: & ad deū cō

uersio:erit execçatio icredulitas & pĩclitatio nostra. Huius ratio in promptu:& in foribus est. Dicimus eñ deum/ haud eodẽ modo/ vel eadẽ de causa:ab Hebræis ad nos/abiectis illis profectũ:& denuo a nobis/ad illos recursurũ. Nã ex peccato Hebræorũ:vti ex morte Christi & abnegatione sui saluatoris:ad nos cõuersus est deus: quẽ tamen nequaq̃ hoc pacto ob nostrũ peccatũ/in Iudęos recursurũ fatemur. Non igitur sicut cõuersio gẽtiũ fuit abiectio Hebręorũ:ita & iterata Hebræorũ conuersio futura est vocatarũ gẽtiũ abiectio. Quo enim pacto Hebręorũ cõuersio/erit eorũ nobiscum conciliatio & cõcordia:nisi & ipsi in ea in quã vocati/sumus fide permaneamus!

68 Causas aliquas temporaneæ abiectionis Hebręorum recensere.

In primis in tempore sui testamẽti hi a veri dei cultu deficiẽtes:idola coluerũt & gẽtiũ ritus imitati sunt. Prophetas ad correptionẽ sui a deo immissos occiderũt/ legẽ trangressi sunt/diuinis mãdatis haudquaq̃ paruerunt. Demũ vero in fine sui testamenti:visitationis suæ tempus nequaq̃ agnouerunt. Et non modo nõ cognouerunt:sed & deũ in humana carne habitantẽ/in ligno crucis suspenderũt. Ad paratũ cõuiuiũ inuitati venire noluerunt. Panem de cælo viuum & excellentius manna diuinitus sibi indultũ/nõ modo mãducare contempserunt:sed & calcarũt & tanq̃ maledictũ extra ciuitatẽ abiecerunt. His ergo eorũ pctĩs irritatus deus:nobis Christianis(qui ex arbore omniũ gẽtiũ pcisi sumus)clamẽter illuxit & quæcũq; prius propriis filiis obtulerat:hęc ipsa ad tempus ab eis ablata:sponte nobis largitus est. Dedit eñ nobis semetipsum humana carne vestitũ:visitauit nos & habitauit nobiscũ. Ad præparatas filiorũ delitias:nos introduxit. Panẽ de cælo viuũ nobis manducandum apposuit. Hęc igitur & huiusmodi:q̃ deꝰ haud inæternũ sed ad tẽpus ppriis filiis ob eoꝝ peccatũ ademit nobisq; clamẽter donauit:haud rursum a nobis auferet : vt ea illis restituat: cũ nequaq̃ tale aliqđ futurũ sit nostrũ peccatũ:quale fuit illorũ. Quãobrẽ deus & nos in deliciis/ad quas introduxit: iugiter saluabit/& ad illas easdem/absq; vlla abiectione nostri:proprios filios reuocaturus expectatur.

Haud iisdẽ causis deus ab Hebræis ad nos:abiectis illis processit : & rursum a nobis ad illos : absq; vlla nostri abiectione recursurus est. 69

Nam deus Hebręis/ob eoꝝ peccata & transgressiones abiectis:ad nos ob suã ipsius misericordiã pcessit & venit. Rursum vero deus ad illos ipsos:non hoc pacto ex nostro peccato/ & sua misericordia:sed ex simplici miseratiõe recursurus credat. Deus igit Hebræos:ob eorũ peccatũ deseruit. Ad nos vero/instigante misericordia pcessit. In nobis autẽ (nulla illum tãti peccati offensa:a nobis expellẽte nosq; deserere cogẽte)pmanebit. Ad Hebręos aũt absq; vlla nostri desertione:ob suã solam misericordiam recursurus celebrat. Immo vero non tam ad Israelitas recursurus est deus : q̃ illos ad nostra testamẽta vocaturus. Desertionis quidem Hebręorum causa:est simplex peccatum Diuinæ vero ad nos profectionis instigatio & causa:est sola misericordia:per quã etiam solã eadem diuinitas ad Hebræos (nobis nequaq̃ abiectis)est recursura.

Hanc diuinã ab Hebręis ad nos profectionem & iteratam diuinitatis ad Hebræos recursionem:sensibili figura explanare. 70

Cõficio angulum I.D.N. sitq; vt pũctum. i Israelẽ. d vero deum. n autem nos designet. Dico quoniam angulus i. d. n. primum dei exprimit motum : geminis ex causis factum.



Linea enim i d:Hebrǽorum peccatum & eorũ a deo discretionẽ explanat.Linea vero d n: diuinam & misericordiam/& ad nos profectionem designat.Demũ linea n h: secundum dei indicat motum.quo sola miseratione & nullo nr̃o peccato instigãte: ad Hebræos(nos haud quaq̄ deserturus) recurret. Ergo excidit de⁹ Israelem a sua radice:ob simplex peccatum.Inseuit gentes in Israelis oliuam:instigante misericordia.demũ vero sine vlla nostri eradicatione & peccato:iterũ Hebrǽos in suam oliuã insiturus est.

71 Haud prophetarum necẽ sed Christi interemptionem:præcipuam & verã extitisse causam abiectionis Hebrǽorum.


Recensuimus Hebrǽorum peccata complura:tanq̄ causas abiectionis eorum: vt ꝙ visitationis suæ tempus non cognouerint:ꝙ vineã a deo in ipsis plantatam colere neglexerint:ꝙ patrisfamilias sacrum & delitiarum plenũ cõuiuium aspernati sint: ꝙ missos ad se fructuum & vuarum percipiendarum causa seruos eius:alios quidem ceciderint alios lapidauerint:ac demũ primogenitum eius ad se quoq̧ missum:extra vineam eiectum occiderint.Et hæc suprema eorum trãsgressio:præcipua est & verissima causa abiectionis eorum.Nam sola prophetarũ & seruorum dei mors:nequaq̄ eorum pactum/in nos transferre valuit. Consummata est enim effusio sanguinis prophetarum:in effusione sanguinis filii dei. Ac deinceps ira dei ex tẽpore prophetarum inchoata:ex toto per mortem Christi super Israel incubuit.Nam quẽadmodum minorum luminarium vt stellarum & planetarum lumina: in insignioris lampadis/vt solis luce obũbrantur/vanescunt/splẽdescere desinunt:ita & ꝓphetarũ interfectio/in morte Christi filii dei/ vsqueadeo obumbratur ac non apparet:vt pene illius collatione non esse peccatum videatur.Est tamen mors & interfectio prophetarum peccatum:& non immerita diuinę vltionis concitatio:sed nõ est simpliciter ipsum totum Hebræorum peccatum:in quo & patrũ/ & filiorũ mensura: iuxta eloquiũ impleta sit.

Insignius & absq̧ proportione grauius est vnius innocentis interemptio: nece innumerorum nocentium peccati labe non carentium. 72

Hæc propositio præcedẽti applaudit:ostẽdens insigniorem esse/ & absq̧ ꝓportione grauiorem/vnius viri innocentis:vt Christi mortem:nece innumerorum nocentiũ : vt omniũ prophetarum.Innocens enim appellatur: qui omni peccato & originis & voluntatis caret. Nocentes autem:qui etsi a peccatis volũtatis immunes sunt: non tamen originalis maculæ expertes.Morti eñ hominũ peccato nõ carentium:nõnihil iustitię inesse videtur.At in nece innocentis:tota & omnis consummatur iniustitia.Cum igitur omnes ꝓphetæ nec peccato originali:nec forte peccato voluntatis caruerint:Christus autẽ vtriusq̧ peccati fuerit exors(Nam tam voluntate & opere:q̄ naturali substantia/& origine mundus fuit a macula & per oĩa innocẽtissim⁹)manifestũ est nõ prophetarum/vtrinq̧ peccato obnoxiorũ:sed solius Christi vtrobiq̧ innocẽtis necẽ/esse solẽ/ excellẽtiam/summitatẽ/fastigium & insignẽ lampadẽ Hebraici totius peccati. Est eñ id peccatum eorum(vt diuus Paulus ait) supra modum peccans & excellens: in quo consummatur omne peccatũ.In hoc eñ peccato dicuntur filii(hi inquã qui Christum crucifixerunt)suorum patrum mẽsurã iuxta Christi prędictionẽ impleuisse:veniet inquit super vos oĩs sanguis iustus:qui effusus est a sanguine Abel iusti:vsq̧ ad sanguinẽ Zacharię filii Barachię:quẽ occidistis inter templum & altare.Et vos ergo implete(quasi dicat in me ipso)mensurã patrũ vestrorũ.Hæc eñ Christi ad eos prædictio:totius eorum peccati seriem ab initio ad finem vsq̧ expressit:cõcludẽs ac terminãs ipsum peccatum/in nece sua.

Diuinam progressionem ab Hebræis ad nos:eiusq̧ ad Hebræos recursum:vnicum & indiscontinuum motum esse. 73

Diuina progressio aliquo pacto circulum imitaẗ. Ab Hebręis nāq; inchoata latione deꝰ ad gētes pgressus: rursum ad Hebræos nōnū q̄ recursurus speratur. Diuina igitur huiusmodi pgressio: in primis rite pingetur: & exprimetur in circulo: si in eius inferiore arcu



gentiū scribatur cōuersio: qui primus est dei motꝰ / ab Hebræis ad nos. Ex opposito vero in superiore arcu, scribenda est Hebręoꝝ cōciliatio: q̄ secunda latione seu recursu eius ad Israelem sancietur. Nam quēadmodū simplex est & indiscontinua / totius eiusdem circuli latio omnis contrarietatis expers: ita & vnicus / cōtinuus / simplex / totius contrarietatis nescius esse dei motus autumandus est: qui prius nobis & lucē: & vitā benigne indulsit: & eandem postea cā lucē / q̄ vitā: auersis & excæcatis Hebręis est allaturus. Constat nāq; ex natura & similitudine circuli: vtrunq; dei motū / quo & ad nos venit / & ad Hebræos recursurꝰ est: vnicum / simplicem & continuum motum esse.

74 Veteris testamenti initium scrutari: idq; haud ex humanis operibꝰ ac meritis: sed diuina sola bonitate & miseratione pependisse.

Vt aliquātisper vtriusq; testamenti initia: media ac fines cūctis dilucescant: diuinā totā progressionem aut apparitionē resumemꝰ / a veteris testamenti exordio. Dicimus em̄ ante omnia / deum Israeli & semini Abrahæ adhæsisse non aliqua necessitate perurgente: neq; hominū meritis aut operibus: quę antea patrarat Israel inductū: sed simplici bonitate clęmētia & misericordia instigatum. Nam sicut deus in primis vt bonus / oīa procreauit: ita & naturali bonitate ad Abraham loquutꝰ / ei repromisit quoniam in semine eius benedicerentur omnes gentes. Hoc em̄ & sapientia de seipsa loquens exponit. In omnibus ait requiē quæsiui: & in hęreditate domini morabor. Et dixit mihi qui creauit me: in Iacob inhabita / & in Israel hęreditare: & in electis meis mitte radices. Hæc igitur primogenia Israelis a deo in filios adoptionis electio / hæc dei ad eos adhæsio & futurarū benedictionū sponsio: haud ex eorum operibus ac pręuiis meritis: sed sincera dei clęmentia exorta est. Totius itaq; veteris testamēti initium: aut est præuia dei ad Abrahā loquutio: aut diuinę legis a Mose susceptio: quæ pfecto haud humanis operibꝰ ac meritis: sed soli diuinæ clæmētiæ / est prouide & sapienter ascribenda.

Diuinū in Hebræis statū diuināq; totam in eis mansionē: quæ est veteris testamenti series exinde rimari. 75

Edocuit præcedēs / q̄d sit veteris testamēti exordiū: idq; haudquaq̄ humanis meritis atq; operibus: sed diuinæ soli bonitati ac miserationi mōstrauit ascribendū. Qua em̄ bonitate ab initio creauit deꝰ vniuersa: eadē quoq; clæmentia & voluntario instinctu / humanæ salutis causa: vetꝰ in primis testamētū cōdere voluit. Sicut vero precedens cōclusio veteris testamēti exordiū: seu primā dei ad hoīes apparitionē scrutata est: ita & p̄sens diuinū in Hebræis statū / diuināq; totā in eis māsionē / quæ est totꝰ veteris testamēti series scrutari iubet. Dicimꝰ ergo q̄m̄ diuinꝰ in Hebręis statꝰ (q̄ est diuina tota in eis mansio) vel ab Abrahā vel a Mose est ad Christū vsq; designādꝰ. Nā tādiu steterunt & sacrificia & holocausta ipsorū q̄ diu pseuerāte lege habitauerunt in terra sua. Hāc vero diuinā in Hebręis māsionē totiusq; veteris testamēti seriē: rursum nō hūanis meritis & opibꝰ: sed diuinę soli clęmētię: (q̄ patiēter expectat cōuersionē pctōrū) ducimꝰ ascribēdā. Est igit Abrahā vel Moses totꝰ veteris

testamēti initiū:Christus vero finis eiusdem.

76 **Superest diuinitatis ab Hebræis ex cessum: & eiusdem ad nos accessum: deīde ipsi9 in nobis statū ac mãsionē: postremo vero eiusdē ad Hebręos regressum distinguere atq rimari.**

Hæc ppositio implet id qđ duæ pcædētes inchoarant. Antepcedens eñ scrutata est veteris testamēti initiū in Abraham aut in Mose/totāq eius seriē vsq ad Christū pmansisse exposuit. Pręsens autē conclusio excessum dei ab Hebręis & eius ad nos accessum. Deinde & eius in nobis mansionem siue nostri testamenti seriē. Postremo vero eius ad Hebręos recursum distingui iubet. Dicimus ergo extremo tempore p necē Christi:cōtigisse diuinum ab Hebræis abscessum:quem peccato eorūdē maximo & supra modū peccāti:id est neci Christi impingimus. Idem aūt diuin9 in Hebræis occasus/quæ & diuina ab eis separatio:fuit & accessus dei ad nos:q pariter haud nostris meritis & opibus:sed diuinæ soli bonitati/clęmētiæ & misericordię venit ascribēd9. Postea vero diuinū in nobis statum dicimus fore ppetē tandiuq mãsurū:q̄diu & psens steterit sæculum:& in futurū etiā sæculū:sub eorū numero/qui ex nobis salui fiēr progādū. Qđ eñ semel dedit nobis de9:id nunq̄ ablatur9 est. Immo vero & qđ primo etiam tempore Israelitis donauit:haud omnino abstulit ab eis:sed dūtaxat(iuxta sactū eloquiū)ad modicū/ad momētum & ad tēpus:abscondit se ab oculis eorum/reuersus in locum suum:donec in nouissimis diebus/quęrant faciē eius. Distinguim9 igit diuinitatis ab Hebræis excessum:p pctm̄ eorū. Eiusdē vero ad nos accessum: diuinę miserationi ascribim9. Eiusdē quoq in nobis statū:ac postremo eius ad Hebręos recursum:eadē clęmentia & bonitate rimamur.


77 **Ab exordio veteris testamēti vsq ad supremā conciliationē & cōuersionē Hebræorum:diuinam pgressionem quoquo pacto senariam esse.**

Hęc ppositio in vnū colligit:qđ a trib9 primę pmissis cōclusionib9 est pticulatim discussum:docēs diuinū totū motū/ab exordio veteris testamēti ad supmā vsq cōciliationē & cōuersionē Hebręorū:ppulchre senariū numerū imitari. idq curriculū: qđ a Mose ad Israelis cōuersionem fluet: senis stadiis esse dispertitū. Nā primū stadiū:diuinū in Hebræis ortū designat. A secūdo vero stadio:diuinus in eis stat9 exprimitur. In tertio:diuin9 ab eis abscessus est vestigādus. Quartū vero stadiū:orientē in gentib9 nobisq apparētē deū ostēdit. Quintū porro:diuinū in nobis statū insinuat. Sextū deniq diuinā ad Hebręos reuersionē: fine nři desertiōe & abiectione oculis demōstrat. Rursum stadiū primū/misericordia mēsi sum9. Secūdū itē misericordia/ & nullo humanorų operū merito. Tertiū vero Hebręorų peccato metimur. Quartū iterū ducimus misericordia metiēdū. Quintū rursum & sextū pariter misericordia & clęmentia dei. Cūcta igit hęc stadia pter tertiū/sibiinuicē cōsonār: easdēq diuinæ pgressionis causas habent. At tertiū qđ ab Hebręis deū ad tēp9 occuluit:a cęteris aperte dissentit. Id eñ haud quaq̄ sub ratiōe diuinæ miserationis:sed sub ptextu Hebraici peccati venit metiendm.

Hæc tergemina diuinæ pgressionis stadia:in arboris oliuæ vestigiis ac signis:vt diui Pauli verbis astipuletur exarare. 78

Hęc ppositio diuo Paulo applaudit:a quo p oliuā vtrūq testamētū varie figurat. Sit ergo pria oliuę arbuscula virēs & speciosa: quā plātauit de9 p Abrahā aut Mosen in Israel. Haud eñ a deo toti9 vitę īdultore: qcq̄ emanare potuit indecorū/sterile aut aridū:sed toti9 vitalis hūoris plenissimū. Sit deinde oliua secūda viuēs qdē in radice:in summo vero stipite & in ramis indecora/inculta/neglecta. tanq̄ cultorū(qbus a deo cōmēdata fuit)incuria/sterilis & arida:foliis/floribus ac fructib9 spoliata. Sit dein tertia arbuscula/priuata ramis ac stipite:& ad radicē vsq excisa: ad hūc modū vt sola radix ipsius:adhuc tñ viuēs & vitali humore plena ī terra pmãserit. Sit & oliua quarta/ex dissimilib9 ptib9 cōflata:ex prioris īquā oliuę naturali radice: & ex pegrino stipite ac

ramis alienis:q p̄ter naturā / priori radici ab
optimo & sapiēte ortolano insiti sint:nodo ali
quo aut visibili tubere / insitionis locū indicā
te:sintq; hui9 oliuę/& summ9 stipes aridus: &
rami floribus/foliis/fructibusq; carētes. Nēpe
hi rami vt aliūde p̄cisi:ita & steriles & sine fru
ctu in primis erāt:suntq; ideo Hebraicę radi-
ci inserti:vt in aliena/potiusq̄ in ꝓpria radice
vireāt/floreāt/ & fructū ferāt. Sit p̄terea qnta
oliua tota virēs ac speciosa: foliis florib9 & fru
ctib9 adornata. Sit sexta demū oliua sub vna q
dē & simplici radice:sed gemino īplexa stipi-
te:q̄ & tota vbiq; vireat: & in ramis vndiq; tri
no ꝑtu ac ꝓuētu/folioꝝ īquā florū & fructuū
pterea & huius quoq; arbusculę/ q̄ diuinū ad
nos signat accessum:pars stipitis supior:q̄ su-
pra nodulū adiacet:cū vniuersis ramis arida
& sterilis eē cernit:q; haud statim/a suę īsitio
nis initio: q̄ant alieni & ꝑegrini ramusculi/in
dissimili radice efflorere. Quintæ vero oliuæ
arbuscula:Christianorū pubertatē diuinūq;
in nobis statū adaperit:in quo speciosissimus
Christianitatis fruct9/toti mūdo reuelat: vt
in tp̄e apostolorum. Hac.n.de causa & hęc oli
ua/tota q̄dē viret: & trino vndiq; ꝑtu cernit
eē vberrima. Sexta deniq; geminis p̄dita stipi
tib9:se cōplectētib9 oliua: tā Hebręoꝝ ad deū
cōuersionē/q̄ eorūdē nobiscū cōciliationē: at




Diuina tota progressio in sex oliuis sensibiliter explanata.

exultet. Dico igit qm̄ hę sex oliuæ/diuinā oēꝫ
ꝓgressionē:nr̄is oculis lucide subiiciunt. Pria
eñ oliua virēs:ea est quā Abrahę aut Mosi vl
tro obtulit de9. Scd̄a vero est quā filioꝝ Israel
incuria & a deo vero & viuo auersio: in sūmo
stipite/& in ramis arefieri ꝑmisit. & hęc statū
dei in Hebręis ostēdit:de quo scriptū ē. Tęde
re cœpit de9 sup Israel. Itē & alio ī loco. Quid
est q; expectaui vineā meā : vt faceret vuas: &
fecit labruscas. Tertia vero est de qua Ioannes
p̄dixit. Iā eñ securis ad radicē posita est. Oīs
ergo arbor/q̄ nō fecerit fructū bonū/excidet.
Excisa est igit hęc tertia oliua sub Christo:ra
dice tñ eius in terra ꝑmanēte: q̄ mystice desi-
gnat tēporaneā Israelis abiectionē: & auersio-
nē dei a lege & testamēto eorū. Quarta oliua:
cęteris/ꝓpter nodū quem gerit in stipite dissi
milis apparet. Hic aūt nod9 locū exprimit: in
quo p̄ter naturā/aridi pri9 & emortui genriū
ramusculi:in Hebraicā oliuā insiti sunt. Pro-
q; amboꝝ adiuicē vnitatē & pacē p̄ se fert. Est
eñ & hęc vtroq; stipite & ramis oībus: a vi
tali humore & folioꝝ/floꝝ/ac fructuū vberta
te nequaq̄ aliena. Est īsup & ipsa ꝑpes atq; im
mortalis futura:nūq̄ve excidēda: nunq̄ a deo
abiiciēda:nūq̄ vitali humore aut foliis / flori-
bus ac fructib9 exuēda. Habes igit quomodo
tuis descriptā/& exaratā:diuinā oēm ꝓgressio
nē:ab accessu dei ad Israel:ꝑ abscessum eiusdē
ab eodē:ad eiusdē in eūdē regressum.

Cū de9 sit toti9 iustitię sol: rursū diui 79
na eadē ꝓgressio:sub solis specie pin
genda & figuranda est.

In p̄cedēte diuinā totā ꝓgressionē exarati-
mus in arborū vt oliuarū figuris. Nūc aūt pe-
tit: & id quoq; pingi ac describi in solis specie
eo q; in sacris lr̄is:ipsius dei:vt totius iustitiæ
solis:creberrima & frequentissima sit appella-
tio. Describo igit circulū: in cui9 cētro pingo

diuinum solē: in circunferentia vero eiusdē/ scribo sex vultus/ęque abinuicē distantes: alios quidē ad ipsum solē:id est ad diuinū vultū cōuersos intra circulum spectātes: alios vero auersione sua/palā extra circulū intuētes. Ac



primū qdē vultū/cuius circulo iuxta scriptū est A:voco Abrahę vultū:cui primo tanq̄ Hebręorū patri:deus exortꝰ/benigne illuxit atq̧ apparuit. Sequētē vero vultū:cui lfa H iuxta posita est:vultū appello Hieroboā regis Israel quē prę cęteris regibꝰ/in tēpore testamenti & diuini statꝰin Hebręis:postposito veri dei cultu/idolorū supstitioni deditū fuisse lectitamꝰ Ideo.n.& hūc vultū/p̄piximꝰ extra maioris circuli captū spectātē:& tn̄ nihilominꝰdiuinā lucē/ex nimia bonitatis idulgētia/ vsq̧ ad eūdē (q̄q̄ refugiētē & auersum)ptingētē:illūq̧ ad sui pspectū/clemēter reuocare cupiētē. Tertia vero facies/q̄ nō modo auersa a deo ēst: sed & interstite nube/a totiꝰ iustitię sole sepata:indicat nobis Hebreoꝝ exiliū/a Christo ad p̄sentaneū tēpꝰ:aut ad diē vsq̧ iteratę cōuersiōis eorum. Sup hūc eni vultum: diuina lux ad tempus/ob spōtaneā eius auersionē lucere desiit: opponēs iuxta eloquiū/iter se & eū vultū: nubis velamē/ne trāseat emanatio suę claritatis. Hac ei de causa & hūc vultū/sub nube aliqua cōclusimꝰ:& eiusdē circulū tenebris cōpleuimꝰ. Quartꝰ aūt aspectꝰ:gētiū siue Christianorū ad deū viuū & verum cōuersionē/post Hebręoꝝ abiectionē factā ostendit:iuxta id sacri eloquii. Popl'us gētiū q̄ ābulabat in tenebris vidit lucē magnā:habitātibꝰ in regiōe vmbrę mortis lux orta est eis. At q̄a his q̄ repente e tenebris ad lucē cōuertūt:cōtingit vt in initio (caligātibꝰ adhuc eorū oculis:vel p̄teritarū tenebrarū specie/nōdū satis ab oculorum acie excussa) haud statim patule/& intrepide valeāt ipsius lucis haurire radium: ideo huiꝰ vultus (q̄q̄ ad deū cōuersi deūq̧ intuētis) oculū cęcū/& nōdū omnino ab obscuritate p̄teriti erroris repurgatū depinximus. Nam et Christus suis interim discipulis dicebat. Adhuc & vos cęci estis. Et iterū: O generatio incredula quousq̧ ero vobiscū:vel rursum. Adhuc & vos sine sēsu estis & cętera huiusmodi: q̄ palā indicant/oculū e tenebris ad lucē sese cōuertentē haud illico fieri lucis ipsius capācē. Quītꝰ aūt vultus Christianorū est:iāiam & conuersorū ad lucē:& repurgatū a tenebris ac totiꝰ pristini erroris cęcitate/oculū habētiū:q̄ iā luminosi radii capax euasit. Hūc etenī vultum ideo & ad deum conuersum:& eius oculum clarū videntemq̧ describere voluimus. Sexto autē dispari/duplici geminoq̧ vultu sese intuētes: suprema Hebraeorū ad deū cōuersio / & eorū nobiscum concordia/atq̧ ad nostra oscula pgressus insinuatur.

Ex analogia aliqua vt forte humani 80
animi diuinā claudere & inferre vnitatem.

Hæc propositio tanq̄ ad praesentis libri finem contendens:nos eo reuehit atq̧ reducit/ vnde ab initio digressi eramus. Nam a diuinā vnitate: liber iste sua sumpsit primordia: edisserens nullam esse efflagitandam


rationē:qua deorū exclusa pluralitate/tātum vnū esse deū cōfirmet. Adiecimus tñ ibi diuinā vnitatē:compluribus posse suasiunculis & analogiis agnosci:idq etiā/nequaq̄ nos omissuros spopōdimus:vt nōnullis saltē analogiis quo pacto in eā fidē & credulitatē facile vnusq̄sq inducatur/edoceremus. Hęc ergo ꝓpositio veluti tā quæ ꝑcedētiū sponsionū tēp:stiue & opportune meminit:q̄ q̄ ad libri initiū recurrere & quasi absoluto diuinę vnitatis circulo finē principio copulare voluit:de diuina rursum vnitate certior euadere cupit. Nam a diuina vnitate exorsi: sensim ad mundanā hūanāq varietatem delapsi sumꝰ:edocētes interim: quo modo humana oīs varietas & cōtrarietas semitarū ꝑducentiū in vnū & simplicē deū:sit in vnius tādē religionis normā/a deo ipso resoluēda/& ī Christiana vnitate añ finē mūdi cōciliāda.Iā vero ab humana cōciliata vnitate:vt a populo vno/ & a pastore vno/ad deū vnū reuocamur:quē tātū vnū & impertē eē demōstrare:ex aliqua analogia: vt forte humani intellectus:p̄sens cōclusio ꝓponit. Nullū eñ est in rebꝰ hūanis:insignius diuinitatis vestigiū/humano aīo. Neq qcq̄ in hoc mūdo sublimiꝰ:ex quo iā cominꝰ & fere absq medio in deū eleuemur. Cæterū quo pacto ex hūani animi vnitate liceat p analogiā:diuinę vnitatis rationē claudere & inferre/sequētes ꝓpositiones prosequentur.

81 Hūani totiꝰ animi ꝑcipuas & extremas vires:eē ītellectū atq memoriā.

Hęc ꝓpositio(vt totius animi ad deū analogia euidētior fiat)paucula ex libro de intellectu resumit. Partit eñ humanū totū animū/in ptes duas:in intellectū scilicet atq memoriam. Manifestum vero est ex his:q̄ de intellectu in eiꝰ libro docuimꝰ:intellectū natura esse impertē īdiuiduū ac minimū:vtpote atomū verticē apicēq animi:& vt anteriorē & prçuiā totius animi ptē:q̄ species a mūdo captat atq ꝑhēsat:& p cuiꝰ indiuisibile ostium & insectiles valuas:oīs intellectualis species in animi scrinia & in memoriā irrūpit. Nā memoria ex opposito ad intellectū fusa/ sparsa & lata est:tanq̄ plurium simul & capax & cōseruatrix specierū. Hę eñ duę vires intellectꝰ & memoria: vt totiꝰ animi substātiā cōplectētes:quādā in aīo adinuicē relatiuā oppositionē habēt:qñqdē sicut intellectꝰ vocādꝰ est anterior pars animi:ita & memoria ps eiusdē interior vocitanda. Intellectꝰ est acumē & rostrum animi:quo spiritalē escā capescit. Mēoria vero basis eiusdē:in qua eadē esca suscipit. Intellectus est vnitas animi:mēoria vero vt eiꝰ multitudo. Sed ad qd:hę ābarū animi viriū ꝓprietates: sequētibus propopositionibus constabit.

Actū animi quē vocamus intellectū: vnicū & immultiplicabilem esse: idq esse punctum & indiuisibile. 82

Vt ostēdat in analogia animi/ deꝰ & tātum vnus & indiuisibibis esse: proponit in primis actus & apex totiꝰ animi(quē vocamꝰ intellectū)vnicꝰ & īmultiplicabilis eē. Et non modo nō sunt duo aut plures actꝰ animi:sed & ipse actꝰ animi est: vt pūctū atq indiuisibile/sub-



stantia impers & minimũ. Vt em̃ id in sensibili figura euidentius adpateẽ: pingo ac scribo duos circulos sese cõtingentes: quorũ vnũ appello circulũ animi/reliquũ vero circulũ mundi. In principio enim cũ vacuus sit animus: nulla adhuc specie imagine & sciẽtia imbutus: hic suæ eruditionis & scientificæ plenitudinis cõsequendæ gratia: ad mundi circulum accedat oportet: fiatq; illi saltẽ proximus & attiguus: cui omnino vnus & cõtinuus fieri non possit. Atqui duorum circulorũ extra se inuicem iacentiũ seq; minime intersecantiũ: contactus in indiuisibili & solo in puncto absoluitur. Sit ergo punctũ. A. in quo circulus animi circulũ cõtingit mũdi. Erit. A. pũctũ: velut ea pars toti⁹ animi/quã intellectũ nuncupamus: quoquidẽ solo vertice/simplici/vnico & insectili: mundũ contingit animus. Per has em̃ valuas/hoc ore & ostio: omnis mũdana species irrumpit a mũdo in animũ. Nam per punctũ. B. haud quaq̃ directe animus: mũdanasve capessit species quãdoquidẽ animus in puncto. B. nequaq̃ mũdũ contingat aut illi attiguus fit. Neq; etiã per puncta. C. D. E. F. mũdanę species subeunt animũ: sed duntaxat per valuas & angustias puncti. A. quẽ ideo toti⁹ humani animi actũ & apicẽ/siue intellectũ nuncupamus. Hoc etẽ solo puncto imperti/vnico & immultiplicabili: humanus animus mundo copulatẽ: vt spiritalẽ alimoniã a mũdo/eiusce pũcti acumine phẽsam: in suiipsius aulam traducat. Cõstat igitur humani animi actum eamve eius portionem quæ peculiariter vocatur intellectus: non modo vnicam: sed & insectilem impertibilemq; esse.

83 Sicut vniuscuiusq; animi: vnicus & simplex est actus siue intellectus: qui pręest multitudini intellectualium specierum introducendarum in animũ: ita & omnium creaturarũ vnicus est author deus: qui eas ad esse ꝑduxit.

Hec cõclusio vim toti⁹ analogiæ/animi ad deũ cõprehẽdit. Queadmodũ ei vniuscuiusq; animi (vt pcedẽs mõstrauit) vnic⁹ est & ipers actus siue itellect⁹: q pręest multitudini intellectualiũ specierũ/itroducẽdarũ i aĩm: ita & oĩm creaturarũ vnicus est author deus: a quo solo: illę ad esse pductę sunt. Nouim⁹ em̃ in primo q dẽ ęuo/i quo sol⁹ extitit de⁹: nullas fuisse creaturas: q̃ tñ in p̃senti ęuo cernunẽ esse inumerę. Vñ igiẽ obsecro hęc p̃sentiũ creaturarũ pependit: orta est & emanauit mltitudo: i scdm æuũ itroducta? Dico qm̃ eo mõ creaturarũ oim numer⁹/est in p̃sens ęuũ iuuect⁹: quo & species intellectuales in aulã animi. Hę em̃ haud p plura animi ora ibibunẽ: sed dũtaxat p vnicũ & insectile osipsi⁹: i aim irrũpũt. Creaturęvero haud quaq̃ etiã p plura initia/ad esse ductę sunt: sed p valuas easdẽ: p vnicũ & insectile os/p tm̃ vnũ ostiũ: p verticẽ & apicẽ eũdẽ: quẽ deũ nũcupamus: q eo fere mõ poĩa/se habet ad creaturas: queadmodũ & apex animi. i. pũctũ. A. (qd nobis intellectũ signat) ad reliquã totã animi partẽ: quã memoriã & potẽtiã aĩ nũcupam⁹: toti⁹ animi basim/oĩmq; ipsi⁹ specierq; exceptricẽ & cõseruatricẽ. Sicut igiẽ vniuscuiusq; animi/vnicus est & simplex actus siue intellect⁹/q præest multitudini intellectualiũ specierũ introducẽdarũ in aĩm: ita & oĩm creaturarũ/vnicus est deus earũ opifex: qui eas ad esse perduxit.

Quicquid est animi: præter ipsius impertem actum siue intellectum: id reliquę portionis animi id est memorię rationem & nomen habet. 84

Qui humanã totã substãtiã nouerit in duo partiri/in aĩm & corp⁹: humanũ quoq; aĩm/p portionabiliter i geminas portiones diducet: i vnã qdẽ ipertibilẽ/q alteri p̃est: quã vocam⁹ intellectũ/& i reliquã q priori subest/q memoria nũcupatẽ. Est em̃ tot⁹ anim⁹: vt tota hũana substãtia. Intellect⁹ vero ẽ vt anim⁹. Memoria aũt vt corp⁹. Intellect⁹ est vt nũc tẽporis: qd semp vnicũ & ipers/nobis adiacet. Id em̃ nũc est act⁹ & p̃sens tẽporis: memoria vero ẽ vt p̃teritũ & futurũ: q sunt vt tẽporis potẽtia et extrema q̃dã. Sicut igiẽ nihil est in vniuerso tẽpore: qd p̃senteis nomẽ habeat/p̃ter adiacẽs nũc: ita et in aĩo nihil est/qd et nomẽ et rationẽ habeat itellectus p̃ter. A. pũctũ: quẽ apicẽ/actũ/oculũ/solẽ/stellã: os/ostiũ et valuas animi appellare licet. Quicquid est aũt residuũ ex animi circulo/pręter

ter.A.punctū velut totus arcus & circunferētia.B.C.D.E.F.hoc totū memoriæ & potentię paſſibiliſve partis animi noīe cēſeat:quēadmodū & in tempore quicquid eſt præter actū temporis ſeu præter id inſtās quod nobis adiacet/quod & præſens appellamꝰ:id eſt temporis potentia par ſve eius præterita vel futura. Ergo ita de animo dicito:eſſe ſcilicet vbiq̧ accipiendam potentiam animi:eamq̧ variam eſſe & multipharia̅:ac multorū ſimul capacem:qua̅ memoriam & paſſibilem animi partem nuncupamus. Vnicū enī eſt & impers.A.quod nomē memoriæ & potētiæ penitus ſubterfugiat. Na̅ per nullū aliud punctū/q̃ per.A.ſpecies/quęcūq̧ poſtea animo inſunt:in prius vacuū animū irruperūt.Haud enī per.B.punctū/aut per.C.aut per.D.aut p aliud quoduis:ditari poteſt & mūdanis refercīri ſpeciebus animus cū neq̧ in puncto.C.neq̧ in puncto.D.neq̧ ī quouis alio q̃ in.A.puncto:mundum vt diximus attingat ſitq̧ illi vicinus & coniunctus.

85 Humanum intellectum id eſt anteriorem animi portionem:ter vnicum ter ſimplicem:terve impartibilē eſſe.

Ter vnicus/ter ſimplex/ter impartibilis & immultiplicabilis ē actus animi ſiue intellectus.Primo enī vnꝰ eſt ī ſubſtātia:q̄a ſolus:vnicus & inſectilis ī toto animi circulo/velut apex animi:vti eſt punctū.A. Vnus eſt deinde:ī modo appręhenſionis ſpecierū:quandoquidē nūq̃ ſimul duas aut plures ſpecies:ſed iugiter & aſſidue tātū vnā cōcipiat & præſentē intra ſe habeat.Tertio vero vnus eſt:ſimplicitate appręhenſionis vniuſcuiuſq̧ ſpeciei. vtpote qui nullam eandē bis concipiat/aut duobus momētis in ſeipſo ꝑpetiatur.Nam cū & imperş & impaſſibilis ſit:mox vbi aliquā ſpeciē captauit/eandē traducit in memoriā:adeo vt quæ primo ſolo momēto adiacet pręſens ītellectui:quouis alio inſtanti/prætergreſſa anguſtias & fauces ipſiꝰ intellectus:reſideat/ſtetq̧ ī memoria:a qua:ad animi apicem:nunq̃ reciproca ſit.

89 Sicut ex multiplicitate & alteritate memoriæ eleuamur ad apicem & vnitatem principantis intellectus:ita & ex creaturarū multitudine:ad ipſius creatoris vnitatē aſſurgendum eſſe.

Quæcūq̧ de intellectu & ore animi in toto animo ſumꝰ elocuti:hęc eadem conīice de deo vnico in creaturarū multitudine. atq̧ eodem prorſus modo ex immenſa creaturarū multitudine/diuinā impartibilē ſcrutare monadē/quæ cunctis creaturis ſubſtantiā dederit:quo pacto ex patula & mltipharia varietate ac multiplicitate memoriæ:ipſum ſimplicē & vnicū intellectū veſtigauimus:qui tanq̃ impers actꝰ animi:& ſupra oēm memorię multiplicitatem principatū obtinens:cunctis his ſpeciebus/ſuo opificio eſſe impartitus ſit:quæ ſunt in memoria/ſiue in totius animi aula.Eſt enī memoria/multiplicitate ac varietate ſpecierū:lata/varia/fuſa:& quoquo pacto multiplex.Sicut igit̄ facilis ē eleuatio:ex mēorię multiplicitate ad monadē ipſiꝰ ītellectꝰ:ita & haud arduū ſit ex creaturarū varietate/aſſurgere ad vnitatē creatoris.

Intellectus humani opificiū quod eſt 87
ſpecierum multitudo:ſimile eſt diuino opificio:qui numerus eſt & ſubſtātia creaturarum.

Humanū enī opificiū:eſt eruditio & locupletatio animi:priꝰ inanis & vacui.Diuinū vero opificiū:eſt replētia mūdi aut ſocialitas dei:prius ſingularis & p ſe exiſtētis.Metire enī omniū creationē p eruditionē animi dicēs quonia̅ ſicut priuſq̃ erudiret̄ animus:vacuus erat nulliſq̧ ſpeciebus locuples:ita & anteq̃ crearent̄ oīa vacuus erat mūdus:eratq̧ etiā deus ſingularis & ſolus:nullo exteriorū ſubſtantiarū prouentu/fœcundus ac plenus.deinde ſicut ipſiꝰ eruditionis actus/animū haud in inſtanti eodē ſed ſēſim ditat oppletq̧ notiōibꝰ:ita & creationis actꝰ/q̄q̧ vacua erāt & hiātia mūdi ſpatia:haud ſimul ſed ſucceſſiue(Nam ſpatio ſex dierū)cūctis ſubſtātiis oppleuit:deūq̧ ſocialē & extra ſe locupletē effecit. Et ſicut vnicū eſt os animi:quod eruditioni animi & cūctis in eū introducēdis ſpeciebꝰ præſit/quē vocamꝰ intellectū:ita et dicito tantū eſſe vnū aliqđ ens:qđ creationi vniuerſorum pręfuit:quod ve oīa ex non eſſe/in eſſe traduxit. Sicut rurſum haud

eandem speciem/bis aut pluries captat intellectus a mundo vt eam inuehat in animum:ita & dic deum/haudquaq̃ bis:eãdem creare/aut creasse substantiam.Quam enim semel creauerit:eandem in numero nunq̃ postea recreabit. Ac demum sicut intellectus/quam semel inuexit speciem in animi scrinia:nunq̃ eandem excutit euomitq; ab animo: neq; speciebus animum refercit/vt postea aliquãdo eundem euacuet:& in pristinum natiuæ ignorantiæ statũ reducat:ita & pari argumento aucupate desĩ: haudquaq̃ ipsam substãtiam/creaturis esse impartitum vt postea aliquando eas exterminet/reducatq; vt prius eas ab esse in nõ esse: sed vt earum saltem præcipuas & similes sui creaturas/vt angelos hominesq;(propter quos & materiam)in perpeti & æuiterno esse contineat: ac perseuerare iubeat.

88 Ex analogia humanæ mentis: diuinã mentem non modo contemplatiuam sed etiam practicam dici posse.

Humanus animus circa mundum in ipsarum specierum disquisitione & apprehensione:negociosus & practicus censetur.Diuina vero mens/cum idipsum officii & negotii ab initio patrauerit:vt omnia e non essendi circulo/in essendi circulũ aduexerit transportaritq;: hactenus etiam practica & negociatrix dici potest.Erat enim prius diuina mens sola: & quasi exteriorum substantiarum & creaturarum inops & vacua:quæ demum suæ plenitudinis & socialitatis gratia:eo modo extera quadam sui profectione/omnia e non esse in esse prouexit. Perinde atq; hũana mens primũ rõnũ inops & notionibus vacua:extra se in mundum profecta est:& mundanas in mũdo populata species atq; imagines:eas ĩ propriis exedris ac scriniis abdidit.Quapropter sicut in eruditiõe humanæ mentis vt adhuc practicę & negociatricis/obiectũ diuinæ mẽtis/vt pariter negociatricis & practicę/in creatiõe vniuersorũ:est nõ essendi circulus:ex quo diuinam mentem/omnia in esse transportasse: disciplinæ causa effinxisse/haud absurdum putetur.Contingit igitur ex analogia humani animi diuinam quoq; mentem non modo vt contemplatricem sed etiam vt practicam & negociatricem ostendi. Quæ enim in salute & conseruatione creaturarum: cõtẽplatricis mentis nomen habet:hęc in primordiali creatione eorum negociatrix & practica dici potest.Est enim creatio praxis quædam vtpote substantiarum acquisitio.

Recensuimus ergo & catneis in figura subiecim⁹ oculis:oẽm diuinæ & humanæ mentis analogiã:ex qua in prõptu & in ppatulo est:diuinam/cum pluralitatem excludere:tum eam quam intendimus/cõcludere dei vnitatẽ:omni creaturarum multitudini/principantẽ/imperantem/dominantem. Ab hac itaq; diuina monade iam dictis pro modulo nostro persuasa:velut longiore oratione defessi/receptui canentes:in tertium nos diuinum prædicatum atq; in tertiam theologicam radicem: quæ est diuina infinitas: transeamus.

Theologicarum Conclusionum Secundi Libri de vnitate Dei: Finis die decembris duodecima anno MDXII.

Theologicarum Conclusionum Liber Tertius de immensitate dei.



1 Ertium theologicum prædicatū: cuiꝰ de deo enunciatio: tertiā theologicā radicem simplicemve enūciationem constituat designare.

Primus præsentiū cōclusionū liber de deo ipm simplex & primū eē enūciauit: asserēs hāc esse primā & simplicissimā theologicæ sciētiæ radicē: deus est. Secūdus vero illū nō plurimū/ nō diuisum/ nō multiplicē/ aut variū: sed tantū vnū & substātia idiuisibilē esse psecutus est ostendēs etiā hāc esse secundā theologicę disciplinæ radicē: tantū vnus deus est. Hic vero tertius liber: deū simpliciter & p oīa esse infinitū mōstrabit: eūq; immensam & interminā habere substantiā: cuncta sine pportione exuperantem: quę a nullis claudi neq; excludi valeat: ex equeṫ. Nā tertiū diuinū prædicatū qđ a pręsenti ppositione exquiri & assignari iubeṫ: immensitas est & infinitas diuinæ substantię. Hęc em̄ vbi de diuina substātia enūciaṫ: tertiā theologicę disciplinę radicē simplicēve enunciationē cōflat: q̄ est hęc ppositio: deus ē immēsus: id est substātia infinitus loco incircūscriptus & incōprehensibilis: oēm locorū & positionū differentiā eminēter trāsiliēs. Sicut igiṫ de deo i primo libro enūciauimus esse simplex: in secundo vero esse vnicum & immultiplicabile: ita & in hoc tertio de eodem esse immensum & interminū suo ordine prosequemur.

2 Nimirū physicus oculus admiratur: esse aliquam substantiam actu infinitā: interminam: & immensam.

Id qđ isuetū est aut cuiꝰ causę ignoranṫ: nos i admirationē inducit & inusitata quadā nouitate spectaṫ. Quapropter siq̄ hmōi dubietas & pcōtatio oriaṫ: An fateri liceat aliquā esse substātiā vti diuinā/ actu ifinitā: manifestū est hāc pcedere a solo physico oculo: cū primū ex physicis naturalibusq; sciētiis: recēs ad sublimiora vt ad diuina eleuaṫ. Nā physicus oculꝰ q̄diu i naturalibꝰ disciplinis versatꝰ est: nil pter actu finitas mutabilesq; substātias cōspicari & ituen valuit. Nihil insup esse actu infinitū/ ęternū/ tm̄ vnū/ imultiplicabile & imobile fateri est ausus: qn̄qdē is oculꝰ nihil aliud cōspexit estq; intuitꝰ: q̄ qđ sub ambitu lunaris coeli clausū sepsiq; captui elemētorū inest. Nimirum igiṫ si huic physico & adhuc infirmo oculo/ dūtaxat finitas substātias conspicari assueto (vbi e sublunari cōcauo ad sublimiora & diuina dinoscēda euolat) dubietas in pris ingeraṫ: An sit aliq̄ substātia actu infinita. Dicimꝰ igiṫ qm̄ diuina substātia: actu infinita/ intermina & immensa est: idq; nō mō physico: sed sublimiori ēt vt metaphysico & theologo oculo manere ignotū: qn̄qdē nullū ifinitū: sit ab itelligētia finita cōphēsibile. Deū tm̄ esse infinitū: aliter physicꝰ/ aliter metaphysicus & theologus ignorāt. Nam physicus id ita se habere oīno inficiaṫ: vt qeas dūtaxat substātias q oīquaq; finitę sint: versare tractare & meditari assueuit. Quapropter de ipo actu ifinito: nullā aut fidē aut rationē aut cōiectūrā penitꝰ admittit. Metaphysicus aūt atq; theologꝰ: etsi forte ea ratiōe careāt q̄ aliqđ esse actu ifinitū illis palā suadeat: cōstat tm̄ hos nequaq̄ eiusce rei fide & plerisq; etiam cōiectu ris/ destitutos orbatosq; esse.

Diuinā totā substantiā actu esse infinitā: imensam & interminā ostēdere. 3

Hęc petit nōnihil medii & psuasiōis ad diuinę totiꝰ substātię actualē infinitatē depromendā. Dico ergo diuię substātiæ vnitatē eāve simplicitatē/ p quā illa imultiplicabilis esse mōstrata est: maxime ad eiꝰ infinitatē attinere: adeo vt diuina vnitas/ sufficiēs sit argumētū: diuinæ infinitatis cōcludendæ. Nā deus ideo iudicaṫ infinitꝰ/ immēsus/ intermīnꝰ esse: qa tm̄ est vnus/ simplex/ imultiplicabilis/ nō variꝰ: cui nihil resistit: qa ad aliud nihil terminaṫ: q a nullo cōtrario aut dissimili ente coerceṫ: aut p oīa sūdi phibeṫ. Est em̄ maxīe p se liber sūme absolutus in seipo & sine alio oī ente ab ęterno subsistēs: sibi sufficiēs nullo indigēs: vt vel i illo tāq̄ i subiecto fulciaṫ: aut vt cū illo eodē (tāq̄ socio & ifinitę substātię coherede) grata misceat col

loquia: hic ante oia ē/& supra oia: occupās oia imo vero oim occupatiōe & plenitudine lōge eminētior. Hic em̄ sicut qcōsortē & parē hēre diceret: eadē de causa finit⁹ esse pbaret (vtpote q ad cōsortis & cōparis entis viciniā terminos haberet) ita & qa dicit̄ vnic⁹ esse cōsortē ve & parē nō habere: intelligat̄ eadē ratiōe imēsus: i termin⁹ & infinit⁹ esse. Est itaq̧ diuina vnitas & singularitas: aliquaten⁹ diuinæ ifinitatis cā.

4 Dicere deum in omnibus rebus esse longe inferius aliquid est: q̄ vt diuinā infinitatem testari sufficiat.

Hoc Diuus Dionysius testimonio: ad comprobādā diuinā infinitatē vti solet. Dicere em̄ inqt deū in oībus esse reb⁹: lōge inferi⁹ & min⁹ est/q̄ vt diuina illa infinitas & oia trāscēdēs excellētia astruat̄. Quia igit̄ ob diuinę substātiæ simplicitatē & arduā nimis excellētiā: nulla ratio nobis infinitatē illi⁹ exponit: fit vt in p̄sentiarū diuina vnitas & substātialis simplicitas (q̄ oīno dyadē & ipetii cōsortē repudiat) diuinā ipsam quā q̄rim⁹ infinitatē nobis in causę supplemētū depromat. Per hāc em̄ dicet̄ de⁹ actu esse infinit⁹ oia sine mō et pportiōe trāscēdēs ac replēs: qa singularis et sol⁹ est: qa itē simplex est: nō vari⁹: imultiplicabilis/iparticipabilis et tm̄ vn⁹. Adde et huic suasiūculę nōnulla sacrorū eloquiorū testimonia: vt cū de illo dicit̄. Magn⁹ et excelsus: iter min⁹ et imensus finē nō habet. Aut rursum sapiētiā ei⁹ qs enarrabit: vel sapiētię ei⁹ nō ē nūerus. Et rursū. Et magnitudinis nō ē finis. Et alia pene inumera: q̄ illū manifeste imēsum et infinitū esse pmulgāt. Cu⁹ em̄ entis & sapiētia et ois virt⁹/inumera et infinita esse p̄dicat̄: quomodo possit hui⁹ substātia non esse infinita/immensa incircūscripta? Est igit̄ deus infinit⁹: quem tamē ratio nulla probat esse incircunscriptum et immensum.

5 Q̄q̄ sint pleraq̧ ētia simplicia: nō varia imultiplicabilia & in toti⁹ suę substātię vnitate collecta q̄ tñ finita sūt p diuinā tñ vnitatē ac simplicitatē rōnabilit̄ diuię substātię ifinitas colligit̄.

Hęc ppositio quādā antepcedētis obiectio nē exoluit. Discussa em̄ ē antepcedēs p diuinā vnitatē: quā dixim⁹ haud insufficiēs esse diuinę cōcludēdę infinitatis argumētū: adeo vt eā fere ratiocinarionē velle īferre videamur. De⁹ est tm̄ vn⁹: ergo est & substātia infinit⁹. Cui pfecto ratiocinationi: mox aliqs refragat⁹ ita forte obiiciet. Cōplura sūt i vniuerso entia: q̄ finitas qdē substātias hñt: & tñ nihilo seci⁹ hęc ipa & simplicia sūt & imultiplicabilia: nō varia/in suę toti⁹ substātię vnitate subsistētia: cuiusmodi sunt imaterialia q̄q̧ entia: q̄ qa materię sunt expertia: a singulari quoq̧ natura reperiūt̄ aliena: seq̧ aut ad speciei aut ad gñis vnitatē & sub limitatē attollūt: vt sol q tm̄ vn⁹ in mūdo splēdet. Vt etiā qlibet angel⁹. Nā vnusq̄sq̧ angelorū: p se subsistit/vt vna qdā species: nō varia/imultiplex/indiuisa/collecta in vnū/adiuncta sibimet: tota & itegra: nequaq̄ i singulariū multitudine discollecta. Est tñ tam sol q̄ qlibet angel⁹: substātia finit⁹. Nā substātia finitū esse: ē oim creaturarū ppriū. Dicim⁹ ad hęc: tñ tē nihilomin⁹ cōcludi atq̧ inferri ex alicui⁹ rei vnitate: ei⁹ infinitatē. Atq̧ hoc esse pbū argumentū. Aliqd est tm̄ vnū: ergo est & aliquo pacto infinitū. Nā toto suo esse i discollecto & indispersо subnixū. Verūtñ nō eodē mō ipm infinitū: i deo & in creaturis se habere. Nam ex vnitate dei colligim⁹ & substātialē illi⁹ infinitatē. Cū qcqd totū suū esse itra seipm cōphēdit: id (quatenus purū ens & pcisum: quaten⁹ itē indistractū & extra se a mltitudie iparticipatū) fit quo quo pacto aut substantia aut ratione infinitū. Ois nāq̧ puritas pcisio & itegritas essendi: est emula & ancilla cuiusdā infinitatis. Hęc deū ip sum simpliciter & substātia imensum esse ostē dit: vt quo nihil puri⁹ fit nullū quoq̧ ens ipar ticipabili⁹ aut min⁹ distractū: q̄ngdē is oīno i tra seipsum manēs totū suū eē excellēter cōple ctat̄. Ceterū aliter in deo et aliter in creaturis i sumēdū est id infinitū: qd ex essendi puritate et itegritate iferf: vt sequēs ppositio edocebit.

Ex diuia vnitate ac singlaritate essēdi substātialē ei⁹ ifinitatē: ex creaturarū vero vnitate ac puritate essēdi dūtaxat rationalē earū infinitatē inferri. 6

Cõpetit em̃ ſimplicibꝰ ĩmaterialibꝰ & vniuerſalibꝰ creaturis in ratiõe: id qđ ipſi creatori cõgruit ĩ ſubſtãtia. Nã ſingularia & indiuidua mũdi ſenſibilis entia idcirco vt oĩm extrema & abiectiſſima habent̃: ꝙ ab ſua qdditate & prçciſiõe eſſendi in ĩfinitũ labunt̃. quãobcauſam hęc & indiffinibilia & rationis ſiue qdditatis merito cẽſent̃ expertia: dicunt̃ꝗ cũctis modis: id eſt & ſubſtãtia & re & ratiõe finita. Quę aũt entia ſuã ſubſtãtiã ad gñis vſq₃ aut ad ſpeciei ęqualitatẽ attollũt: hæc ſubſtãtialiter qdẽ finita ſunt: nihil tñ ꝓhibet quin ratione qn vel mẽtis vel naturę ęqualitate & qdditate: infinita dicant̃: vt q̃ etiã impertrãſibili interuallo: a ſuis ſingularibꝰ ſecedũt & in quãdã ſincerã eſſendi prçciſionẽ & formalitatẽ ſeipſa vendicãt Sunt em̃ ꝑſimilia his notionibꝰ: q̃ abdunt̃ ĩ humana mẽte: quas ideo ſenſibiliũ rerũ ideas formaſq₃ nũcupamꝰ: ꝙ hę in quadã prçciſione: puritate & ſublimitate eſſendi: a materia penitus ĩpticipabili: cũcta exprimere videãt̃. Effectũ igit̃ ratũq₃ ſit vt quicqd eſt tantum vnũ: id aut ſubſtantia aut ratione ſiue quidditate & inattingibili eſſendi prçciſione dicatur infinitum.

7 Quid ſit rerum quidditas edocere.

Quidditas eſt rerũ ęqualitas & ꝑciſio eſſendi: ꝑ quã eo mõ ſubſiſtũt aut ſubſiſtere intelligunt̃: quo oẽm eſſendi alietatẽ ac diuerſitatẽ a ſeipſis excludãt: & ꝓprietatẽ oẽm ac idẽtitatẽ eſſendi: intra ſe cõplectant̃: vt ve nihil ĩtra ſe admittãt exoticũ: & ꝑegrinũ: & nihil extra ſe propriũ/qđ ad earũ eſſe attineat excludãt. Ad hũc em̃ modũ dico ſolẽ ideo tm̃ vnũ eſſe: quia is ſuę ſpeciei ꝑciſionẽ attingit: qa itẽ in æqualitate & ꝑciſione eſſendi ſubſiſtit. Et qa vſq₃ adeo ab oĩ impuritate: permixtione alteritatis reperitur alienꝰ: vt nihil intra ſe habeat: qđ nõ ſpectet ad eſſe ſolis: vt ve oĩe id excludat: qđ cõtraria ratione poſſit diffiniri. Et vt rurſum nihil extra ſe relinquat: qđ ad ipſiꝰ eſſe ſpectet. Et oĩa intra ſe coerceat: ambiat & cõplectat̃: qđ pari ratiõe diffinit̃. Eſt em̃ ſol ens a natura ęquatũ & ꝑciſũ nihil plus aut minꝰ habẽs: q̃ ipſiꝰ ſubſtãtia naturaliter expoſtulet. Et de ĩtellectualibꝰ ãgelis paria dicãt̃. Et nõ mõ id de qbuſdã ſubſtãtiis: ſ₃ & de nõnullis accidẽtibus/vt de hũanæ mẽtis notionibꝰ id aſſeuerare: diſſonũ a veritate nõ ẽ

Haud ꝓpoteſt ens aliquod: ſimul ĩ ſua quidditate & eſſendi prçciſione ſubſiſtere: & eſſe plurimum atq₃ diuiſum. 8

Quicqd in ſua qdditate & eſſendi ꝑciſione ſubſiſtit: ꝑpetuę vnitatis eſt æmulũ. Haud em̃ minus ĩpoſſibile eſſe iudicamꝰ: ens aliqđ/ſimul ſubſiſtere ĩ ſua ꝑciſione/& qdditate eſſendi: et extra eãdẽ ꝑciſionẽ/in quadã eſſendi inęqualitate: q̃ impoſſibile eſt ſimul ens idẽ nũero: eſſe ſubſtãtia infinitũ et ſubſtãtia finitũ: aut q̃ eſſe ens idẽ/ſimul eodẽ modo et vnicũ et plurimũ ſimul collectũ atq₃ diuiſum. Nã qđ ſubſtãtia eſt vnicũ et collectũ (vt Phœbea lampas q̃ reipſa et ſecđm ſubſtãtiã ſingularibꝰ caret) haud põt aliter/q̃ rationaliter diuidi et in ſingularia diduci. Et ex oppoſito qđ ſubſtãtialiter ſectũ diuiſumq₃ eſt manẽs ĩ ſuorũ ſingulariũ multitudine: id aliter q̃ mẽte et ratiõe colligi: vnũ fieri et in ſuã qdditatẽ et eſſendi ꝑciſionẽ reſolui neqt Nã hũana ſpecies actu qdẽ et ſubſtãtiali ſui diuiſione: plurima/ſecta diuiſa et in ſingularibꝰ ſubſiſtẽs reperit̃. q̃ dũtaxat ꝓprio opificio: ĩ ſuã ipſiꝰ qdditatẽ/ꝑciſionẽ et ęqualitatẽ eſſendi ſe ipſam vẽdicat. Vbi em̃ deeſt naturę virtꝰ ibi cõfeſtim ſuppetit hũanę mẽtiſ opificiũ. cuiꝰ ꝓpriũ eſt: interdũ et natura cõiuncta diuidere: et ea q̃ natura ſecuit: cõiungere. vt ex multis ſingularibꝰ hoibꝰ: vniꝰ hoĩs cõflare et cõſtituere ſpeciẽ et vniꝰ eiuſdẽ naturaľ ſolis: cõpluta imaginari ſingularia; Haud põt igit̃ ens aliqđ naturale: ſimul in ſua qdditate et ꝑciſiõe eſſendi ſubſiſtere et eſſe plurimũ diuiſum ac participatum.

Humanã mentẽ: & intelligibiliũ entium ĩ ſua quidditate ſubſiſtẽtium ſingularia: & contra ſenſibilium actu ſingularium vniuerſalia & quidditates effingere: cudere: moliri. 9

Humanę mẽtis abſtractio: ſuperiora qdẽ entia a natura coniuncta atq₃ collecta diuidit/eorumq₃ ſingularia arte molitur. Inferiora vero quæ natura diuiſit: et in ſigularia diſtribuit: e diuerſo counit: et eoꝝ vniuerſalia meditat̃. Vt ſolẽ: quẽ natura coiunxit ſibiq₃ ipſi adunauit; humana mens rationaliter diuidit diſ-


. pescitq; in singularia. Et cõtra homo quẽ natu ra in singularia dispescuit effecitq; plurimũ & multipharijũ: pclaro hũanæ mẽtis opificio in vnitatẽ suę speciei traducit. Cũ igit alia sint se cundũ naturã / alia vero secũdũ mentẽ & cõiũ cta & diuisa: impossibile est idẽ ens eodẽ modo & cõiunctũ & diuisum esse: simul itẽ & in sua qdditate & ĩ singularib⁹ subsistere. Nã sicut qd ditas & essendi pcisio / ppetuę vnitatis est ęmu la: ita & singularia ĩ nũerũ & mltitudinẽ labũt

10 Impossibile est ens idẽ nũero & sub stãtia: eodẽmõ cõiũctũ diuisũq; esse.

Nã cõiũctio & diuisio: cũ adinuicẽ sub nũe ri & vnitatis ratiõe opponãt: quo pacto queãt ambę de eodẽ ente: eodẽmõ simul enũciari? Cõ tingit eñ dũtaxat idẽ ens: esse qdẽ cõiunctũ se cũdũ naturã / ac diuisum secũdũ mentẽ: vt solẽ qcũ natura vnicus sit / a mẽte vt plurim⁹ effin gitur. Aut contra idẽ ens / esse secundũ naturã plurimũ: & a mente collectũ: Homo siqdẽ natu ra diuisus ac plurimus est: qui apud mentẽ: est vnicus: subsistẽs in suę speciei integritate. Im possibile aũt est solẽ: natura & substãtia pluri mũ & vnicũ esse. Hoiem quoq; apud mẽtẽ esse & cõiunctũ & diuisum. Nã solẽ quẽ natura cõ iunxit: sola mẽs diuidit: effingẽs ea solis singu laria: quæ nusq̃ subsistũt in rerum natura. Ho minem vero quem natura dispartita est in sin gularia: sola nostrę mentis abstractio in vnum colligit: inq; suę speciei vnitatem / resoluit. Im possibile est igit ens idem numero & substan tia eodẽ modo cõiunctũ diuisumq; esse.

11 Quidditatẽ oẽm & essendi præcisio nẽ: in solo actu infinito: aut substãtia liter aut rationaliter vestigãdã esse.

Hæc ostendere cupit: quo pacto nulla quid ditas & essendi pręcisio cum finitis entibus mi sceat: sed solis his cõgruat: quæ aut substantia liter aut rationaliter: id est rationis participa tione sunt actu infinita. Vtamur igit doctrinę gratia mathematico exemplo: vt angulo recto Manifestũ eñ est rectũ angulũ ęqualissimũ esse angulorũ ad cuius rationẽ & cõparationẽ: ex tremi anguli: obtusus acutusq;: id qd sunt esse dicunt. Nã diffiniunt ambo cõparatione recti




anguli: acutus qdẽ velut minor / obtusus vero velut recto maior. Quia ergo extremi & inæ quales anguli obtusus & acutus: a medii recti (q eorũ species est) ęqualitate deficiũt: dico qm̃ & eadẽ de causa / ambo tã ad multitudinẽ q̃ ad finitatẽ labunt. Ambos eñ & innumeros esse & finitos hac ratiõe cõcludo: q; a sua qdditate & essendi æqualitate (q̃ soli recto angulo cõpe tit) excidãt. Quis eñ nũerare valeat: quotquot sup eãdẽ rectã lineã & obtusos & acutos angu los: p magis & minus differẽtes describere va leamus. Quouis eñ obtuso: dabilis est & aliqs obtusior & minus obtusus. Quouis itẽ acuto: dabilis est & magis et min⁹ acutus: adeo vt nul lũ queas sensibilẽ describere angulũ: vel acutũ vel obtusum: q in sua specie sit extremus: id est cui cõpetat in esse pprio: ipm esse simpliciter & ĩfinities: qd est maxie vel minime tale. Qd eñ est mediocriter tale / qd ve scdm differẽtias ma gis et min⁹ dicit: id nequaq̃ est tale simpliciter per habitum ipsius quidditatis: sed dũtaxat fi nite et secundum quid. Omnis itaq; quidditas et essendi pcisio: in solo actu ĩfinito / aut substã tialiter aut rationaliter est vestigãda.

Maximũ ac minimũ: differẽtias esse 12
ac proprietates ipsarum quidditatũ.

Nam quod maxime est tale: id est simplici ter et infinities tale. Et quod est minime tale / se cundum aliquid: est maxime tale secundum aliud. Id enim in exemplo angulorum perfaci le comperias. Nam diminutione obtusorum: haud vnq̃ peruenias ad minime obtusum: neq; eorum augmento: ad maxime obtusum contin labis: sed quẽcũq; scripseris obtusum: hic erit mediocriter et nõ simpliciter. i. maxie aut mi nime obtus⁹. Et eodẽ mõ de acuto dicito. Nã di minuẽres quẽuis designatũ acutũ: haudq̃q̃ vs q; ad minimũ acutorũ (q sit tñ maxie acut⁹; &

16 Ab actu infinito siue substantiali siue rationali: magis & minus penitus extera esse atq; aliena.


Omne infinitum tam rationale q̃ substantiale: penitus exterum & alienū est a susceptione magis & minus. Id vero vt in exemplo priorum angulorum amplius diluceat: sit A B C. obtusus angulus: quo sit ali⁹ obtusior A B D. item & alius ābob⁹ obtusior A B E manifestum ē quoniam hoc pacto pgendo: nūq̃ ad maxime obtusum q̃ sit obtusorum maxim⁹ deuoluemur.



Et contrario quoq; motu eosdem angulos minuentes: ab angulo A B E/per A B D/vsq; in A B C procedendo: nunq̃ obtusorum minimus occurret: qui sit ea ex parte omnium obtusorum terminus ac meta. Percontor igitur cām cur hi tres obtusi anguli A B C/A B D & A B E & ita de aliis innumeris: sub eiusdē speciei nomine & ratione varii ac diuersi sunt: cur item per magis minusq; differre cernuntur: vt alius quidem magis alius autem min⁹ obtusus sit: dico quoniam a nullo eorū vera/ exemplaris/perfecta/summa/integra/ precisa/ quidditatiua & adæquata participatur obtusitas: sed duntaxat vsq; ad aliquid id est secundum partem: mediocriter non simpliciter/singulariter & varie ipsam obtusitatem sibi asciscunt. Hæc enim mediocris obtusitatis participatio: causa est vt & huiusmodi mediocres obtusi anguli: sint plurimi/varii & in propria ratione finiti. Nam si eorum vnus ipsam veram/totam ac formalem obtusitatem sibi alliceret: hic nequaq̃ pateretur aliquem se esse obtusiorē: sed summe & infinities esset obtusus: & omnium mediocriter obtusorum obtusissimus verusq; eorum limes/meta ac terminus. Et eodē modo de acutis angulis dicito. Recti autem anguli: omnes vt diximus æqualissimi sunt & coincidentes, tanq̃ ipsius rectitudinis formam totā & integrā contrahētes, propter quā cūcti ipsi vnico nomine: simpliciter/summe & infinities non modo recti/ sed etiam rectissimi vocātur. Si eni cūcti recti mediocriter & ad aliquid vsq; participes essent rectitudinis: mox alius alio diceretur rectior & ali⁹ alio minus rectus/quod fieri nequit.

Mathematica exempla dinoscendis rerum quidditatibus q̃ aptissima eē. 17

Mathematicæ disciplinæ/diuinis internoscendis reb⁹ vsq; adeo suppetūt ac opitulant: vt hę absq; illis steriles/infœcundæ & sensibilibus exemplis orbatæ iudicentur. Cum enim eorū quæ sunt: alia sint penitus materiei coniūcta/ vt physicæ sensibilesq; formæ. Alia ex toto abiuncta a materia: vt illi actus circa quos theologia negociatur. & alia partim quidem coniuncta & partim abstracta: vt mathematicæ formæ. (Hæ nanq; re ipsa materialibus subiectis hærere conspiciuntur: ratione vero ac mēte a materia eximuntur) hinc diuinis reb⁹ ac penitus abstractis quidditatib⁹: ppiores sunt mathematicę formæ/q̃ hę quæ physicæ vocātur. Quapropter ex mathematicis disciplinis passim exempla diuinis rebus & quidditatib⁹ apprime suppetentia depromere licet: sicuti i præcedentibus vsi sumus exemplis angulorum. Sed & etiam in polygoniis figuris: circuli collatione quidditatum exempla reperim⁹. Nam quāto aliqua polygonia plurium fuerit angulorum: tanto & capacior censetur & circulo similior atq; vicinior. Nulla tamen polygoniarum est: quæ per quantam volueris angulorum multitudinem ad ipsi⁹ circuli æqualitatem & præcisionem pertingat. immouero inter omnem polygoniam & circulum: innumeræ aliæ poligonię/priore quā dederis & capaciores & circulo viciniores intercipiuntur. Ipsa igitur capacitatis forma vti est: simpliciter a nulla polygoniarum participatur: cū alteri magis/alteri vero min⁹ insit. Etenim sem per polygoniarum vna: plus aut min⁹ est/ alia capacior. Quapropter necesse est vt id sit tantum vnum/immultiplicabile & infinitum: a quo ipsa capacitas vti est id est in summo participatur/cuiusmodi circulus est. Vnde fit vt



circulus sit species quædam & verissima meta ac idea polygoniarũ omniũ: & vt quædam actu infinita polygonia.quæ aut vnitate aut carẽtia anguli:oẽm angulorum varietatẽ intra se præambit & vnit.Ipsa quippe angularitas dum secundum plus & minus a polygoniis cõtrahitur:causa est vt alia capacior & similior circulo:reliqua vero minꝰ capax & circulo dissimilior habeatur. Et in aliis innumeris mathematicis exemplis:hoc idem eueniat. vt quicquid per magis & minus labitur:finitum sit & variũ.quod vero infinitũ est:id merito & vnicum sit & magis minusq; nequaq̃ suscipiat.

18. Infinitum:terminum & metam esse omnium finitorum.

Hæc propositio latissima est & rite discussa atq; perspecta:latissimam & fœcundissimã habet intelligentiam.Eidem quoq; congruũt præcedentis & antepræcedentis exempla: de angulo obtuso & polygoniis figuris. Nã hæc duo scilicet angulorum multitudo & ipsa capacitatis forma quæ fere idem sonant:(quandoquidem maior angulorum multitudo maioris:& minor minoris sit capacitatis causa) mediocriter/diuidue & finite cunctis polygoniis insunt:quæ a solo circulo vnice/indiuidue & infinities alliciuntur.Quia eñ polygonia quanto pluriũ fuerit angulorum:tanto est & circulo similior atq; æqualior:ob id necesse est vt si dabitur vna polygonia/quæ actu infinitos habeat angulos(quæ tamen sensibiliter dari & assignari nequit)hanc solam fore circulo simillimam/ęqualissimam & capacissimam Immo vero eam non modo esse maxime circulo vicinam & proximam:sed omnino eãdem & coincidẽtem cum circulo.Quid ergo hac ratiõe circulꝰ est?haud profecto aliud q̃ actu infinita polygonia: quæ per actu infinitam angulorum multitudinem:ad circuli præcisionem/identitatem & coĩcidẽtiam assurgit.Et cum angulorũ actu infinita multitudo/sensibiliter in seipsa dari & explicari recuset:dicimus eandem supra se id est in circulo:sub quadam anguli vnitate & simul in anguli carẽtia/esse absolutã atq; perfectã.Hęc ergo tria coincidũt in circulo:anguli vnitas/anguli actualis infinitas/& eiusdem carẽtia. Est enim circulus & vnius anguli:& infinitorum actu angulorum:& nullorum angulorum figura:omniũ polygoniarum hac de re terminꝰ finis ac meta.Nam in circulo polygoniarum potentia id est ipsa angulorum multitudo(q̃ nunq̃ in polygoniis sensibiliter cõsummatur & exaratur)per actualem angulorum infinitatem:finem modumq; adinuenit. Vt eñ omnis potentia terminatur ad actum:ita & omnem finitorum entium varietatem/in infiniti entis vnitate:finem terminum modumq; sibi nancisci reperimus.


Omne potentia infinitum:ad actu infinitum terminari ac finiri. 19.

Nam vt diximus in præcedẽte:ipsa angulorum multitudo/est in polygoniis figuris nõ actu infinita:sed potẽtia solum infinita.Quãcũq; enim sumpseris polygoniam:huiꝰ anguli sunt numerabiles & actu finiti. Attamen cũ omni polygonia:sit dabilis alia maior & angulis numerosior:q̃ & vicinior sit & similior circulo:hac de causa polygonias figuras/dicimꝰ in immensum posse excrescere.& assidue p angulorum augmenta circulo viciniores ac similiores euadere.nullã tamen simpliciter & actu posse designari:quæ sit simillima & coniũcta circulo.id est quæ prædita sit angulis:actu & numero infinitis.Cum ergo hæc angulorum infinitas quæ causa est maximę similitudinis & verissimæ coincidentię/cum circulo: neq̃;

in polygoniis ad actum reduci (hęc eñ in illis dũtaxat secundum potentiam reperitur) dicimus hanc potentiam / reductam esse ad actũ in circulo, qui est vt polygoniarum maxima / suprema & extrema: simul ĩfinitis actu / simul & vnico / simul & nullis angulis pollens. Omne igitur potentia infinitũ: ad vnum actu infinitum terminatur ac finitur. nec vltra ipsum actu infinitum progredi valet: quemadmodum nec vlla polygonia supra circuli capacitatẽ aut vniformitatẽ excrescit.

20. Facili ac peruio angulorum exemplo: cuncta secundum potentiam infinita ad vnum actu infinitum terminari.

Rursum id ipsum quod præcedens in polygoniis figuris & circulo monstrauit: præsens in angulorum quoq; exemplo monstrare contendit. Sit eñ recta linea A B C, stetq; super eã perpendicularis B D: erunt ambo anguli A B D & C B D recti. Lineauero A B C siue duę lineæ A B & B C (q̄ sunt vnica linea: & vt duorum rectorum spatiũ) obtusissimum angulum complectuntur / omnium obtusorum maximum. linea autem B D / perpendicularis super vtranq; earum: acutissimũ pariter claudit angulum. qui oĩm est acutorum minim⁹: sed tamen maxime acutus. Ad hunc enim modum: extremorum angulorum / obtusi & acuti: summæ extremitates: quæ per maximum diffiniuntur (maxime inquã obtusus A B C: & maxime acutus B D) in duos rectos A B D & C B D recurrunt / eosq; componũt. Partior igitur vtrũq; rectorum A B D & C B D per medium: sub lineis B E & B F. manifestũ est & angulum E B F: fore rectũ. vtpote qui ex vtroq; rectorum A B D & C B D: medietatem appręhendit. Seco deinde angulos A B E & C B F per medium: in lineis B G & B H. eritq; angulus G B H recto E B F maior / ex necessitate obtusus. Rursum angulos E B D & D B F / diuido iterum medios: in lineis B I & B K fietq; angulus I B K acutus. Elicio igitur ex his omne mediũ terminari in extremis: omne mediocre in sui maximo aut minimo: omne finitum in infinito: omnem potentiã in actu: oẽm multitudinem in vnitate: omnem sensum in intellectu / omne deniq; potentia infinitum / in actu infinito. Omnes quippe medii anguli qui potentia infiniti sunt inter extremos angulos scilicet inter A B C & D B D (ita enim acutissimum: in linea B D ipso D bis sumpto exprimimus) versantur: quorum hic acutissimus est ille vero obtusissim⁹. Possunt eñ innumeri alii anguli inter vtrunq; describi: alii quidem obtuso angulo G B H / magis: & alii eodẽ min⁹ obtusi. Alii item acuto angulo I B K min⁹ / & alii eodẽ magis acuti. qui omnes haud maxime & infinite: sed mediocriter & vsq; ad aliquid tales erunt. Et quanto fuerit angulus aliquis fusior / latior & expansior: tanto & propior & vicinior & similior euadet obtusissimo A B C. Quanto item fuerit angulus recto inferior & minor: tanto & ad acutissimum D B D / magis accedet eritq; illi similior. Attamen fieri nequit vt vel adaugens aliquis dilatansve obtusum G B H: vsq; ad obtusissimum A B C perueniat. neq; coarctans minuensq; acutum I B K: ad acutissimum vsq; D B D deuoluatur. In medio igitur amborum extremorum obtusissimi & acutissimi: tam mediocriter obtusi q̄ mediocriter acuti: insunt anguli innumeri. hiq; non actu sed potentia infiniti: qui omnes vltro citroq; ĩ suis maximis glomerantur: complicantur finiuntur. Omnes eñ obtusi in obtusissimo: & cuncti acuti in acutissimo complicantur. Qui autem obtusissimus est: infinitæ particeps est obtusitatis. Et q acutissimus est: is ipsius acutiei summitatem pariter attingit. adeo vt neq; plus neq; minus: in sua specie / singuli dicantur. quẽadmodum & omnem rectum angulũ dixim⁹ esse rectissimũ: id est summe / simpliciter & infinities rectum. Constat igitur facili ac peruio angulorum exemplo: oẽ potentia infinitũ nequaq̄ supgredi ipm actu infinitũ: sed in eo sisti ac terminari.



21 Medium præſtantius extremis eẽ & vt quandam eorum ſpeciem.

Huius ꝓpoſitionis veritas perfacile etiam in angulorũ exemplo ſe prodit. Hactenus enĩ rectus angulus / extremos angulos obtuſiſſimum & acutiſſimũ pręcellit: ꝙ oĩno indiuiſibilis eſt & vnica recti anguli ſpecies. ſeſe in media ęqualitate coercẽs: differentiaſq; magis & minꝰ nequaq̃ admittens. Nam recti anguli ratio: cunctis rectis æqualiter / in ſummo & infinities adeſt. Quapropter & rectus angulus / dinoſcitur eſſe ter maximus: ter ſummus atq; p̃ciſus / ter deniq; infinitus. Semel eñ vt minimus rectorum maxime rectus eſt: deinde vt rectorum medius: iterũ maxime rectus eſt. Tertio vero vt maximus rectoꝝ: iterũ maxime rectus iudicatur. Cuncti eñ recti & ſubſtantia ęquales ſunt: & ipſius rectitudinis ęqualiter ꝑticipes. In extremis autem angulis: eſt reperire inęqualitatẽ. Nã nõ omnes obtuſi: ſunt obtuſiſſimi. ſed tantũ vnꝰ vt A B C. neq; oẽs acuti ſunt acutiſſimi: ſed ſolus angulus D B D. Si igitur æqualitas eſt inęqualitate p̃ſtãtior: erit & omne medium p̃ſtantius extremis: & vt eorum ſpecies quædam.

22. Formas & actus in materia ſubſiſtentes: ſingulariter ac varie extra ſuæ ideæ vnitatem ſubſiſtere.

Dico eñ leoninã formam / ea de cã p̃pediri ne vnica / tota / ĩtegra / ſimplex / collecta / pura ac p̃ciſa in ſuę ſpeciei ſubſiſtat vnitate: ꝙ hęc ab ĩitio adiũcta eſt potẽtiæ & creata in materia. ob cuius p̃ſentiã habet / ꝙ ſingularis eſt: & in ſingulariũ leonũ formas (q̃ omnes: tempoꝝ ſucceſſione ab vna prima leonis forma: creata ab initio ĩ materia / naturaliũ generationũ virtute manarunt) diſtributa. Q; ſi primogenia leonis forma: fuiſſet extra materiã a deo producta & ꝑcreata hęc quoq; ꝑpetim vt creata erat / extra materię domiciliũ in ſeipſa ꝑſeuerãs: in ſuę ſpeciei natura ꝑmanſiſſet. nec aut generationibus aut corruptionibꝰ (q̃ ſingulariũ actuum formarũq; ꝓprię ſunt) fuiſſet obnoxia. Quemadmodũ nec angelos neq; ſtellas: cernimus generationũ & corruptionũ vicibꝰ & alternationibꝰ / ſenſibiliũ actuũ more demutari. Sũt igĩ formę & actus in materia ſubſiſtẽtes: & ꝑmutabiles & ſingulariter extra ſuæ ideæ vnitatẽ ſubſiſtentes.

Omnium quidditatũ propriũ ẽ vt ſuum totum eſſe complectantur: exterum nihil addentes: nec propriũ aut pertinens quicq̃ excludentes. 23

Cuiuſuis ſpeciei & quidditatis ꝓpriũ eſt: totũ ſuũ eſſe intra ſeip̃m aduehere / ambire / cõplecti. Nihil item illiꝰ: extra ſe omittere: nihil demũ ꝑegrinũ atq; alienũ: intra ſepta ſuę ſubſtantię admittere. Inſup totã ſil' oriri atq; ꝓduci. Hęc aũt ꝓpria: q̃s formę in materia conſiſtẽti / cõpetere dicet? vt q̃ intra ſuę ſubſtãtię ſepta materiã ambit. A qua ꝓhibeſ pura eẽ ſyncęra / tota / ſimplex & vnica. & quę rurſum ob ipſam materiã / dũ ſcindiſ diuelliſq; a ſeipſa: nõ modo plurimã ſuæ ſubſtantię partẽ. imo vero q̃ maximã ac fere totã ſuã ſubſtãtiã: extra ſe relinquit. quã ꝑ cõtinuã generationũ ſeriẽ (a ſeipſa vt primogenia & prima ſuccedẽtẽ) ad eẽ ꝓducere moliſ. Prima eñ leonina forma quã creauit deus: ſi tota & ꝑfecta fuiſſet ab ĩitio / ſpecierũ & q̃dditatũ more: haud nũc haberet q̃d aſſidua generatiõe tẽtaret ad eſſe ꝓducere. Haud eñ aliud eſt generatio: q̃ tẽporanea & ſucceſſiua q̃dã eius ſpeciei / ꝑ ſingulariũ numerũ abſolutio & ad eſſe ꝓductio: q̃ ab initio in ſuę ideæ vnitate & ĩtegritate: nõ potuit ob materiã / tota ſil' abſolui & ad eẽ ꝑferri. Nõ ẽ ergo p̃ria leonina forma: tota leonis ſpecies / neq; aliq̃s ẽ leonũ: q ſit integre / abſolute / ſimpliciter & in ſpeciei vnitate leo. Cęterũ leo oĩs tñ aliq̃d leonis eſt: & pars q̃dã veraciter & ſimpliciter leonis. Oĩs eñ ſingularis leo: eſt leo tantũ vſq; ad aliq̃d. id ẽ circũſcripte / finite / varie / differẽter: ſecundũ leoninæ formæ a materia ꝑticipationẽ. Et ita dicẽdum de cũctis aliis ſubſtãtialibꝰ formis: alligatis materiei. Has eñ ideo totas ĩtegraſve formas eſſe negamꝰ: q2 materiei inhærẽt. Ex oppoſito vero q̃ aut re aut rõne a materia abiũctę ſunt: has dicimꝰ eſſe totas / ĩtegras puras / omne ſuũ eſſe complectentes: exterum & impertinẽs nihil admittẽtes: nec ꝓpriũ aut pertinens quiddam excludentes.

23 Nullam quidditatem & essendi prę cisionem: aut gignere quicq̃ aut gigni posse.

Nam vt anteprecedens edocuit: nulla qdditas & essendi pręcisio nullaue species est in materia. Quęcunq; enim materiei insunt formę: hę extra suę speciei veritatem ideaq; subsistũt: & quidditates esse non possunt. At vero quicquid ĩ materia nõ est (vt vult physic⁹) nec gignit nec gignitur, quandoquidẽ earum dũtaxat formarũ ꝓpriã esse generationẽ physicus veraciter autumat: q̃ in materia fulciuntur. Eas aũt formas quę extra materiam eẽ susceperũt: metaphysicus aut theologus: a generationũ & corruptionũ permutationib⁹ immunes liberas & absolutas esse diffinit: cuiusmodi sunt planetę/stellę/& angelicę species. Nã planeta planetã: stella stellã: ãgelũ angelus: aut aliud quicq̃: nunq̃ genuit: aut gignit: aut gignet. Etenĩ generationũ & corruptionum cõuersiones: sensibiliũ dũtaxat formarũ vicissitudines alternãt: nũc eas quidẽ materiei inserentes/nunc vero easdẽ a materia subducẽtes. Quas aũt formas aut natura aut mẽs a materiali cõiugio abstrahit: hę a gñatiõib⁹ & corruptionib⁹ immunes sunt. Nulla igit̃ quidditas & essendi pcisio: aut gignere qcq̃ aut gigni põt.

24 Omnẽ quidditatẽ: aut ęternam esse: aut in instanti procreatam.

Sola diuina substantia; quę est quidditas quidditatum/actus actuum/substantiarũ substantia/& forma formarũ: ęterna appellat̃. Cęterę autem cũctę quidditates/tam naturales vt angelicę & coelestes species: q̃ rationales vt nostrę mentis notiones: in instãtĩ aut a deo ꝓducunt̃/aut humanę mentis opificio cudunt̃. Sicut enĩ nullũ angelũ/aut nullam stellã deus sensim/diuisibiliter aut particulatim procreauit: ita & humana mens nullam intra se notionem diuidue profert: sed vnãquãq; totã simul: vt quę etiam in instanti intelligit: eo modo instantaneo rationaliũ quidditatum opificio perfungens: quo & diuina mens repente/naturales profert quidditates. Quapropter omnes quidditates: sunt vt in pũcto quodam absolutę. Sensibiles autem & imperfectę mundi species: creatę & factę sunt in quadã successione & linea, cui⁹ solũ primũ pũctũ creauit deus ab initio: volens vt recta generationum serie/demum ab eo puncto profluẽte: tota vniuscuiusq; speciei substãtia/in esse procederet. Sit enim A angelus aliquis: hunc dico totum & perfectum esse ab initio in suo circulo.



Quia enim hic species quędam & quidditas est: ideo pręcise/& veraciter ẽ id quod est: suęq; perfectionis/integritatis & ęqualitatis centrum/totus attingit. Totus enim simul est factus: totũ esse suũ in proprio complectitur circulo. Nihil sui eẽ/habet in potentia essendi: aut extra proprium circulum. Nihil item peregrini/alieniue esse: ĩtra proprium circulum admittit. Et ita de cęteris quidditatibus: tam naturalibus q̃ rationalibus dicendum. Omnis igitur qdditas aut ęterna est: aut in instanti/vel a deo vel a mente perfecta.


Hęc duo adinuicem conuerti: alienum aliquid habere: & proprium totum non habere. 25

Hęc propositio naturam sensibiliũ formarum siue quidditatũ ostendit. Hęc enim duo adinuicẽ conuertuntur seq; comitantur: Alienum aliquid habere: & propriũ totum non habere: Siue exterũ quiddã includere: & internũ nõnihil excludere. & ambo sensibiliũ sunt propria formarum. Ex opposito vero & hęc duo conuertuntur. Alieno nullo seu peregrino esse misceri: & proprio seu pertinente nullo destitui. Hęc autem duo vltima: sunt verarum mũdi specierum & quidditatum propria, quẽadmodum & duo priora: sensibilium specierũ. Sensibiles enim species: dum exterum quiddã & peregrinum ens vt materiã/intra sua septa concludunt: proprium aliquid & ad suum ipsorum attinẽs esse/excludere coguntur. Nam quia alteri & penitus diuerso enti/vt materię copulantur: a proprio esse diuiduntur: estq; illis exterior copula internę suę diuisionis causa. At perfectę & exemplares mundi species: si

cut neq̧ exteris entibus copulantur: itaq̧ neq̧ a propriis eſſentiis diuiduntur. Et ſicut veras huiuſmodi ſpecies/quatenus alienum omne eſſe a circulo proprio excludunt: puras/impermixtas/ſynceras & incorruptibiles eſſe fatemur: ita & eaſdem quoad omne ſuum eſſe ītra proprii circuli ambitum concipiūt: totas integras/indiuiſas & nullius generationis indigas eſſe ſentimus. Eſt igitur ſenſibilium ſpecierum proprium vt dum exterę alicui eſſentię permiſcentur: proprio aliquo ac pertinente exuantur. Quidditatum vero id peculiare: vt dum nullum impertinens eſſe ſibi vendicent: nihil quoq̧ pertinentis omittant.

26 Quidditatem aut gignere aut gigni
haud abſq̧ incōmodo defendi poſſe.

Hæc anteprę̨cedenti opem allatura eſt. Aſſeruit enim antepræcedens: nullam quidditatem aut gignere aut gigni poſſe. Præſens vero id/ad impoſſibile perducendo demōſtrabit. Eſto enim dicas A angelū/gignere quicq̄ poſſe: vt forte B. Cum generatio naturali ſerie & ordine/inter eiuſdem ſpeciei entia contingat (nā generatio eſt ab vno



quoq̧/ſuæ ſpeciei propagatio: eſtq̧ eiuſdē ſpeciei id quod gignitur/cum eo qđ gignit) erūt A & B eiuſdem ſpeciei. Nō erit igitur A qdditas vna & perfecta ſpecies: ſuæ innixa vnitati. quod eſt contra id/quod prius aſſeruimus: dicentes A eſſe quidditatem & integram ſpeciē: toti & ſoli ſuæ vnitati innitentē. Rurſum ſi A gignit B: erit B extra circulum ipſius A ſpectans ad eſſe eiuſdem. fuitq̧ A in eſſe: prius q̄ fuiſſet B. Et B poſtea virtute gignentis A: perductum eſt ad eſſe. Haud igitur fuit totum A ſimul ab initio: ſed aliquid eius nō erat/vt B. Quod eñ gignitur: ad ſubſtantiam pertinet eius qui gignit. cum de eius ſubſtantia oriaſ: & partem capiat ab illa. Impoſſibile igitur eſt: vt quicq̄ gignatur ab A. Sed & iiſdem de cauſis a nullo anteriore ente gignetur A: qa eiuſdem ſpeciei eſſent ambo. Inſuper & A/ad eius eſſe pertineret: a quo gigneretur. Non eēt ergo A/perfecta & integra ſpecies: cum omni alia ſpecie æquiuoca & incommunicabilis. Eſt igitur ea quidditatum & verarum mundi ſpecierum natura: vt neq̧ quicq̄ gignant/neq̧ ab aliquo gigni queant.

Naturales mundi quidditates veraſ 27
q̧ ſpecies: & quo ad accidētia & quo
ad ſubſtātiam: totas ab initio in quo
dam puncto abſolutas & perfectas
eſſe.

Cœli planetę/ſtellæ & angelicę ſpecies quę ſunt mundi quidditates & purę quædam immaterialeſve eſſentiæ: hac de cauſa in puncto perfectæ/& ad eſſe productæ dicūtur: quia ſingulæ in inſtanti exortæ ſunt: et ſuum totum eſſe intra ſe complectuntur. Nullam enim neq̧ ad ſubſtantiam neq̧ ad accidēs aliquod: potentiam imperfectam & inconſummatā hñt. Vt angelus A ideo ī pūcto creat⁹/& perfect⁹ dicitur: quia totus repente factus eſt non diuiſ due aut particulatim. Nam diuerſum nullū eſſe: in proprio circulo comprehendit. Et nihil pariter quod ad verum ipſius eſſe attineat: extra ſuum ipſius circulum omittit. adeo vt neq̧ generatione vlla: propriā complere & emendicare ſubſtātiam indigeat: neq̧ diuidua eruditione & varia diſciplinæ ſuſceptione (hūano more) omnium rerum ſciētiam ipſamq̧ ſapientiam nanciſci: vt qui repente tam ſapientiam q̄ ſubſtantiam vna aſſecut⁹ eſt. Eſt eñ ſapientia/ad eſſe ſecūdū: ſubſtātia vero/ad eſſe primum ſpectans. Sunt igitur naturales mundi quidditates verę̨q̧ ſpecies: tā ſecūdū naturalia accidētia/ſi q̄ illarū ꝑpria ſunt/q̄ ſecundum ſubſtantiam: totæ ab initio in quodā pūcto abſolutæ.

Omni naturali quidditati: nullā pri- 28
uationem ineſſe.

Nā ſi naturales qdditates/ſunt totæ ab initio ſecūdū vtrūq̧ eſſe momēto ꝑfectę: quo pacto illis vllę inerunt priuationes? Hac enim de cauſa haud opus eſt angelū: extra ꝓpriū circulum diſquirēdę aut ſubſtātię aut ſapiētię cauſa proficiſci: vt cui intra circulū natiuum omnia inſunt. Siſiter & ſtella oīs ab īitio & origīe mundi vſq̧ adeo ꝑfecta & conſummata eſt; vt


omnino imutabilis fit: & neq̨ secūdū substantiā neq̨ secundū accidēs demutari queat. sed ita & est & perseuerabit vsq̨ in finē (sine suæ aut substātiæ aut qualitatū suarū imutatiōe) quo pacto primitus facta / cōdita / & exorta ad esse processit. Et ita de cæteris quidditatibus enūciato. Omni igit̃ naturali quidditati: nulla priuatio inest.

29 Sensibiles & imperfectas mundi species: in quadam successione & linea exoriri.

Rationalis aīa etsi singulariter id est p̄ singula sui indiuidua & singularia repente & in instanti exoriatur: illius tamen species haud repente & vnice: sed per singularium numerū distributa exoritur. Quapropter & ipsa in linea & in tempore cōsummat̃. Haud enī prisca illa creatio: humanam totam speciem substantialiter absoluit peperitq̨. vt cuius neq̨ simul cuncta peperit singularia: neq̨ totā illam vnice & in suę speciei integritate in esse prouexit. Sit enī vt A q̄ prius angelū expressit: nūc Adā aut Adę animā designet. Quia A quę est Adę anima: haud est actus purus & totus vt angelus: hac de causa A intra proprii circuli septa: exterum aliquod alienumq̨ esse aduehit: cui innititur / permiscetur / copulatur: vt materiā in qua exortus & cōditus est: eiq̨ naturali fœdere alligatus. Et quia A alienum peregrinū q̨ esse in circulo proprio admittit: necesse est vt idem A / suum totum esse in suo ipsius circulo non habeat. quandoquidē vt dixim⁹ hæc duo conuertantur seq̨ comitētur: peregrinū esse includere: & pertinens ac proprium aliqd excludere. Quod enim exterę cuidam ac penitus diuersæ essentiæ nubit: id a propria essentia dissociatur. Eadem ergo causa quę humanum actum siue rationalē animam A / materię alligat: diuellit & eandem a seipsa. arguitq̨ illā haud esse integram speciem: id est suum totum esse / in suo ipsius circulo complectētem. Et ita de cæteris sensibilibus atq̨ imperfectis mundi speciebus dicendū. Ratum igitur ē: vt sicut naturales mundi quidditates verę q̨ species: totæ ab initio in puncto exortæ sunt: ita & sensibiles imperfectasq̨ mundi species: diuidue ac particulatim in quadam successione & linea exoriri.

Omnem sensibilē mūdi speciē: a quāta suæ essentiæ identitate prolabitur tantæ alteritati permisceri. 30

Sit rursum vt circulus A: Adam humani generis parentem designet. dico vt quantum materiæ / potentiæ / & alteritatis in circulum ipsius A aduexeris: tantundem actus identitatis & proprii esse: ab eodē circulo eximas oportet. Quantum enim est quodlibet ens in potentia: tantundem non est in actu. Et quantā potentiam circulo alicuius entis indideris: tantus actus ab eodem circulo est abs te demēd⁹. Sit ergo vt circulo A tres materiei atomos: & potētię notulas disciplinæ gratia inscribam⁹ / quos nigris expressimus orbiculis. Quia ergo A potētiam siue materiam vt tria / in proprio circulo ambit: necesse est & ipsum A ad tria entia dici in potentia. Nam quantū includit materiei: tantundem a proprio circulo identitatis & consimilis excludit essentiæ. Relinquuntur ergo extra circulum A tria: quæ ab ipso A per generationum seriem & ordinem: de



bent ad esse perduci. Sint vero hęc singularia: Abraham/David/Christus. Hi enim tres: pertinent ad esse ipsius A. vt cuius speciem & integritatem complent: & de eius substantia exorta sunt. Hoc pacto perfacile de omni sensibili specie: propositū elicies. omnē inquā sensibilem & imperfectam mundi speciē: absolutā & perfectam esse sensim/in quadam successione & linea. Et tantæ insuper alteritati eandem esse permixtam: quantū a propriæ essentię idētitate/decidit prolabiturq̧.

31 Materiam incognoscibilem: potētia infinitam & totius singularitatis causam esse.

Materia hanc ob causā incognoscibilis est: quia & potētia infinita est. Eadem enim ratio materiam incognoscibilem arguit: quæ & numerum punctorum in linea: & numerū singularū alicuius speciei/indefinibilem esse cēset. Si enim pcontaberis a me: quot & quāta sunt humanæ speciei singularia: quæ ab Adam succedente generationum serie/aut genita aut gignenda sunt: subiungam mox ea tot tātaq̧ esse: quot in circulo Adæ (quem in præcedente apposuimus) claudūtur materiales atomi. quasquidē atomos si dinumerate valebis: vniuersam quoq̧ humanarum generationū seriē/percurres. & oīm humanæ speciei singulariū: numerum summāq̧ elicies. Quod si dixeris īmensurabilē & incōprehensibilem esse potentiam/alteritatem & priuationē ipsius A: neq̧ dinumerare nō posse cūctas materiei atomos/quas A secum suo in circulo complectitur: eumq̧ numerum/soli deo agnitum perspectumq̧ esse: Dico & ignotum mihi pariter esse/singularium humanæ speciei numerum. nec generationum humanarum designare posse periodū: quā sola diuina mens rimatur/dinumerat/apprehendit. Si enim dixeris in circulo A/materiales atomos centenarias inesse: dico generationes ab A effluentes/in cētenarium vsq̧ singularium numerum posse extendi. Si vero circulo A materiales atomos mille indideris: poterit & A mille suo ordine/gignere suę speciei singularia. Si dena millia materialium atomorum inesse circulo A dixeris: inchoata quoq̧ ab A generatio/dena millia singularium hominum: recta successione parturiet. Si deniq̧ materiales atomos/dixeris potentia esse infinitas & illas absq̧ numero inesse circulo A: dico & humanarum generationum seriē esse potētia immensam: & eā posse extendi in singularia absq̧ numero & termino. Eadem igit causa est cur materia incognoscibilis sit: cur potētia īfinita/cur deniq̧ totius singularitatis cā.

Non sicut humanarum generationū successio inchoata est natura ab aliquo primo vt ab Adam: ita & natura ad aliquem vltimum deuoluetur: qui sit humanæ lineæ periodus: hominūq̧ supremus: sed solum diuina voluntate. 32

Dicimus humanæ generationis seriē/quæ ab aliquo primo vt ab Adam est inchoata: esse quoad naturam sui/cuidam ęuo persimilem. Diuinæ tamē volūtatis sanctione (q̄ ipsi naturæ modum terminūq̧ imponit) iam nō æuo/sed tempore vtrinq̧ finito esse metiēdam. Nā similis est natura humanarum generationum series: & diuisioni rectę lineę: & numerorū ab vnitate incremento. Et similis rursum explicationi siue dinumerationi materialium atomorum: & orbiculari cœlorum lationi. Diuisio enim rectæ lineæ/natura absolui nequit: cū semper ex diuisione/supersit diuisibilis linea. Similiter & ab vnitate inchoantes numeri: sine modo & termino seipsis excrescūt. adeo vt natura nullus sit supremus maximusq̧ numerus. Rursum materiales atomi sua natura inexplicabiles sunt: quippe quę potentia sunt innumerę atq̧ infinitę. Et orbicularis latio cum inter contraria non fiat/iugiter ab eodem in idem regrediens: etsi nonnunq̄ cœperit & ab aliquo effluxerit initio: causam tamen non habet cur natura aliquando fatiscat/desinat/remittat. Diuina tamen voluntas illi modū/statum terminūq̧ imposuit. quę & cœlos ipsos natura sua incorruptibiles & totius cōtrarietatis expertes: nōnūq̄ arsuros perituros q̧ diffiniuit. Si ergo duntaxat singularium hominum naturam & eorum numerū potentia infinitū inexa

plicabilem & impertransibilem conspicabere
dicas profecto humanarũ generationũ seriẽ
haud sicut ab aliquo homĩe primo vt ab Adã
natura effluxit: ita et ex natura sui ad aliquẽ
vsq; vltimum deuoluendam: qui sicut Adam
duntaxat genuit & genitus non est: ita & hic
supremus hominum: natura tantum gigni
queat: & gignere nequaq̃. Humanarum igit
generationum terminus: haud secundũ na-
turæ ordinem & seriem tanq̃ defatiscente na
tura succedet: sed duntaxat secundũ diuinæ
voluntatis periodum: quæ naturam iugiter
ad vlteriora sese ꝑpagare valentẽ: in aliquo
supremo ĩdiuiduo coerceri ac sisti sperabit.

33 Incommodum esse humanarum ge-
nerationum seriem: naturaliter tan-
q̃ defathiscẽte natura sisti posse.

Haud enim minus est incõmodum dicere
humanas generationes: secundum naturam
suam: per suorum singlarium numerum pos
se absolui atq; pertransiri: q̃ sentire ex lineæ
diuisione: tandem puncta superfutura aut di
cere sisti aliquando posse: ex maximi numeri
ortu: ipsa assidua numerorum incrementa:
Verũ enimuero huic quod natura intermi-
num infinitumq; est: diuina voluntas modũ
ac terminum ascribet: idq; quod natura men
sa est in æuo principium illi absq; fine consti-
tuens: diuino nutu in tempore coercetur. Id
enim diuina mens: in humanarum generatio
num progressu sanxisse videtur: quod huma
na mẽs & in numeris & in diuisione cõtinui
doctrinæ & disciplinę gratia indies obseruat.
Solemus nãq; in disciplinis eruditiõis causa
ipsa numeroꝝ sistere incremẽta: aliquẽ nobis
vt maximũ sup̃mũq; diffiniẽtes. Lineã quoq;
aut q̃duis aliđ cõtinuũ haud vsq̃q̃q; diuidere
aggredimur: sed ad aliq̃d vsq; disciplię gratia
diuisiõe pacta: ab eiꝰ dispertitiõe tandẽ reuoca
mur: nõnulla nobis nõ simpliciter & naturæ
ĩpertia: sed sola volũtatis minima constituen
tes & proponentes.

34 Per assiduas generationes singulari-
um: nunq̃ perueniri ad eorum quid-
ditatem & speciem.

Dico duabus de causis ꝑ assiduas iugesq;
singularium generatiões: haud posse elici eo
rũ quidditatẽ: & speciẽ. Prima quidem causa
est: q cum in oĩ sensibili & imperfecta mun
di specie: generationum progressio sit suapte
natura in infinitũ & absq; vlla periodo propa
ganda: diuinę tamen voluntatis sanctio mo-
dũ illi metãq; definiuit: irritã illã & nunq̃ ad
esse perductã singulariũ omniũ cuiusq; spe-
ciei multitudinẽ: termino aliquo prouide co
ercens. Cũ ergo nunq̃ aliquando futura sint
& absoluenda cũcta eiusdẽ speciei singularia
(tãq̃ quæ naturaliter indefinita: diuina sola
volũtate finiunt) manifestũ est nũq̃ ex singu-
lariũ numero: perueniri posse ad ipsam eorũ
q̃dditatẽ: id est ad ipsius speciei vnitatẽ & in
tegritatẽ. Nã etsi nõnunq̃ humanę generati-
ones finient: cuncti tamen qui geniti fuerint
hoĩes: haud erunt simpliciter omniũ hominũ
singularia: quæ exoriri potuere. Secũda vero
causa est: quia etsi assiduis rerũ generationi-
bus nullũ deus terminũ indidisset: si illas per
mitteret iuberetq; in ĩmensũ naturali serie ꝑ
pagari: nũq̃ etiã eo modo vniuersus absolue
retur singulariũ nũerus. Nũq̃ enĩ veꝝ eẽt di-
cere. Nũc sunt subsistuntq; cũcta quæ esse po
tuere: q̃ve in primi parẽtis potentia fuere sin
gularia: nũcve absoluta est ac decursa huma-
nitatis aut alterius cuiusuis speciei linea. Est
enĩ potẽtia ĩmensus atq; infinitꝰ: singulariũ
vniuscuiusq; speciei nũerus: quẽ singulariter
& ĩ nũero ꝑprio: posse ad actũ ꝑduci negamꝰ
Idẽ enĩ iudiciũ est de absolutiõe singularium
& perductione eorum ad esse: quod & de in-
cremẽto numerorum & diuisione continui.

Quidditatem seu speciem aliquam 35
haud esse omnium suorum singulari
um numerum.

Quantũ est inter vnitatẽ & numerũ dis-
crimen: tã lata est differentia inter quiddita-
tẽ seu speciẽ & vniuersa ipsius singularia. Nã
quidditatis & speciei ratio: est & vnitatis ra-
tio. Singulariũ autẽ ratio: numerũ nobis ex-
ponit. Si ergo vnitas numerus non est: & nu
merus ex opposito vnitas esse nequit: dico ꝑ

titer qdditatē aliquā seu speciē: æquari & co
incidere nō posse: cū vniuerso nūero suorꝫ ip
si⁹ singulariū: neqꝫ numerū vniuersorꝫ singu
lariū: attingere & prouehi posse ad præcisio-
nē & puritatē suæ quidditatis & speciei. Vni
uersus tamen huiusmodi singulariū numer⁹
cum natura infinit⁹ impertransibilisqꝫ sit: &
a diuina voluntate: definitam habeat suæ ꝓ-
gressionis & explicationis periodum: nunq̄
ad esse perducet. Nunq̄ eñ futurꝫ est: vt om
nes homies: qui natura ex primo parēte Adā
gigni potuere: geniti sint & actu subsistentes
Et esto dixeris id quidem possibile esse: dico
tamen hunc omnium hominum numerum:
nequaq̄ futurum humanā quidditatem verā
qꝫ hominis speciem & ideā: quam vocant hu
manitatem. Est enim hic cunctorū singula-
riū hominū numerus: longe inferior eā spiri
tali notione: quæ verum hominem / integrū
et absolutum exprimit in animo. Quæ eñ in
mente quidditas est hominis: substantialem
eius rei exprimit quidditatem: quæ in sensi-
bili mundo (qui singularium & diuisibilium
propri⁹ est) nequaq̄ reperitur. Haud igitur
quidditas seu vera species: est suorꝫ singula-
riū collectio atqꝫ multitudo.

36 Ratiōales humanę mētis qdditates:
ī sensibili mūdo: haud ꝓpria & ęqua
ta: sed duntaxat inferiora & minora
reperire signata.

Quēadmodū sensibilis substātia tā natu-
ra q̄ regione & loco inferior est cælesti aut in
tellectuali substantia: ita & singularia entia:
inferiora & longe minora sunt cōmunib⁹ no-
tionibus seu rationalibus humanæ mentis
quidditatibus. Hominis eñ notio ac vniuer
salis imago q̄ versatur in mente: designat qui
dem id quod nequaq̄ comparet extra mentē
in rerum natura: id est verum: integrū ac to-
tū hominem: quem sensibilis natura: in singu
lares homines dispescuit. Nostra igitur mēs:
si quando ab ea hominis imagine: quam intra
se gerit digreditur in sensibilem mundū: tū
inæquali motu pergit: vtpote ab excellentio
re imagine: ad nequaq̄ ꝓpria & æquata: sed si
ne proportione minora & inferiora signata.
Nam ab vniuersali ratione: ad singularem
substantiā. Rationales itaqꝫ humanæ mentis
quidditates: in sensibili mūdo haud propria
& æquata: sed duntaxat inferiora & lōge mi-
nora offendunt signata.

Easdem rationales quidditates: in cę 37
lesti & intellectuali mundo: æqua &
propria offendere signata.

Quod præcedēs de inæquali mentis digres
sione: ab vniuersalibus notionibus: ad singu-
laria sensibilis mundi entia prosequuta est: ꝓ
sens de æquali eiusdem mentis digressione:
ab æqualibus imaginibus ad æqualia signata
exponit. Fit eñ hæc æqua mentis digressio
in cœlesti & intellectuali mundo: in quibus
sunt veræ & integræ substantiæ: seu natura-
les quidditates: pares & æquales iis rationa-
libus quidditatibus: quæ in mentis condun-
tur armario: Gaudet igitur humana mens:
in cęlesti & intellectuali mundo & in cunctis
materialibus creaturis: excellentius q̄ in sen-
sibili mundo: ab æqualibus signis: ad æqualia
signata esse reciproca. A paribus item ad pa-
ria: a totis & præcipuis: ad tota & præcipua:
a specialibus ad specialia: ab integris & vnicis
ad vnica & integra: a puris & simplicibus: ad
simplicia pura & impmixta: a veris ad vera:
ab ęuiternis imaginibus: ad immutabilia &
eodem modo se habentia exemplaria: & a de-
niqꝫ similibus ad similia. Angelica enim sub-
stantia quæ est in vniuerso: par est ei suæ ipsi
us notioni quæ est in animo. Et ita de cęteris
aut cælestibus aut intellectualibus entibus
dicendum. At vero nullus singulariū hoim:
neqꝫ vniuersorum etiā hoim numerus (si hic
aut diuina volūtate: aut natura absolueret)
par & æq̄lis est ei humanę q̄dditati & notiōi:
q̄ in aīo substantialē: verā & exemplarē hoīs
qdditatē nusq̄ in natura subsistētē signat. Ef-
fectū sit igit oēm rationalē qdditatē ac speciē
aliter in sensibili mundo & aliter in cælesti at
qꝫ intellectuali se habere. vt pote cum in hoc
ab æqualibus ad æqualia: in illo vero ab excel
lētioribus ad inferiora mentis digressio fiat:

37. Irritum ac inanem esse eum conatum quo quisq̄ enumeratione singularium tentaret eorum elicere quidditatem ac speciem.

Docuimus per assiduas generationes singulariũ: nũq̄ naturã posse peruenire ad eorum speciẽ & quidditatẽ. Quare neq̧ etiã vlla inductiõe & qualicunq̧ singulariũ enumeratione queat quisq̄ perduci in ipsam verã & integrã speciẽ. Omnis enim conat⁹ q ad impossibile contendit: irrit⁹ atq̧ inanis est. Sicut aũt impossibile est recta progressione per polygonias figuras perduci in circulum: ita & eo calle qui recta per enumerationẽ & generationẽ singulariũ procedit: dico nullo modo posse ꝑueniri ad eorũ quidditatẽ & speciem. Et profecto velle ex numero singulariũ ipsam colligere speciem: est ex punctis conflare velle lineam. Haud igitur singulariũ enumeratio vllo pacto ad eorũ speciẽ accedit.

38 Duplicem viam esse: quæ nos ad ipsas species & quidditates perducat.

Q̃q̄ nulla singulariũ multitudo nos ad ipsas species & quidditates perducat: dico tamen viam esse duplicem: qua simpliciter ad ipsas quidditates & species perducamur. Aliam naturæ: aliam humanæ mẽtis. Nempe in cęlestib⁹ & intellectualib⁹ entibus: natura nos ipsos ad veras / exẽplares & substantiales quidditates sine singularibus euehit. Creauit eñ natura: cælestia & intelligibilia entia in sua tota specie: non prius partes: q̄ ipsa tota: neq̧ prius singularia: q̄ species. Absurdum quippe est dicere: rerum naturã: in primis phœbea singularia & indiuidua peperisse: ac deinceps naturali quadã eorum coniunctione & copula: vnius totius solis conflasse ac peperisse substãtiam. Reliquus autẽ callis qui nos ad quidditates & species eleuat: mentis humanæ proprius est. Hac eñ via humana mẽs rationali singulariũ inductione sensibus innixa: quadamq̧ defæcatione mundanarum imaginum nos nequaq̄ ad substantiales: sed duntaxat ad rationales & spiritales quidditates ac species euehit & ratiõaliter attollit. Vnde fit vt diuinæ mentis opificium: sit humanæ mentis opificio lõge efficacius: vt quę et substantiales quidditates procreat: & sine singularium medio ad eas pergit. Humana autem mens duntaxat rationales cudit species: & ad eas quadam singularium via & inductione procedit. Sunt igitur gemini calles: qui nos in ipsas species & quidditates perducant.

Singularium entium: ad suam speciẽ et quidditatem: proportionem nullã esse. 39

Omnis proportio: & comparatio est inter ea: quæ vniuoca & eiusdem nominis ac speciei sunt: & quę insuper finito interuallo ac spatio abinuicem dispescuntur. vt duarum linearũ proportio: aut est dupla aut tripla aut quæuis alia. Atqui tam omnium singulariũ cuiusuis speciei multitudo / q̄ quodlibet singularium per se: infinities distat a sua quidditate & specie. Si enim quæ singularia ab sua specie dirimit intercapedo esset actũ finita: contingeret naturam assidua generatione singularium tandem in ipsam speciem & quidditatem deuehi: ibiq̧ naturalium generationum: tanq̄ in verissima meta atq̧ periodo: sistere discursum: quod est contra ea quæ in præcedentibus monstrata sunt. Q̃uis igitur singularia abinuicẽ secundum magis minusq̧ differre fateamur: nulla tñ est aut alicuius eorũ aut omniũ simul ipsorum: ad suam speciem & quidditatẽ proportio: perinde ac neq̧ finiti ad infinitum.

Q̃q̄ singularia differãt abiuicẽ secũdum magis & minus: id tñ nihil facere ad proportionẽ speciei & quidditatis eorum. 40

Id quod pñs offert: mathematico exẽplo exponemus. Verbi eñ gratia cunctæ polygoniæ: differẽtias magis & minus inter se recipiunt. Hexagonus quidẽ similior est circulo: q̄ quadratus aut triangul⁹. Dico tñ tã hexagonũ q̄ quadratũ / q̄ triãgulũ infinities & im

pertransibili spatio summoueri a circulo: nec
breuiorem esse viam ab Hexagono in circulũ
q̄ a quadrato in circulum. Est enim via & se-
mita recto naturæ progressu: vtrinq; imper
transibilis: quandoquidem neq; a quadrato
neq; ab Hexagono: per sensibile angulorum
incrementum: quisq̄ aliquando perueniat in
circulum. Percõtaris igitur quæ via ex poly
goniis: nos in circulum perducat? Subiungo
sensibili ac naturali calle eo perduci posse ne
minem. Nã semper ea polygonia quæ super-
fuerit (q̄q̄ prioribus & similior & forte vici-
nior ac propior circulo esse videbitur) infini
ties tamen a circulo distabit. Relicto igitur
naturæ tramite: cupiens quis ex quauis po-
lygonia/progredi in circulum (quemadmo-
dum & ex quouis singularium: in quiddita-
tem & speciem) opus est vt sese ad mentem
conuertat. Mens quippe immensum spatium
et natura impertransibile: reflexiõe quadam
momento percurrit. Quemadmodum fit. E.




hexago-
nus. C.
vero cir
culus. E.
C. aũt li
nea recta
jteryerũ
q;: dico li
neam. E.
C. eẽ po-
tentia in
finitam
imper-
transibilem & inconsummabilem: per quam
si quisq̄ ab hexagono. E. nitetur conten-
detq; in circulum. C. meo iudicio falletur:
cum inter circulum & hexagonum: quot-
quot sunt media: numerare & pertransi-
re nequeat. Semper enim illi occurret poly-
gonia: non minus distans a circulo: q̄ hexago
nus. E. a quo primum proficisci coepit in cir
culum. Alia igitur via ab. E. in. C. pergẽdum
est vt per humanæ mentis apicem: hinc qui-
dem eleuatione ab hexagono: hinc vero recur
su depressione & reflexione in circulum. Ap-
prehendit enim humana mens ea extrema:
cuius media: tam ipsi menti: q̄ naturæ igno-
ta sunt. Propior igitur est via ab hexagono
in circulum: per angulum. E. H. C. siue per
apicem totius trianguli (hoc est per punctũ
H. quod humanam designet mentem) q̄ per
rectam lineam & basim. E. C. Et eodemmodo
de aliis quibusuis dicendum: nullam inquã
proportionem esse singularium: ad suam spe
ciem: & verissimam quidditatem. Quod eñ
de polygoniis ad circulum non subricuimus
intellige pari modo de singularibus ad spe-
ciem dici posse.

Humanam mentem sensibili mũdo pernecessariam esse in rationalium quidditatum supplementum. 41

Quia enim nihil sensibilium & eorum q̄
lunari concauo subsunt: est exors materiei:
ideo & impossibile remur sensibilem aliquem
actum: siue substantialem: siue accidentalem
in sua subsistere quidditate & specie: aut (qđ
idem sonat) purum esse: præcisum: vnicum
æqualem indiuisum. Nam materia: actuum
omnium siue substantialium: siue accidenta
lium distributio est: & totius singularitatis
ac prolapsionis a suæ speciei vnitate: causa.
Quapropter pernecessaria est huic mundo
humana mens: in rationalium quidditatum
supplementum. Quæcunq; enim singulari-
ter & impure in sensibili mundo subsistunt:
hæc eadẽ in tersissimo nostræ mentis ac plu-
cido speculo: defęcatissima & syncera sub su-
is quidditatibus collucent. Quẽadmodũ di-
co rectã lineã: vti a mathematico diffinit: eẽ
a pũcto ad pũctũ breuissimã extẽsionẽ: haud
posse viribus humanis in qualicũq; materia
describi: ac protendi. Haud eñ patiẽs est ma
teria rectissimæ lineæ: q̄ nulla sit rectior: q̄ve
sit simpliciter & infinities recta: q̄ itẽ sit ipius
sũmæ & excellẽtis rectitudinis priceps. Cęte
rũ rectissimã lineã q̄ nullo pacto discrepet a
rectitudine: dico abstractã esse a materia: eã-
q; soli humanæ menti: in sensibili mundo: no
tam: ac manifestam esse. Si enim dixeris
lineam. A. B. abs te in præsenti charta aut

quauis alia materia protensam/ rectissimam esse: & parem ei quam mathematicus diffinit protendo mox & ego lineam.C.D.quæ forte



rectior erit linea.A.B.abs te producta.Non erat igitur recta.A.B.rectissima:nec erat rectarum species:quã solã mathematicus diffinire & ratiõe explicare cõtendit.

42 Solas notiones & abstractiones humanæ mentis: ad sensibilium rerum præcisionem: puritatem & vnitaté pertingere.

Hanc propositionem in mathematicis exemplis:perfacile edocere est.Cunctæ enim singulares rectæ lineæ:quæ i charta/ aut lapide aut ligno/aut ęre/aut quauis alia materia manibus exarantur:cum abinuicem sub formalis rectitudinis participatione:secundum magis minusq̧ diuersæ sint(nam aliæ aliis rectiores/aliæ minus rectæ/infinities distant a rectissima linea:ab ea inquã quæ est omniũ rectarum species:quæ & mathematicæ rationis veraciter particeps est: & ad cuius præcisionem & æqualitatem quauis manuali rectarum in materia productione/perduci possibile esse negamus.Manet enim semper vera rectitudo/abstracta a materia:vnica/simplex pura in solo humanæ mentis domicilio abstrusa.Et eadem dicito de circulis: aliisq̧ cũ mathematicis / tum naturalibus speciebus. Si enim descripsero quatuor circulos.A.B.C.D.dico eorum nullum esse huiusmodi verum circulum:quem mathematicus ratione claudit.Nam hi quippe materiales ob materiæ impedimẽtum/abinuicem per magis minusq̧:a sua vero specie & quidditate:quæ est verissimæ rotunditatis forma:infinities discrepare ac differre perpenduntur.Cum ergo nullus in materia circulus/ queat rotundissimus esse:manifestum est veram & perfectam circulorum speciem/haudquaq̃ a materia:sed a sola mente esse attingibilem.Is enĩ circulus:cui soli/suam mathematicus rationem/ac diffinitionem adaptat(cum infinitus sit & quidditas omnium circulorum) in materia exarabilis non est:sed se/ipse in humanę mentis scrinio:a materia liberum & abstractum recondit.Sola igitur humana mens ad rerum sensibilium/puritatem/præcisionem/ quidditatem/& speciem pertingit.




Omne singulare ens:aut non esse id quod est:aut id esse duntaxat secundum quid. 43

Nam quodlibet singularium:distat ac decidit infinities ab esse & æqualitate suæ speciei.Si igitur ipsum/verum/ purum & simpliciter esse:competit soli quidditati & speciei:necesse est vnumquodq̧ singulariũ/ quod impertransibili intercapedine decidit a specie aut non esse id quod est:aut id esse duntaxat secundum quid. Vt si verus circulus:qui maxime/qui simpliciter:qui ex toto dicit huiusmodi: qui & circulorum omnium species est: inest soli menti: cum cuncti materiales circuli in charta aut ære:aut quauis alia materia producti:infinities a vero mentis circulo ob suæ materiæ & subiecti inæqualitatem aberrent: necesse est aut vnumquemq̧ eorũ non esse circulum:aut esse circulum duntaxat secũdum quid.Nam & nulli eorum competit vera: & absoluta circuli ratio: sed ei soli quem mens in seipsa / extra materiam conspicatur.Ipsa etenim species & quidditas

mentis:cum ſit maxime talis: eſt & propter quam:vnumquodq; ſingularium: tale/ non ſimpliciter: ſed ſecundum quid appellatur Omne igitur ſingulare ens:cum ſit in nulla proportione:ad ſuamipſius quidditatem & ſpeciem:aut non eſt id quod eſt: aut dũtaxat id eſt ſecundum quid.

44 Omnem ſpeciem: imparticipabilem eſſe.


Nam natura ſpeciei & quidditatis: eſt vt libera ſit & abiuncta a materia:vt item ſit collecta & indiſtributa: quandoquidem ſpeciei ratio: eſt vt diximus vnitatis ratio:participati autem ratio:multitudinem quãdam & ſui ipſius diſpertitionẽ præ ſe fert. Verbi gratia ſingularis ſenſibiliſve circulus:aut nõ eſt circulus aut eſt circulus tantum ſecundum qd & minime ipſa vera circuli ſpecies. Singularis item recta linea:quæ a vera rectitudine infinities abeſt:aut recta linea non eſt: aut ſolum ad aliquid vſq; / dicitur huiuſmodi. Et ita in cunctis ſpeciebus:tam naturalibꝰ q̃ mathematicis procede. Sit enim verbi gratia C velut circulorum omnium idea / quidditas et ſpecies. Alii vero circuli: vt D E F. ſint vt ſingulares circuli q̃q̃ C. vt ſcriptus in materia & in ſubiecto; idea & qdditas eẽ neque at: ſed tamẽ id diſciplinæ cauſa ita effigimꝰ. Exemplorũ eñ vt voluit: haud eſt veritas exigenda. Quia C idea eſt & ſpecies cũctorum circulorũ: hinc C eſt in ipſo vero eẽ circuli: attingitq; præciſionem & veritatem circularis eſſentiæ:nihil omnino decidens aut differens ab eius ſimplicitate & integra eſſentia. At reliqui circuli vt D E & F: infinities ab



eo diſpeſcuntur:nec vñq̃ ad illius vnitatem reducuntur. Non ſunt igitur. D. E. C. circuli:aut ſunt tantum circuli ſecundum quid vtpote qui non ſimplicis & puræ rotunditatis: ſed circunſcriptæ & per magis minuſq; differentis participes habentur. Non eſt igitur ſpecies ſecundum ſe participabilis: quandoquidem omnis ſpecies eſt ſimpliciter id qđ eſt.

Vniuſcuiuſq; ſingularis entis ſubſtã tiam:inſcrutabilem & incognoſcibilem eſſe. 45

Edocuerũt p̃cedẽtes quopacto iſinities & iconſiderabili differentia: cuncta ſingularia labũt ab eſſe ſuę qdditatis & ſpeciei. Præſens autem eorum quoq; abinuicem diſtantias: edocet eſſe infinitas. Dicendum enim quoniam ſi nullo metro aut nulla ratiõe:neq; cum ſpecie & quidditate/neq; ad inuicem æquari poſſunt ſingularia:non minus eorũ ab inuicem/q̃ eorum a ſpecie differentiam euadere infinitam. Sit enim præcedentis figura: in q̃ C. ſit:vt omnium circulorum quidditas & vera ſpecies. D. E. F. vero ſint vt circuli aliqui ſingulares: ab ipſa præciſione & vera rotunditate: improportionabili ratione labentes. Quia. C. eſt per ſe: maxime & ſimpliciter talis. D. vero. E. & . F. ſecundum quid tales: debẽt. D. &. E F. duntaxat ſub comparatione & ratione ipſius. C. noſci ac ſciri quantũ ſint tales:id eſt quantæ rotunditatis participes. Eorum eñ natura & ratio:ſicut dũtaxat ab ipſo. C pendet:ita & ab eodem quanta ſit dinoſcenda eſt:atq; metiẽda. Atqui hoc ipſum internoſcere:eſt ex præcedente impoſſibile: cum dixerimus ſingularium naturam:infinities ab eſſe ſuæ quidditatis elabi. Eſt igitur omnium ſingularium in ſeipſis: indiffinibi-



lis & inscrutabilis natura atq; substantia.

46 Nõmodo vniuscuiusq; singularis en tis: naturam & substantiam in seip/sa inscrutabilem esse: sed & eorum tam abinuicem: q̃ a sua specie & qd ditate distantias ac differentias: in/scrutabiles & incognoscibiles esse.

Eadem quippe est singularium natura: quæ & materiei: quam sũ incognoscibilem & inscrutabilem esse volumus: eadem ratione & cuncta singularia: tam in seipsis q̃ adinuicem perseuerabunt incognita. Qui enim ignorauerit quomodo sese extrema habent ad medium: ignorare & illum oportet/ quo pacto eadem extrema se habeant adinuicem. Atqui species & quidditas: medium quid dam est & ratio & lux omnium singularium Cuncta enim singularia suam quidditatem: pro extremorum vice circunstant. Quemad modum & angulum rectum tanq̃ vtrinq; medium: dicimus esse rationem & lucem obtusi & acuti anguli. Ambo enim extremi anguli: collatione & inspectione recti anglĩ fini untur. Ignota igitur proportione/habitudi ne/ratione/& æquatione cunctorum singularium ad suam quidditatem & speciem: ma net eadem de causa & singularium in seipsis substantia: & eorum adinuicem proportio/ et habitudo ignota. Si enim scrutari neque as in exemplo & figura præcedentis: quan tum circulus. D. deficit a circulo. C. ne cesse est vt substantia circuli. D. tibi superfit incognita: quandoquidem te lateat: quãtum illi adsit rotunditatis. Nosti tu quidem for tassis circulum D. non esse rotundissimum: hoc est non esse ipsam veram & perfectam cir culorum quidditatem: Attamen quantum hic aberret a veræ & æquarissimæ rotundita tis forma: seu quantum non rotundus sit: te scire aut scrutari posse inficior. Substãtia ita q; ipsius. D. tibi penitus ignota est: vt cuius formæ/ numerus: te præterit ac penitus sub terfugit. Id enim nos ignorare oportet: cuius formæ numerum/ modum & quantitatem ignoramus. Et ita de circulo. E. &. F. dicen dum: sigillatim vniuscuiusq; substantiam/ p bando manere ignotam: ob ignorantiam nu meri formæ eorum: quæ est ipsius rotundi tatis participatio.

Singularium adinuicem distantias ac differentias: nobis manere igno tas: mathematico argumento osten dere. 47

Potes & ea quæ prius diximus: mathe ma tico scrutari argumento ad hũc modum. Sit vt prius triangulus. C. D. E. F. cuius latera



sint C. D. & C. F. basis ve ro. D. E. F. Hęc apud se ma thematicus rite probat at q; infert. Si latera triangu li: vt C. D. & C. F. cum ca theto & ppẽdiculo C. E finita & cognita nobis sũt oportere quoq; & basim D E. F. finitam esse: & nobis agnitã. Et ex opposito ba sim. D. E. F. concludit igno tã/ atq; infinitam eẽ: si & latera. C. D. & C. F. & cathetus. C. E. dicuntur esse infinita & in certa. Atqui omnis species & quidditas: suo rum singularium apicem & summum fastigi um tenet. Cũcta vero eius singularia: sunt re spectu illius in basi collocanda. Si igitur infi nita est & inscrutabilis: distantia quidditatis & apicis/ ab his quæ basim obsederur: erit et eadem ratione basis inscrutabilis/ immẽ sa/ infinita. Et eorũ quę basim obtinuere singu lariũ: distantia ac differẽtia penitꝰ ignora/ in scrutabilis/ infinita. Vt si lineæ. C. D. C. E. et C. F. sint infinitæ: erit & basis. D. E. F. infi nita: & non modo tota basis: sed & lineæ. D. E et. E. F (per quas singularium differen tia & eorum abinuicem intercapedo signa tur) erunt infinitæ. Omni itaq; mõ elicimus

ignorantiam proportionis/rationis/& habitudinis cunctorum singularium ad suam speciem & quidditatem: causam esse cur & ipsorum singularium substantiæ & eorum adinuicem proportiones rationes & habitudines nos lateant ac subterfugiant.

48 Singularia aliquãtisper vt in numero potentia infinito: suã quidditatẽ et speciem imitari.

Habent aliquid cuncta singularia (quanq̃ inscrutabili proportione: abesse suæ quidditatis summoueantur) in quo suam speciem & quidditatem imitentur: vt in numero potentia infinito. Nam quidditas vt eiusmodi id est sub ratione propria: est actu summa & præcisa. Circulus enim qui poligoniarum quidditas est: ad hũc modum simpliciter & in summo rotundus/siue rotundissimus appellatur: cũ per actu innumeros angulos qui circulo insunt: probauerimus: demonstrandam eliciendamq; esse poligoniæ figuræ cum circulo coincidentiam: quam Mathematicus (qui actu infinitam quantitatem non nouit) nosse & apprehendisse nequit. Et non modo infinitam & interminam quantitatem Mathematicus ignorat: sed & neq; acutissimum angulum/qui vnica & simplex est linea: neq; obtusissimum/qui duorum rectorum spatio geminisq; lineis ad directionem redeuntibus sese distendit: intellexisse & nouisse potest. Ambo enim anguli: summe & infinities sunt tales: acutissimus quidem infinities acutus: obtusissimus vero infinities obtusus. Sub vero acutissimo angulo: acutorum secundum quid angulorum infinitus est potentia numerus. Sub item obtusissimo qui cunctorũ est quidditas obtusorum: stat eorum/qui mediocriter obtusi sunt numerus potentia infinitus. Et ita de cunctis quidditatibus & speciebus dicẽdum: sub quibus singularium numerus potentia infinitus reperitur.

49 Vnde singulariũ nõ modo numerus sed numerꝰ potẽtia infinitus oriatur adaperire.

Dicimus hunc singulorum numerũ: sub omni quidditate potẽtia infinitũ: duplici oriri ex causa. Primo ex natura materiæ. Secundo ex natura ipsius speciei & quidditatis. Ex natura quippe materiæ singularium exoritur numerus: propterea ꝙ materia: totiꝰ est singularitatis causa: omnem actum & quidditatem in plura diuidens. Nam materia cũ sit potentia quędam infinita: inscrutabilis & ignota: in parem sibi similẽq; numerũ potentia infinitum: eum cui copulatur actũ distribuit. Vt si exarauero in præsenti charta pluries literã A. percõtanti vnde eaq; numerꝰ ac differẽtia pẽdet: dicam in primis ex ipsius materię inæqualitate. Differunt em̃ oẽs quatuor literę abinuicẽ: nec est


A	A	A	A

earũ aliqua: quæ sit verissima: & irreprehensibilis litera: quæve ad pręcisionem & summitatem literę A: pertingat. Et si rursum duplo aut triplo aut immensum plures descripsero eiusdem speciei literas in eadẽ aut alia quauis charta: cupiens forsan in materia aliqua/ad ipsius speciei & quidditatis veritatem & præcisionem perduci: id mihi ob varia materię impedimenta: nõ modo arduum sed etiam impossibile esse reor. Semper enim ipsius materiei præsentia: oberit puritati & simplicitati eius literæ: quam pingere & exarare voluero. Nam materia diuidit: alterat: permiscet: distribuitq; eum actum: eam ideam & quidditatem: quam mentis oculo præsentem vti est conspicio: & cuius instar: singularia quædam eius vestigia in materia describo.

Contingit singularia: simul & finita esse & infinita. 50

Nam singularium numerus: impertransibilis est: & potentia infinitus. Vniuscuiusq; tamen eorum substantia: actu finita est: vt quæ duntaxat secundũ quid & mediocriter talis appellat. Si em̃ attẽdis p se ipsam cuiusuis singulariũ substãtiã: sub ipa pticipatiõis

ratione: dices confestim eam esse finitam: quã doquidẽ hęc haud simpliciter/neq̃ in summo neq̃ infinities: sed dũtaxat secũdum quid/ac finito modo: pticipat suæ speciei quidditatẽ. Queadmodum Ioannes: haud simpliciter homo est: id est vera hoĩs species: sed homo secundum quid: id est hic homo/siue singularis homo: qui Ioãnis noĩe designat. Et circulus a b c non simpliciter circulus est: vt qui per materiã rotũdissimus esse prohibet: sed est verioris mẽtalisq̃ circuli signum. Si vero cunctorũ singularium numerũ inspexeris: dicas profecto illum esse potentia infinitum/incompręhensibilem & inscrutabilem. Ergo ad diuersa attendentes: vident singularia sub eadẽ quidditate & specie simul & finita & infinita esse. Finita qdem secundũ vniuscuiusq̃ substantiam: infinita vero secũdum numerum vniuersorum. Finita rursum ex natura distributionis suæ qdditatis: infinita vero ex copula materię/totius suę distributionis & singularitatis causa. Nam cuncti homines & finiti simul & infiniti sunt. Finiti qdem secundum substantiam & speciei siue humanitatis participationem: infiniti vero numero/qui ex naturali distributione procedit. Etenĩ humanus actus: in quolibet singulariũ hominum/actu finitus certusq̃ est. In quotquot tamẽ partes humana tota quidditas & species ex materiali copula & vinculo/aut iã distributa/aut distribuenda sit numerare: impossibile esse iudicamus.



51 Ipsam item singularium speciem & quidditatem: simul & finitam & infinitam esse.

Hæc est transpositio præcedentis. Nã præcedens edocuit finitas esse singularium substãtias: eorum vero numerum eẽ immẽsum. Dic igitur ex opposito de omni singularium quidditate: omnem scilicet quidditatem secũdum substãtiam propriæ suæ rationis esse infinitam: & numero nõ modo finitam: sed etiã tantum vnam. Nam creaturarum substantię finitæ sunt: earum tamen numerus infinitus. Deus autem qui quidditas/& species est omnium creaturarum: ex opposito immẽsus est: & actu infinita substantia. Numero vero non modo finitus: immo & ipso numero inferior: cum sit immultiplicabilis & tãtum vnus. Et eodemmodo de cunctis quidditatibus & earum singularibus: ex oppositorum lege & habitudine dicendum.

Vni infinito: ĩfinita finita: aliquo pacto respondere atq̃ æquari. 52

In omni ordine: vnica & quidditas & species est: quæ aut substantia/aut ratione est infinita. Eius autẽ singularia/quę illi subsunt: cũ & substantia & ratione/finita sint: numero tamen infinita & incompręhẽsibilia esse cernũtur. Hoc enim modo singularia aliquaten[9] suis quidditatibus adęquantur dum numerus in eis/suarũ substãtiarũ lapsum supplet. Nam quod in ipsa quidditate/est substantia aut ratio: hoc in singularibus est numerus. Et cõtra quod in quidditate est numerus: id in singularibus est substantia vel ratio. Omnis enim qdditas: est aut substãtia aut ratione/infinita ac pręcisa. Omne autem singulare: est in propria substantia & ratione finitum/varium & materiei permixtum. Et ex opposito omnis quidditas est numero finita: nẽpe vnica & imultiplicabilis. Singularia aũt sunt nũero & multitudine infinita. Vt deus qui est quidditatũ quidditas: numero finitus est: quippe qui vnicus & solus/substantia tamen immensus est. Creaturæ autem cum sint numero infinitę & incompręhensibiles: substantia finitæ esse perpenduntur. Vni igitur infinito: infinita finita: aliquo pacto respondere visuntur.

Humanam mentem abstractione & opificio quidditatum: in sensibilibus rebus ipsi naturę dissonam reperiri. 53

Nam qđ natura sensibilibus rebus in substantia denegauit: hoc iisdem per humanę mẽtis molimẽ in ratione donauit. Tantum igit̃ in sensibilibus rebus: humana mens a natura dissona repperitur: vtpote quę cũ sit excogitatrix quidditatum: nullam tamen in sensibili mũdo/offendit verã quidditatem. Nullas eñ

in eo animaduertit & comperit substantiales
veritates eorum: quorum intra se rationales
gestat quidditates/& species. Id quoq; qđ in
seipsa comperit vnicum: reperit in mũdo plu
rimum & variũ. Si quando em̃ ab imagine &
specie quã intus habet: cuiusdam experimenti
causa/per corporeorũ sensuum valuas proři-
pit sese in mũdum / a superiore pergit ad infe
rius/ab impermixto ad varium: a toto ad par
tem: & ab vniuersali ad singulare. Quãobrẽ
& is motus humanæ mentis: merito eius de-
pressio nũcupatur: quẽadmodum & contrari
us motus: quo ex mundo mũdanarumq; sub-
stantiarum intuitu: in seipsam resilit: tanq̃ ab
inferiori: pergens ad superius: mentis eleuatio
dicendus est: persimilis inductioni: quę ex par
tibus totum & ex singularibus vniuersalia &
communia perquirit.

54 In cęlestibus & intellectualibus reb9
humanam mentem ipsi naturæ cõso-
nantem concordemq; esse.

In cælestibus & intellectualibus substãtiis:
humana mens naturæ consona reperitur. Nã
quales intra se notiões habet: tales in illis sub
stantias offendit. Et si quando ab suis notio-
nibus ad sublimia illa entia pergit: nequaq̃ de
primitur: sed a paribus ad paria: ab ęqualibus
ad æqualia: a synceris & puris ad ipmixta &
pura: & ab vniuersalibus ad tota: & sibiipsis ĩ
sita entia fertur. Vnde fit vt digressio huma
næ mentis a seipsa: nunc ad sensibilia nũc ve-
ro ad intelligibilia · rectum angulum perpul-
chre imitet̃: cuius caput & angularis apex sit



humana mẽs: pũctum vero qđ in imo residet:
sensibilia. Reliquũ autẽ punctũ qđ ad mentis
æqualitatẽ sistitur intelligibilia. Ad hæc em̃
equali motu: ad illa vero quadam depressione
mens humaua procedit.

Et si solus deus sit substãtia & actu in 55
finitus: plerasq; tñ immo vero oẽs qd
ditates suo modo esse infinitas.

Quod em̃ soli deo cõpetit in substãtia: hoc
cunctis quidditatibus in ea congruit ratione
qua dicunt̃ infinities abesse & elongari a suo-
rũ singulariũ inęqualitate. Vt circul9 est qdẽ
substãtia finitus: hinc centro fixus: hinc ve-
ro circũferentia circũseptus. quotiens tamen
circulũ cũctarũ polygoniarũ appellam9 quid
ditatẽ/p̃cisionẽ & speciem: totiẽs ipse circul9
quandã rõnẽ habet actu infiniti. Nã qđ scđm
potentiã in poligoniis est: id est actu in circu-
lo. Quicquid itẽ in polygoniis est ĩperfectum:
& semp in potentia: id in solo circulo actu re-
peritur absolutum. Hanc ergo potentiam &
semp irritũ angulorũ incremẽtũ: circulus in
seipso figit ac sistit: vt qui quadam actuali an
gulorum (vt ita dicã) infinitate: capacissim9
fiat: quiq; infinitos habens angulos: simul &
vnicũ & nullũ habere angulũ dicat̃. Hactenu9
igit̃ & circulus & oĩs quidditas ac species: sub
p̃cisione & ęqualitate rationis deũ imitatur.


Deum eo se modo habere ad creatu-
ras: quo & ad sua singularia ipsę quid
ditates.

Quis diuina substãtia ad creaturas: oẽm 56
cõparationis & ratiõis modum subterfugiat:
quãtum tamẽ humana fert cõiectura: dicẽdũ
est eruditionis & disciplinę gr̃a: dei ad creatu
ras/eã esse rationẽ: q̃ ẽ & cũctarũ qdditatũ ac
specierũ ad sua singularia. Cunctę em̃ quiddi
tates: suæ p̃cisionis & æqualitatis ratione/in-
finities a suis singularibus summouentur.
Diuina vero substantia/simpliciter & secũdũ
suę substãtię imensitatẽ: cũctas creaturas trã
scẽdit. At vniuersa singularia: iuxta rationẽ
& comparationem suæ quidditatis / aut non
esse: aut secũdum quid esse dicuntur. Omnis

autem creatura/diuinæ ſubſtantiæ iuxtapoſi
ta & comparata:aut nõ eſt aut ſecundum qd
eſt.Deniq; quẽadmodum omnis ſingularium
differẽtia:& eorum plus & minus:ſub modo:
conſpectu & præſentia ſuæ quidditatis abſor
betur/tollitur/obumbratur:ita & differẽtiæ
creaturarum/ſecundum præſtantius& min⁹
perfectum/ſecũdum ſublimius & inferius:ex
diuina iuxtapoſitione/prẹſentia & compara-
tione eueſtigio abſorbentur apparẽtq; nullę.

54 Creaturarum ad deum proportionẽ
& comparationem ſimpliciter in iſo
chele potiuſq̃ in ſcaleno eſſe figuran
dam.


Sit Iſocheles A B C: cuius B apex: A C
vero baſis.Dico per hnuc
yſochelẽ:aut;nullã aut per-
paucã/explicari differẽtiã
ſepoſitionẽ/atq; diſtãtiam
pũctorum & extremorum
baſis A & C: ab apice B.ſũt
enim latera A B & C B:æ-
qualia:q̃re & A & C: ẹqua-
liter & indifferenter ſe ha-
bent ad B.nec per eam figu



ram dinoſcũtur:quib⁹gra-
dibus excellentiæ & perfectionis: alter alteri
emineat:cum eorum omnis differentia: ſit in
ea figura ſubobſcurior/iapparẽs & ex toto ob
umbrata.Congruit igitur is iſocheles: crea-
turarum ad deũ proportioni ſimpliciter exa
randę. Eſt enim creaturarum ad deum pro-
portio ſimpliciter:hęc earum ratio:qua ad de
um ſumuntur omnes:vt fere nihil vt ortę de
nihilo:vt infinities ab eo elongatę:vt æquali-
ter ad deum ſe habentes:& nõ aliæ quidẽ deo
propiores:alię vero ab illo ſemotiores.Hãc ve
ro creaturarum vniformitatem: diuina colla
tione nobis iſocheles exponit.

55 Creaturarum ad deum proportionẽ
ſecundum quid:in ſcaleno eſſe propa
landam.

Creaturarũ ad deum ꝑportio ſecundum
quid:ea eſt quę creaturarum gradus lucidos
ſeruat:oſtẽdẽs alias aliis:excellentiores eſſe ac
ipſi deo viciniores.Sit ergo ſcalen⁹ C D E: cu
ius apex & conus D:min⁹ vero lat⁹ C D/ma-
ius D E:baſis autem C E:dico in hoc ſcaleno:
perlucidos eſſe gradus eorum/quæ collocant̃
in baſi:vt in primis extremorum punctorũ C
& E.Eſt.n.C ꝓpior ipſi D:E vero ab eodẽ ſepo
ſitior.Breuior autẽ ab
apice ſemotio: atq; di-
ſtantia: ſuperiorẽ excel
lentiorẽq; gradum inſi
nuat.Qđ aũt ab apice
& faſtigio lõgius abeſt
id confeſtim inferioris
gradus & minoris ex-
cellentię locum ſe habe
re oſtẽdit.Iudicabit em̃
quiſq; in ſcaleno C D E
punctũ C eſſe prẹſtan-
tius:E vero iperfectius



& minus præſtans.Quapropter ꝓportionem
quidẽ creaturarum ad deum ſimpliciter: per
quã vniuerſæ creaturæ/nullam ad deũ ratio
nẽ habere dicunt̃:aut ꝑ quã/ob infinitam di-
ſtãtiã/eodem ſe modo habere ꝓdicant̃ (cũctę
em̃ creaturę infinities a deo ſeponũt̃) cõgrue
exprimit iſocleles. At earũ ad deum ꝓportio
nem ſecundum quid:in qua/creaturarũ gra-
dus dignitateſq; ſeruant̃:vt in qua angel⁹deo
ꝓximus:materia vero a deo ſepoſitiſſima vo-
catur:ſcalenus longe præclarius/oculis expã
dit adaperitq;.

Geminas rerũ ad deũ comparatiões 56
in iſochele & ſcaleno perficere.

Sit ſubſtantialis iſocheles A D M cuius D
apex/deum ſignet: A vero & M extrema ba-
ſis pũcta:ſint angelus & materia.Nã hęc duo
angelus & materia:omnem creaturam/tanq̃
inter ſe mediam complectuntur: cum ſupra
omnem creaturam ſit ſtatus angelicus: & in-
fra eãdẽ oẽm/ſubſtet materialis depreſſio. Di
co quoniam iſocheles A D M/gradus obum
brat creaturarum:haud magis a deo materiã
q̃ angelum ſeponẽs.Nempe amborum/æqua
ẽ ſimpliciter a deo ſemotio:nec ẽ(ſaltẽ quoad
proportionem immenſitatis)deo vicinior an
gelus/q̃ materia:cũ ſit infinita vtriuſq; a deo



abiunctio.Om̃e enĩ infinitũ: æquale est omni infinito.Et eodemmodo dic de mediis creaturis:quę angelorũ & materię chaos/interstitiũ



ac vacuũ oppleuere.Nam si p lineas infinitas cunctę creaturę a deo dissociantur:vtiq̃ nullis gradibus nullisq̃ differentiis/illarũ a deo distãtia venit explicãda.Sit itaq̃ nũc scalen⁹ A D M:iisdẽ literis & substãtiis expressus.Dieo ab hoc scaleno/creaturarũ ad deũ rationẽ: & pportionẽ secũdum quid: aperte dilucescere.Nam sedet angelus in eo scaleno:vt deo vicinus & pximus:vt ve cæteris creaturis eminentior.Materia vero vt a deo semotissima & extremũ entiũ vestigiũ:in eodem scaleno collocatur.Et quæ inter angelum & materiã superant mediæ creaturæ:si illas in basi A M describere volueris:suos quoq̃ gradus in ea seruabunt:quia quæ viciniores erunt angelo:hę & breuiore radio a deo seponẽtur.Et quæ materiæ propiores:ex longiore a deo distãtia imperfectiores arguẽtur. Manifestum igitur est vtrunq̃ triãgulum/isochelem inquã & scalenũ:exprimendę creaturarum ad deum rationi/non esse incongruum. Hũc qdẽ rationi secũdũ quid:illum vero pportioni simpliciter. Hunc rerũ gradus seruantem:illũ vero eosdẽ obumbrantem/confundentem/ęquantem.

Cunctas creaturas diuinę substantię
ratione & comparatione : aut simpli- 60
citer non esse:aut esse tantum secun
dum quid : idq̃ quod sunt longe mi-
nus & inferius esse:eo quod non sunt.

Quod in pręcedentibus/de cunctis singularibus ad suas quidditates est dictum:intellige de cũctis creaturis ad diuinam substantiã posse resumi.Nam docuim⁹ quoadusq̃ se habeat omnis quidditas/ad sua singularia:sicut diuina substantia ad cunctas creaturas. Exiguum enim est & breuissimum quiddam id: per quod omnis creatura ad ipsum esse dei ppinquat.Ingẽs aũt & longissimum immo vero immensum quiddam est: pquod ab ipso eẽ dei elongatᷣ.Sit igitᷣ linea actu infinita A C B sitq̃ linea A C breuis & exigua ; velut accessus creaturarum ad deum/siue ad ipsum esse simpliciter. Linea autem C B:sit vt creaturarum ab ipo esse summo & primo qui deus est prolapsio ac decidentia:Manifestum est lineã A C:admodum breuem esse & exiguam.Lineam vero C B longissimam esse: & sine propor

A C B.

Q̃titas essendi. Q̃titas non essendi infinita.


tione: linea A C isigniorē. Ergo quātitatē sub stantię creaturarum per lineam A C: earū ve ro ab ipso esse decidētiam: per lineam C B du cimus esse metiendā. Ac percōtanti quātum est om̄e esse creatum: seu quāta est particeps essentię: respondendum est in linea A C: id est exiguum & totius collatione fere nihil. Sciscitanti vero: quoadusq; omnis creatura ad non esse tendit: aut inquātū a vero esse decidit: linea C B est obiicienda: quę manifeste ostēdit: quātum om̄e creatum esse: ab ipso esse simpliciter: id est a deo elongatur.

61 Omne creatum esse haud plus distare ab esse simpliciter: q̄ a non esse simpliciter.

Nam creatura ab vtroq; infinities & immēsurabili spatio elongatur: vt quę sicut per nō esse/distat infinities a deo: ita & p eē distat infinities a nihilo. Sicut eñi nulla ē pportio substātię creaturarum ad esse dei: ita & nulla est comparatio nō esse creaturarū/ad non esse nihili. Nam esse dei est actu immensum. Nō esse vero nihili: actu pariter ignotum. At creaturarū tam esse q̄ non esse: finita sunt. Quare & extremorū pprietatibus improportionabilia.

26 Habitudinem creaturarum ad deū: & ad nihil: explicare.

Pura & infinita essendi affirmatio/ sine vlla negatione & priuatione essendi: deus est. Simplex vero pura & immēsa essendi negatio absq; omni affirmatione essendi: est id quod nihil appellamus. Quæ igitur separata sunt & simplicia/in extremis: permixta sunt & commixta in mediis creaturis: quę & esse & nō eē dicuntur. Esse quidem velut factæ & productæ a deo: & non ex deo: nō esse vero: velut creatæ & factę ex nihilo: & non a nihilo. Sit enim linea actu infinita D C N: sitq; D deus: C creatura: N vero nihil. Quia diuinū esse/superat creaturarum esse infinities: erit linea D C infinita: quæ est distātia creaturarum a deo. Et quia rursum non esse & negatio nihili: superat negationem/& non esse creaturarum infinities: erit pariter linea C N infinita: quæ est semotio creaturarum a nihilo. Sicut enim improportionabile est esse creaturæ/ad esse dei: ita & non esse creaturæ ad non esse nihili manet absq; ratione: quandoquidem vtrinq; finiti ad infinitum: nulla sit proportio. Stat ergo creatura vtrobiq; per esse inquā & per nō esse finita: in medio infiniti esse & infiniti nō esse collocata.



Et si creaturarum essentiæ æque distent ab esse simpliciter & a non esse simpliciter: creaturas tamen interdū longe magis non esse: q̄ esse dici. 63

Hæc instantiam vnam dissoluet. Nā prius docuimus creaturas: magis non esse q̄ esse. Deide eas ab extrēis: id est ab ente simpliciter & nō ente simpliciter: eq̄ distare mōstrauim⁹. Si ergo earum ab vtroq; vna est & æqua distātia: cur interdum hæ longæ magis non esse q̄ esse dicantur? Dicimus hoc accidere duntaxat ex rationum & comparationum natura. Nā si creaturas simul ambobus extremis deo scilicet & nihilo contuleris: iam non magis & minus: sed æqualitatem affirmationis & negationis/essendi & non essendi elicies: vtpote q̄ cum nō sint ipsum simpliciter & extremum esse qd̄ est deus: sunt esse medium/quod esse secundum quid appellamus. Et cum pariter non sint ipsum non esse simpliciter quod nihil est: sunt ipsum non esse mediocre & secundum quid. Nam de creaturis negamus vtrūq; extremum separatum & purum: de quib⁹ vtrunq; coniunctum/permixtum & finitum asseueramus. Hoc ergo modo qui creaturas tanq̄ sitas in medio: simul vtriq; extremo esse & non esse contulerit: de ipsis æqualitatem essendi & non essendi pronunciabit. Ac si seorsum binas ac simplices comparationes facere volet: nunc soli deo: nunc soli nihilo creatura

rum conferens substantiam: mox prædicandorum inęqualitas/illi oborietur. Nam iuxtapositę & collatę soli deo/creaturę: cum infinities distent ab illo: mox magis non esse q̄ esse videtur. Quas deinde si postposito deo/soli nihilo quis contulerit: illas longe plus esse q̄ nõ esse enũciabit. Idem enim medium variorum collatione extremorum: contrariis rationibus investitur. Quẽadmodum medius color vt rubor: ad alborem nigredo quędã est. Ad nigredinem vero: se albedinem esse profitetur. Ita & creaturæ: ad ipsum esse: id est ad deum: nõ sunt. Ad non esse vero vt ad nihilum: illico eẽ iudicantur.

64 Creaturam stãtem in medio entis & non entis aliquid habere ab vtroq; & nihil ab vtroq;.

Creatura/stans in medio entis simpliciter & nõ entis simpliciter: id est inter deum & nihil: dici potest & nihil habere ab vtroq;: & aliquo modo aliquid habere ab vtroq;. In primis enim nihil habet creatura a nihilo: quia quod nihil est/quomodo alteri quicq̄ impertietur? Si enim haberet creatura aliquid a nihilo: nihil eẽt aliquid/quod fateri perabsurdum est. Sed & nihil habet a deo creatura: ad eum sensum: quo diuinam substantiam dicimus impertem infectilemq; esse/imperticipabilẽ/incontrahibilem/diuisionis nesciam/semper integram sibi cohęrentem/diuelli non potẽtem Hoc enim modo creaturã nihil habere a deo: est creaturam nequaq̄ participare esse dei. Est & substantiam creaturæ: haud esse partem diuinæ substantiæ. Est deniq; creaturam/non esse factam ex deo: siue ex diuina substantia. Si enim creatura ex deo facta esset: diuinum esse/mox euaderet diuiduum: essetq; suppositũ q̄ddã creaturę. Et nõ mõ id: sed & ipsum eẽ dei in ortu creaturarũ: materiei vicariũ atq; æmulum diceretur. Rursum vero dici potest creatura/aliquid habere ab vtroq;. Nam facta est a deo & ex nihilo. Haud enim ex eodẽ: & ab eodem facta est creatura: sed a deo quidẽ & non ex deo: & ex nihilo/& non a nihilo facta. Nam in creatione vniuersorum: solius efficientis & non materialis causæ nomen diuino actui debet ascribi. Contra vero solius materialis causę appellatio & non efficientis causæ nomen ipsi nihilo venit adaptãdum. Nam cum ex nulla ab æterno præexistente materia conflauerit omnia deus: is de nihilo: siue ex nihilo (tanq̄ æmulo & vicario nondum existentis materiæ) omnia procreasse celebratur.

Diuinum esse eodem modo & ęqualiter se habere: quoad substãtiam sui: & durationem. 65

Cum sit æqualitas inæqualitate præstantior: illa sola in deo/locum habere reperitur. Deus enim æqualis est & substantia & duratione. Nam vtroq; modo/actu & simpliciter immensus atq; infinitus: vt qui neq; substantiæ sui: neq; propriæ durationis terminos offendit. Is enim tanq̄ substantia immensus: omnem locum & imaginabilem corporum plenitudinem/infinities præambit atq; exuperat. Et rursum tanq̄ duratiõe infinitus: omẽ quoq; & æuum & tempus in seipso complectitur cõcluditq; adeo vt illum: neq; tempus vllum neq; locus vllus/aut claudere/aut excludere sufficiat. Non est itaq; deus substantia maior q̄ duratione. Neq; pariter illius duratio: ipsius substantiam præcellit.

Creaturarum esse quo ad substantiã & durationem sui: inæqualiter se habere. 66

Adest enim illis trina inæqualitas. Aut in quã substantiarum ad substantias: aut durationum ad durationes. Aut substãtiarum ad permanentias & durationes. Substantia quippe angelica: potior/insignior & aliquo pacto maior est sensibili & corruptibili substantia. Humana pariter substantia: ignobile terredinum & vermiculorum genus/quadam essendi maiestate & nobilitate præcellit. In his ergo: substãtiarũ ad substãtias: lata inæqualitas & graduum diuersitas: aperte dilucescit. Sed & ea quibus insignius essendi genus obtigit:

vt angeli & homines:ampliore duratione perseuerant/ignobilioribus entibus:vt brutis animantibus:vegetātibus & elementis. Trāscendit itaq; illorum duratio i horum permanentiam. Nempe illorum duratio æuum appellatur. Horum vero permanētia tempus:qđ minus est & inferius æuo. Est igitur in creaturis reperire etiam durationum inæqualitatē. In quibus vero sit reperire tertiam creaturarū inæqualitatem/quæ est inter substātias & durationes earum:in sequenti propositione ostēdetur.

67 In imortalibus substantiis:vt angelica & humana:substātiarum ad durationes inæqualitatem consistere.

Sed & in creaturis: occurrit nonnulla substantiarum ad proprias durationes inæqualitas:sumpta in eodem entium genere. Nam & angelica & hūana substantiæ:actu finitæ sunt & nullo pacto neq; vtraq; parte:neq; altera ex parte immensę. Arcent enim vndecunq; substantialibus terminis:& ad aliquid vsq;/eorū esse procedit: neq; in vtranq; partem/neq; in alteram sese immensum diffundens. Attamē cum amborum permanentia atq; duratio:sit præsentis semperq; futuri æui discursus:manifestum est eorum substantiam vtrinq; finitam:ab ipsorū duratione:id est ab æuo/altera parte immenso exuperari. Superat enī linea altera parte infinita:lineam vtraq; parte finitā: quēadmodum & ab æuo/superatur tempus. Atqui & angeli & hominis duratio: est vt linea altera parte immmensa. Eorum vero substātię:sunt vt linea/pte vtraq; terminis circūsepta. Accidit igitur in eodem entium genere vt in īmortalibus creaturis/in angelis/& in hominibus/& in materia(quę etiam & substantia finita est:& duratione æuiterna) propriarum substantiarum & durationum inęqualis proportio:vtpote quorum breuiores substantiæ:ex diuinæ bonitatis indulgentia:amplio re permanentia & duratione perfruuntur.

68 Sensibilium actuum substantias:suis permanentiis & durationibus: pares & ęquales esse.

Superest demū in sensibilibus actibus:vt in sensitiuo/vegetatiuo/& substantiuo:quędam substantiarum & durationum paritas/& naturalis ęqualitas. Hi nempe actus: tam substātia q̄ duratione/sunt omniquaq; finiti/ ac certis terminis circunsepti. Eorum enim permanentiam/ tempus appellamus. Quapropter haud ab re horum actuum substantiæ:suis ipsorum permanentiis pares & æquales censeātur. Quod si vlterius indagare volueris/vbinam substantia sui permanentiam exuperet: perge ad ea quæ instantanea sunt:queve simul cum fiunt dispereūt: vt ad lucem/sonum/ & vocē. Lucis etenim ac vocis essentia: ad momētum reperitur euanida: seq; minore duratione figit:q̄ permanens qualitas cuius esse est longe ignobilius. Et paria de voce & sono dicenda. Horum enim accidentariæ substantiæ: suam ipsorum permanētiam ac durationem transiliunt.


Horum omnium quæ sunt tam substantiarum q̄ accidētium: quo ad substantiæ: & durationis æqualitatem aut inæqualitatem:cōparatiōes euadere senarias. 69

Ex his quæ proximæ præcedentes recensuere:sex quomodolibet entium comparationes/quo ad substantiæ & durationis ipsorum ęqualitatem & inęqualitatem inferūtur. Prima enim consistit in æqualitate diuinæ substantiæ/ad durationem eiusdem: quam per lineas A B:& C D:vtraq; parte actu infinitas intellige:designante quidem linea A B:diuinam substantiam vtraq; parte interminam: Linea vero C D: diuinæ substantiæ durationem:quam æternitatem appellamus. Secunda vero comparatio/inæqualitas quędam est substantiārum adinuicem:vt diuinæ substantiæ ad creaturarum essentias. Aut ipsarum


A Diuina substantia infinita. B

C Diuina duratio actu infinita. D


creaturarum inter se: vt intellectualiũ ad sensibiles & spiritualium ad corporeas. Et hęc inæqualitas: si deum/ad creaturas confert: per lineas varias/vnam quidem infinitam: aliam vero finitam: vt per A B infinitam: & p D E aut humanam/aut materialem ostendit: vtraq parte finitam. Linea autem F G: quæ est æuum: & angelorum/ & materiei durationem signat: altera parte infinitam/ & substantia ipsorum ampliorem: quemadmodum & linea F




vtrinq finitam est explicanda. Si vero creaturarum adinuicem/varios gradus ostẽdit per consimiles: & per vtrinq finitas lineas venit exprimẽda: vt per lineas D E: & E F: quarum G: lineam D E: haud dubie trãscendit. Quinta autem ratio & comparatio: sensibiliũ actuum: tam substantias q̃ durationes: haud impares inæqualesue esse testatur. Est enim hu-




D E/sit vt intellectualis substantia & insignior creatura: E F vero vt sensibilis substantia: quã essendi ignobilitate / viliorem abiectiorẽ iusmodi ratio: vt lineæ E F: ad lineam G H: quarum neutra/neq vtrisq terminis: neq altero terminorum priuatur. Sexta deniq pro-




ac depressiorem esse nouimus. Sunt enim vt diximus omnium creaturarũ substantiæ vtrinq finitæ: ac substantialibus terminis circunseptæ. Tertia deinde comparatio: quæ durationum ad durationes inæqualitatem ostendit: est vt linea C D: ad lineam F G: & ad line portio: præstantissimorum accidentium: vt soni vocis ac lucis substantiam: cum eorum instantaneis repentinisq permanentiis imparem esse declarat: estq vt linea quæuis exigua/ad punctum: vt linea H K ad punctum K. Horum enim accidentium substantia: vt







am G H: quæ est vt æternitas ad æuũ & ad tẽpus: siue vt diuina duratio ad intelligibilium & sensibilium creaturarũ permanẽtiã. Est enĩ linea C D æternitas: linea vero F G: vt æuum linea autem G H: vt tempus. Quarta vero cõparatio in eodem entium genere: substantiarum ad proprias durationes inæqualitatem: approbauit. Est enim velut linea D E: ad lineam F G. Nam linea D E: substantiam aut angelicã monstratum est eorum permanentiam vin-









ēīt. Ex his igitͬ & diuina omnis æq̄litas: & dei ad creaturas imparitas: & creaturarum tā ad seipsas/q̄ adinuicem æqualitas & inæqualitas: euadit manifesta.

70 Naturam & humanam mentem: in sola corporea magnitudine consonas cōcordesve esse.

In sola corporea magnitudine: natura & mens humana concordant atq; concurrunt: q̄ in cæteris tribꝰ puncto/linea & superficie dissonæ discordesq; reperiuntur. Nam verū punctum/veram lineam/veram superficiem: cum sensibilis mundi aura ac regio nequaq̄ admittat: hæc/solius humanæ mentis abstractioni commendat. Impossibile etenim est vt in præsenti charta/aut alia quauis dispositiore materia: stilo etiam quantūcūq; acuto: aut verū pūctum/aut veram lineam/aut veram superficiem conscribi. Nam si pennæ aut stili acumine & extremitate/designauero q̄ subtilissime potuero punctum A. dico id pfecto punctum non esse: sed veri puncti vestigium: quod non modo longitudine/sed & latitudine non careat. Et si produxero lineam A B. hanc etiā di

A ________________ B


co/non esse exactā lineam: vtpote latitudinis non expertem. Et si supͥficiem/qualicunq; instrumento complanare & exæquare voluero: dico hanc ob difficultatem/& inæqualitatem materiæ: non fore profunditatis exortem. Cum ergo in nulla materia: cum item nullo manuali ope aut instrumento queant imperfectæ magnitudines exarari: subterfugiendum est ad humanam mētem. cuius abstractio quod natura non admittit: q̄ facillime effingit. Nā punctorū/linearū/superficierum vera & æquata exēplaria (qualia a mathematico expetuntur) soli mēti agnita & pspecta sunt. At vero de corpore: secus euenit. vtpote in quo opꝰ naturæ: par est operi intelligētię. Verū eñ & exēplare corpꝰ: tam ipsius naturæ q̄ mētis potestati pmittitͬ. Nā in quocunq; subiecto/in quacunq; materia/æquali siue inæquali: mathematicū corpus inesse reperitͬ. liberq; huiꝰ substātiā reperire in natura: cuius tamen terminos sola mēs molitͬ. Sunt enim corporis termini: pūcta/lineæ ac superficies. quos diximus veraciter soli menti peruios esse: & ipsius naturæ potestatem transilire.

Corporeæ magnitudinis dignitates nos ad diuina traducentes recensere. 71

Tribꝰ de causis corpus/potiusq̄ aliarū magnitudinū vlla: nos ad diuina traducit ac trāsfert. Prima/q; fulcimētū est aliarū magnitudinum: quēadmodū & deus/oīm creaturarū fultura. Secunda/q; nulla illi adest priuatio: cum sit & lōgitudine & pfundo distētū. Trino eñ habitu cū pditū sit: sese hac ratione ostendit pfectionis æmulū. Nā trinitate pfectio diffinitͬ. Tertia q; corpus est & naturę & humanæ mētis concordia. Nam quæ in prioribus magnitudinibus dissociantur: in suprema & merito potissima magnitudinum miro fœdere colligantur.

Diuinam substantiam magis in potissimæ magnitudinis vt corporis vestigio q̄ in vllius alteriꝰ magnitudinis aut pūcti signo relucere. 72

Sicut corporeæ magnitudinis interuallū/nobis impalpabile & inuisibile manet: ita & diuina substantia/vt summe arcana & in inuio latens: nostros sensus/præ omnibus substantiis subterfugit. Ad hūc enim modum sub tribus quos diximus substantialibꝰ terminis: arcana diuinitatis immmensitas operitur: ac sacratius obtegitur: quo & corporea magnitudo: sub trium metarum puncti/lineę & superficiei velaminibus operta/nostrum subterfugit attactum. Si enim quisq̄ mathematicū corpus vt pyramidem vel cubum manibus attrectauerit: q̄uis corpus ipsum ferat/suffulciat ac libret: haud tamen verū & proprium eiusce corporis palpat interuallum. sed duntaxat eiꝰ terminos: aut pūcta/aut lineas aut superficies quibus ipsiꝰ tangētis manus/cernuntur attiguæ. Quidqd eñ de corpore: aut visus: aut tactus: aut alius quiuis sensus attingit: haud



est ipsa intimitas & essentia corporis, sed sola ei⁹ extremitas & meta quędã, q̃ & manibus ẽ attigua: aut cuius species in oculo receptat. Ipsum aũt ꝓfundum: qđ vera substãtia & intimitas corporis ẽ: semper int⁹ abditũ manet. nulliq; sensui omnino adaperit: sed soli mentis oculo reuelat. cui⁹ propriũ ac peculiare est: arcana / intima & abdita quæq; scrutari. Dicigit in analogia de deo similia: quoniam qcqd infirm⁹ noster obtut⁹ apprehendit: haud est ipsa arcana & inattingibilis dei substantia / omni oculo inuia & penitus inaccessa: sed est eorum aliquid: quæ circa & extra deum sunt, vt aliqua forte creaturarum: quas merito diuinorum quorũdam terminorum appellatione honoramus. Etsi igit diuinis proprietatibus enunciandis / nulla magnitudinum sufficiat: præ cæteris tamen / corpus: harum explicandarum honorem sibi vendicat.

73 Haud irrationabiliter pleriq; loquuti sunt: qui deum finire et mente complecti volentes: dixerũt eũ esse spheram: cuius centrum est vbiq; et circũferentia nusq̃.

Hæc diffinitio quã præsens conclusio proponit: tria gerit insignia: haud pretereũda silẽtio. Primum est q corporeã magnitudinẽ: secundum doctrinã ꝓcedentis / deo maxime cõpetenrem: ad diuina nobis adaperienda / ꝑducit in medium. Haud enim per punctum / neq; per lineam / neq; per superficiem: sed corpore solo corporeave magnitudine deum describit Nam sphera corporum species est. Secundum q corporearum magnitudinum prestantissimam / vt spheram deo ascribit. Est enim sphera omni angulari corpore: vt pyramide: cubo & alio quouis lõge insignior. Tertium autem insigne est q per spherã actu infinitam: deum ipsum explicare contẽdit. Quatenus enim dicit cuius centrum est vbiq;: hæc deum cũctis rebus inserit / tanq̃ per omnia penetrantem: in q cunctorum viscera inuisibiliter illabẽtem. Cum vero subiungit cuius circunferẽtia nusq̃: deum ab omnibus eximit: designatq; illum suapte mobilitate / ab omnib⁹ elabi: & a nullis capi posse. quippe qui omnia infinities transcẽdat. Haud ab re igitur hæc ratio. deus est sphera cuius est vbiq; centrum & circunferentia nusq̃: diuinam aliquo modo substantiam quãtum patitur sensibilis descriptio / nobis exponit. Nam tria vt diximus deo cõfert insignia. Primum / corpus: secundum corpus sphericũ: tertium / corpus sphericum infinitum. Est enĩ de⁹ si dicere liceat: magis corp⁹ / q̃ superficies / q̃ linea / q̃ punctum. Est & magis sphera q̃ pyramis: seu spherico corpori q̃ angulari similior. Est deniq; magis imensa sphera: q̃ sphera finita. magisq; ex infinito corpore: q̃ ex finito vestigandus.

Spheram angularibus corporibus ꝓstare: magisq; nos ex sphera q̃ ex angularibus corporibus: ad diuina trãsferri. 74

Nã sphera simplicitatẽ & plenitudinẽ intelligibiliũ: eorũq; imortales & indefatiscentes cõuersiones: semp ab iisdẽ ad eadẽ: nunq̃ lassescẽte motu remeãtes enũciat. Angulare vero corpus: sensibilium rerum varietatẽ / ex participatione formæ & materiæ prodeuntẽ: minorẽ quoq; & arctã eorũ plenitudinẽ & fatigabiles motus atq; operationes ostẽdit. Superat eñ spherica figura: angulare corpus / in quatuor. Primo in simplicitate / vnitate & vniformitate sui: qua laterum & angulorum differentias excludit. Secundo in capacitate & plenitudine: cũ sit oĩm figurarũ plenissima & capacissima Tertio in assiduitate & ꝑpetuitate lationis / cõuersiõis ve in gyrum. Nã latio secũdũ spherã: ob nulli⁹ alteritatis & diuisiõis occursum / euadit ꝑpes atq; assidua. Quarto in ęquali distantia: oĩm suorũ finiũ a medio / id est a cẽtro. Angulare eñ corp⁹ angulorũ & laterũ differẽtias: formę & materię æmulas admittit. Sũt.n. ãgu

li:vt angularium figurarũ formæ:Latera vero vt earũ potentiæ.Quapropter polygoniæ minoris q̃ sphera /plenitudinis & capacitatis sunt.& assiduitati diuinarum conuersionum & immortaliũ lationũ enũciãdæ:minus aptę sunt.

75 Deum in immensa sphera circunscriptum per centrũ vbiq;:per circũferẽtiam vero nusq̃ esse.

Ad diuersa:nũc ad diuinæ immẽsę spheræ centrum /nunc vero ad eius circũferẽtiã inspicientes:pfacile de deo enũciãt cõtraria:eundẽ scilicet & cunctis rebus inesse & tamen nullis inesse.Esse item illum vbiq;:& nusq̃ esse.Capere omnia:& ab omnibus capi.Cuius em̃ centrum in cũcta penetrans ab oĩbus capit̃:eius circũferentia eminẽter oĩa ambit. Et tamen hæc contraria de deo enũciantes:ipm̃ deũ nequaq̃ diuellunt.Nã diuina sphera impers est & indiuidua:tota vbiq;:& tota nusq̃:tota per centrum in cunctis entibus & tota per circunferentiã ab vniuersis excepta /libera/absoluta.

76 Haud eadem eẽ minima simpliciter & minima secundum quid.

Huius aperta est & prõpta ostensio:ex proportione cuiuslis actu infiniti /ad id qđ vtrinq; finitum est.Nam linea æternitatis ad lineã temporis collata:eo fere modo se habet / quo & linea simpliciter ad punctũ.Sicut em̃ nulla est ratio & comparatio lineę ad pũctũ:ita & ęternitatis ad tps:nõ modo iscrutabilis est /imo vero nulla est proportio.Si qs em̃ quotquot sunt in quauis linea / puncta:munerare voluerit:is euestigio & quotquot tpa toti ęternitati insũt numerabit.Sicut ergo punctũ ad lineã est minimũ simpliciter:ita & tps ad ęternitatẽ est vt minimũ quiddã:id est vt nulli⁹ quãtitatis & minimũ secũdũ qd.Nã id confestim necessitate proportionis colligitur hoc pacto. Si sicut

A ———— B

A B ęternitas se hẽt ad C D tps:ita & C D tps ad E instãs:& inter C D & E ꝓportio dicit̃ esse nulla:necesse est vt pariter iter A B & C D/ sit ꝓportio nulla.Et rursum si ob priuationẽ & negationẽ ꝓportiõis:E instans/ad C D tps:

nomen habet cuiusdã minimi & exigui simpliciter:erit etiã vt & C D/ad A B:sit minimum secũdũ quid appellandũ.Haud igit̃ eadẽ sunt: simpliciter & secũdũ qd minima.Nã instãs minimi simpliciter nomen habet.Temp⁹ autem simpliciter minimũ nõ est:collatione tñ actu imensæ ęternitatis/secũdũ qd minimũ vocat̃.


Omne creatum esse ad diuinam substantiam:esse minimum secundũ qđ: idq; intra illud : tanq̃ centrum in immensæ & intermine circunferentiæ medio & ambitu concludi. 77

Qđ in præcedentis exẽplo de tpe/aut seorsum sumpto aut ęternitati cõparato ꝓsequuti sumus:in hac intellige de creaturis/aut p se aut sub dei cõparatione sumptis.Pari em̃ proportione omnis creata substantia/dũ diuinæ substãtiæ nõdũ confert̃:aliquãtã quidem habet & forte insignẽ substãtię mẽsurã.Posita tñ sub respectu & consyderatione diuinæ substãtię collata:mox nullius quãtitatis & momenti substãtiam se esse demonstrat.

Etsi differentia creaturarũ sit in triplici mundo statuenda:in sensibili:cęlesti & intellectuali: haud tamẽ horũ trium mundorum supremus & maximus vt angelic⁹ (qui & ipsi deo confinis & vicinus est) ad diuinæ spheræ imẽsitatẽ ꝓportionabilis habet̃. 78

Hæc ꝓpositio ei obiicit̃ dubietati:qua hęsitare forsan aliquis põt:an angelus/eo mõ se habeat ad diuinã infinitatem:quo & cæteræ oẽs inferiores & corporeę creaturæ:an vero angeloꝝ sup oẽs creaturas excellentia:haud vsquequaq; ad deũ accedat:vt sub illius conspectu/ iã aliqd & alicuius substantiæ ens esse videatur:& nõ vt quiddã improportionabile minimũ.Huic vero dubietati:q̃ in pcedentib⁹ allata

C ———— D



sunt abunde satisfacere putẽtur:qñqđẽ crebro docuim⁹ creaturas vt p se sũptas:vt ve sũmotas & sepatas ab eẽ diuĩo differẽ

tias inter se gradusq; perfectionis & imperfe-ctionis habere. Ac vt supremum creaturarũ gradum ãgelis:ita & imũ atq; abiectissimum ipsi materiæ esse tribuendum. Vbi autem cũ-ctæ creaturæ/diuinæ conferunt̃ substãtię:cõ-festim omnes earũ differẽtiæ gradusq; obum-brantur. Omnes etenĩ creaturæ:substãtia fini tæ sunt. Diuina aũt sola substãtia:actu infini-ta. Atq; oim finitoꝝ ad vnũ idẽq; infinitum:ę-qua est & vnica ratio qua dicunt̃ cuncta fini-ta/ad infinitum:nullã proportionem habere. Haud igit̃ simpliciter maior est angeli ad deũ: q̃ materiæ proportio.cũ sit vtrinq; infinita:& ex consequẽti nulla habitudo. Quãobrẽ licet omniũ creaturarũ differẽtia/sit in triplici mũ-do:in sensibili/cęlesti & intellectuali statuẽda: sitq; sensibilis mundus omniũ abiectissim⁹:cæ-lestis medius sensibili amplior & maior:intel-lectualis vero oim maxime insignis supremus q;:cunctos tamen hos mundos/diuina immẽ-sa sphera infinities & eodemmodo transcẽdit. eosq; intra semetipsam nõ iam vt finitos & ali cuius quantitatis orbes:sed vt minima quæ-dam/vt puncta vt deniq; centra ambit/cõple-ctitur/appręhendit. Est igitur & omnis mũd⁹ & omnis creatura/tã sublimis q̃ abiecta & im perfecta:vt diuinæ immẽsæ spheræ centrũ & minimum quiddam.

79 Ternos creaturarum mundos:vt di-uinæ spheræ: tanq̃ supremo & inter mino mundo inexistentes: sensibili-ter explanare.

Diximus nullã esse proportionẽ creatura-rum/ad diuinã substãtiã.& omne esse creatũ: intra diuinũ esse/vt centrum aliquod in imen sæ spheræ ambitu concludi. Sint igit̃ tres cir-culi sibiinuicẽ concẽtrici/seq; inuicem cõple-ctentes.quorũ minimus sit vt sensibilis mũd⁹: medius vt cælestis:supremus vt angelicus si-ue itellectualis. Manifestum est horũ semidia metros id est lineas a centro ad circũferentiã exeuntes:esse finitas. Omniũ igit̃ horũ trium mundoꝝ spissitudines:mẽsurabiles sunt. Nã a centro terræ ad concauũ cœli lunæ:extenta semidyameter/vt A B sensibilis totius mũdi



quãtitatẽ & spissitudinem ostendit. Ea vero q̃ a concauo cœli lunę:ad vltimi/supremi & ma ximi cœli cõuexum perringit vt B C:vniuer-sam cælestis mundi molem percurrit. Quę au tem a supremi ambitu cœli/ad angelicum vs-q; contactum producitur vt C D:intellectua lis mũdi altitudinẽ emetitur. Post hos autem mundos quorũ altitudines & regiones emẽsi sumus:superest solius diuinæ substãtię mun-dus.qui cæteros tres mũdos intra se cõplecti-tur & cuius altitudinem ac profunditatem: infinitam & immẽsurabilem esse asseueram⁹. Huius enim mundi:nullus superne termin⁹/ nulla circunferentia/nulla conuexa & supma superficies reperitur.

Omniũ creaturarũ statum:vt diuinæ immẽsæ spheræ inexistẽtiũ:merito es se fœlicem atq; immutabilem. 80

Ex his quæ præcedẽs edocuit:liquet statũ creaturarũ merito esse beatũ/fœlicẽ & imuta bilẽ.vtqui in nullã partẽ a diuino esse decide-re valeat:& qui quãtũcũq; emigret digredia-tur ve a loco pprio:semp tñ in diuini esse me-ditullio reperit̃. Nunq̃ em̃ extra diuinũ ignẽ/ vlla creatura euagari potest:nunq̃ nõ diuino esse obrui:nunq̃ nõ ab immẽso diuino orbe cõ cludi & feliciter obsideri. Nam siue in sursum euolet creatura:siue in deorsum depssa fuerit siue in dextrũ pergat/siue remigret in sinistrũ siue in ante pficiscat̃/siue retrorsum flectatur: semp illius suba per diuinũ esse gradietur.iu-giterq; diuino calore & igne fouebit̃:nunq̃ de

 51



niq͡ extra diuinū orbē & ignem emigrabit. Est eñ diuinus ignis imensus atq͡ interminus: oi creaturarum lapsu decidētia inęqualitate & iflexione a medio/omni item earum infirmitate varietate & motu: supior. Fit etiā vt huius sacri eloquii veritas aperte diluceat. Ego ero ignis in circuitu eius: saluās & ptegēs. Et iterū huius: in eo sumus & mouemur. qđ diuus Paul⁹ ex Arato poeta depromptū: perq̄ curiosis & nouarū rerū auidis Atheniēsib⁹ obiecit.


81 Creaturarū mūdos: alios esse solidos alios concauos orbes.

Hæc propositio orbiū differētias exponit. Sūt eñ orbiū: alii solidi: alii concaui. Solidi orbes hi sunt: q a circūferētia ad centrū vsq͡/similitudine simili ve ente sunt pleni: vt orbis terreni elementi. Nā cū terra sit depssissimum & fęculētissimū elemētoꝝ: & mundanoꝝ corporū extremū: nullū illi aliud elemētū/aut dissimile corpus inest. Quare qcqd est a terrę circunferentia ad mūdi vsq͡ cētrū: terra est & cōsimile elemētum. Cęteri autem cuncti orbes/ cū seinuicē cōplectant: cū sint itē dissimilitudie & alteritate pleni: hi haudquaq̄ solidi/sed cōcaui appellant. Claudit eñ aqua/terrā. Aer aquā & terrā. Ignis/aerem/aquam & terram. Coelum quatuor elementa. Coeli quoq͡ inferiores superioribus insunt. Sensibilis mundus solidus orbis est: nullū aliū inferiorē mundū/sibi insitū gerēs. Cælestis vero mundus cū sensibilem complectatur: iā concauus euadit. Intellectualis quoq͡ mundus: q & cęlestē & sensibilē circūfert eosve intra se concludit: eadem quoq͡ ratione cōcauus est. dans vtriq͡ mundo intra se: inq͡ sua intimitate locū. Necesse ē eñ superiora mundi corpora: seu præstantiores sublimioresq͡ mundos/intantū cedere & coarctari intra se: quāta est inferiorū aut corporū aut mundoꝝ moles atq͡ altitudo. Quāto eñ supior est aliquis mundus: tāto magis intra se ipsum cedit/datq͡ plurib⁹ in se locū. Et quāto inferior est: tāto magis solidus & similitudine plenus est. tantoq͡ minus intra se ipsum resilit dans aut nullis aut paucioribus in suopte sinu & gremio mansionem. Ex triplici igitur creaturarum mundo: dūtaxat sensibilis (qui & abiectissim⁹) solid⁹ orbis est. Cęlestis aūt & itellectualis: haudquaq̄ solidi: sed orbes cōcaui sūt.

Diuinam actu immensam spheram: omnium mūdorum capacem: solidū orbem esse. 82


Diuinus eñ mūdus: haudquaq̄ iuxta quātitatem/plenitudinem & mensuram triū inferiorum mundoꝝ/sensibilis/cælestis & intellectualis: cessit in seipsum. quēadmodum & intellectualis/cælesti cessit: & sensibili cęlestis. id q͡ hac rōne ostendemus. Diuina imēsa sphera/ fuit sola ab ęterno: replēs qcquid est/aut qcqd imaginatio apprehendit. Vniuersum igit immensæ sphera captum & ambitum/a centro ad putatiuā vsq͡ sui circunferentiam: diuina sola substantia ab ęterno repleuit. Est igit diuina substantia siue sphera: orbis solidus/id est totus similitudine & identitate (nam diuinitate) plenus.

Diuina sphera.



Qualis enim ab æterno diuina sphera stetit: talis & modo perseuerat & inæternum permanebit. Q si dixeris deum ab æterno similem concauo orbi fuisse: æternū in diuina sphera inseris vacuum: tantæ molis tātiq͡ spatii quātus est omnium creaturarum cape⁹/quātusq͡

triū mundorum: intellectualis/cęlestis & sensibilis amplitudo atq altitudo, quod vt absurdum & a ratiōe alienum: inficiamur. Esset enī diuina sphera/haud absimilis praesenti figurae



quae secundum quantitatem trium mundorꝝ & iuxta creaturarum omnium mensurā: aeternum in deo vacuum/tanq̃ futurum creaturarum locum fuisse ostendit.

83 Diuinam substantiam nequaq̃ ab aduentu creaturarū: intra seipsam cessisse.

Corporea plenitudo/nihil ab aduentu & susceptione indiuisibilis puncti immutatur aut coarctatur itra se. Quamobrem & diuina sphera ob aduentum & susceptionem creaturarum: nullo pacto intra seipsam resiliit aut in sua viscera retrogrado motu concessit. Rursū diuinum esse/nihil in se dissonum habet: nihil contrarium aut alienum: ab esse creaturarum quae ab illo emanarunt. immo vero tolle diuini esse praesentiam: iam nulla creatura in suo esse fixa/permanēs & stabilis erit. quippe quae sicut substantiam accepit ab solo esse dei: ita & suae substantiae salutem & perseuerantiam: ab solo increato & aeterno dei eē emēdicat. Oportet igitur diuinam substantiam circa suū op⁹ versari assidue illiusq cētrum aliquo pacto in cunctorum viscera penetrare & cunctis rebus psentialiter insidere.


84 Diuinae immēsae spherae: infinita numero centra esse.

Quemadmodum finitae actu sphere cētrū vnicum est: ita & immensae atq interminae rotunditatis/centra sunt innumera atq infinita. Fieri enim nequit vt in ambitu finitae sphere: duo vel plura puncta/aeque ab totius circūferentiae limitibus summoueantur. sed quodcunq punctum (praeter vnicum) in ea notaueris id inaequaliter ab ambitu circūferentiae seponetur. Ex opposito vero nunq̃ fiet vt itra interminae spherae septa: punctum aliquod signetur/quod inaequaliter in eius sphere medio se habeat. Quodcunq enim illi punctum inest: id infinitis & immensurabilibus lineis/vndiq ab ipsius spherae finibus (quippe q nulli sunt) seponitur. Omnes autem infinitae lineę: adinuicem sunt ęquales. Omne itaq punctum quod interminae sphere inest: eius est verum pręcisum & adęquatum medium: qđ cētrum appellamus. Sunt igitur diuinae immēsae spherae: innumera & infinita numero centra. Sed de diuina infinitate siue immensitate hactenus. Nunc in diuinam aeternitatem velut quartum dei transcendens excellensve nomen transeamus.

Theologicarum Conclusionum Tertii Libri de infinitate dei finis. XXVII. Septēbris anni. M. DXIII.

Theologicarum Conclusionū Liber Quartus.

De æternitate dei.

1 Iuinam æternitatem : esse theologicę scientiæ quartā radicem.

Supiores tres libri tria de deo pdicata enūciauere Primus substātiā/ secundus vnitatē/ tertius substantiæ ipsius immensitatem. Pręsens vero de illo/æternitatem enūciabit. Primus edocens deum aliquem esse qui cunctis præsit rebus quiq͛ suum omne opus & foeturam moderet͛: incertum/varium & instabilē casum/permultis rationibus explosit. Secundus vero tantū vnum esse deū vnicumve omnium principium prosecutus: deorum pluralitatem ac priscū illum gentilium errorem exclusit. Tertius autem dum diuinam substantiam actu immensam esse monstrauit: illam ab omnium creaturarū actu finitarū sorte & conditione exemit: eāq͛ & in cunctis esse & simul extra ac supra omnia manere: vbiq͛ itē esse & nusq̄ esse palā edocuit. Pręsens porro liber velut præcedenti annexus: de diuina æternitate (quæ diuinę infinitatis assecla & comes ē) sermonē se ptractурū pollicet͛. Sicut eñ diuinam entitatem siue substātiam comitat͛ illius vnitas: ita & vnitatē infinitas & infinitatem ęternitas subsequi probant͛. Et quēadmodum prima theologica radix dicta est entitas esse dei: secūda vero/vnitas: tertia infinita substātia: ita & quarta theologicę scientiæ clauis æternitas est. cui emedullandę huius quarti libri sermo famulatur⁹ est. Sūt eñ prima diuina pdicata supremave theologica transcendētia: hęc quatuor Ens/Vnum/Infinitum/Aeternum.

2 Diuinam æternitatem: cum diuinæ substantiæ infinitate conuerti illiq͛ perpetuo esse annexam.

Nā nulli alteri subiecto asit diuerso enti/q̄ soli diuinę immēsitati: ęternitas ppria est: tan q̄ duratio soli⁹ diuinę substātię. q̄ sicut suapte natura actu imensa/infinita & incōtrahibilis est: ita & parē sibi ęqualē duratione statum ac pmanentiā sibiipi/adaptare studuit. Quę eñ vtrinq͛ substātialiter infinita est: hęc etiam in vtriq͛ infinito ęuo pseuerat. Et nō modo hoc: sed & in ipsa sua duratione id est in æternitate/impatiēs cōsortis & ęmuli: nulli alteri enti/ipsam æternitatē accōmodauit. Quapropter & ipsa sola est vtrinq͛ imēsa: & rursum sola in vtrinq͛ itermina duratiōe/seipsam appendēs. Cum igit͛ diuina substātia & sola & semp ęterna sit: manifestū est æternitatē/ipsi diuinę infinitati pperuo ānexā esse & cōuertibilē cū illa.

Aeternitatem quarto proprii modo ipsi deo competere ac propriā esse. 3

Cōgruit eñ ęternitas soli deo & omni & semp. Soli qdē: qa alteri nulli subiecto aut diuerso enti adesse pōt. Omni: ob triū diuinarū psonarum numerū: quarū de singulis/ęternitas veraciter pronunciat͛. Nam sicut de⁹ simpliciter æternus est: ita & pater æternus & filius ęternus & spūs sanctus ęternus. Semp deniq͛ quia & in ipsamet æternitate de⁹ ætern⁹ est. Est igit͛ ęternitas ipsi deo: quarto pprii mō cōpetēs ac ppria. Cōpetit eñ soli deo qa nulli creaturæ. Oī itidē: qa vnicuiq͛ psonarū. Semp vero qa æterne (qđ est plusq̄ semper) de⁹ æternus est. Et nōmodo æternitas quarto pprii mō deo ppria est: sed & p̄cedētia diuina noīa ens/vnū/īfinitū. Solus eñ de⁹ est simpliciter ens: q de se ipso pnūciauit. Ego sum q sū: id ē q vere & simpliciter sum. Solus ē vere vn⁹. Solus & īfinit⁹.

Aeternitatem nōmodo cęterorū diuinorum nominū ac transcendentiū: sed & suiipsius esse mensuram. 4

Nā nihil est simpl'r & actu imēsum: p̄ter id qđ est. Nihil itē æternū esse pōt: p̄ter id/cuius substātia exclusis terminis ē imēsa atq͛ itermina. Inter igit͛ īfinitatē dei & eius ęternitatem: nullā naturalē ieq̄litatē prioritat/et posterioritatis iducere p̄sumim⁹. q̄si pri⁹ affuerit ipi deo subalis īfinitas: q̄ duratiōis ęternitas. aut ęter

nitas prior deum fuerit emenſa q̃ ſubſtãtialis infiuitas. Quãobrem ſicut æternitas cunctorum tranſcendentium: vt ſubſtantiæ/vnitatis/infinitatis/bonitatis/& aliorum huiuſmodi/abſolutas eminenteſq; rationes in ipſo deo metitur/prædicans illas ab æterno ineſſe deo: ita & ſeipſam inſerit deo per ſeipſam id eſt per ęternitatem. Deus enim vt ab eterno eſt: vt ab ęterno vnus eſt: vt infinitus & bonus ab eterno: ita & ab æterno æternus.

5 Q̃q̃ diuina nomina ac tranſcendentia: quo ad naturam æternitatis id ē æternæ inexiſtentiæ: in deo conuertantur: alia tamen aliis eſſe ratione priora.

Q̃q̃ diuina cuncta nomina ac tranſcendētia quoad naturam æternitatis & æternæ realis inexiſtentiæ in deo conuertant(vtpote quę ſimul deo ab æterno affuere: non vnum prius/aliud vero poſterius)habēt tamen iuxta rationes ſubſtantiales ac proprias/nōnihil prioritatis ac poſterioritatis. Haud enim omnes eorũ rationes ęque primę ſunt: q̃uis omnes & ſimul & in tota æternitate deo adſint. Nã ens & vnũ conuertuntur quidem in deo/ſecundũ inexiſtētiam & prædicationem æternam. Entis tamen ratio/prior eſt vnius ratione. Ab æterno enim deus ens eſt. Ab æterno deus vn⁹ eſt. Veruntamē id ipſum quod eſt ſimpliciter eſſe: eo quod eſt vnum eſſe/dicimus apud mentem eſſe ſimplicius & ratione atq; intelligētia prius apparere. Quapropter & primum præſentiũ concluſionum librum de ente ſiue de eſſe dei: ſecundum vero de vno ſiue vnitate dei nuncupare voluimus. Rurſum quēadmodum ens & vnum: iuxta naturalem & æternam inexiſtentiam in deo conuertuntur: ita & infinitas & æternitas/ſiue infinitũ & æternũ: pari conuerſione & æquali prædicatione in deo ſe habere probanť. Et ſicut ſubſtantialis ratio entis: prior eſt ſubſtãtiali ratione vni⁹: ita & infiniti ratio æterni rationem antecellit.

6 Etſi infinitas & æternitas in deo cōuertantur: huius tamen rationē illi⁹ ratione poſteriorem eſſe.

Cur enim infinitatis ratio æternitatis rationem haudquaq̃ præcellat: cum illa ad hãc ſe habeat ſicut quiddam antecedens ad cōſequens? Quia enim diuina ſubſtantia ſimpliciter & priore mentis cogitatu: infinita & imenſa eſt: ideo poſteriore quadam mentis indagine arguitur & æterna. Nam ſubſtantiæ ratio prior eſt meo iudicio ratione durationis. quãdoquidem duratio ſit vt accidēs quiddam ad ſubſtantiam. Quēadmodum id ipſum quod eſt eſſe imaginem dei ſeu diuinã præferre ſpeciem: ad ſubſtãtiam ſpectat aut angeli aut hominis. Sunt enĩ angeli & homines: diuinę q̃dã imagines. Id vero quod eſt immortale & æuiternum eſſe: pertinet ad vtriuſq; durationem & permanētiam. Q̃q̃ igitur hæc duo imago dei & ens æuiternum ſiue immortale conuertantur inter ſe(omnis enim imago dei & diuinæ ſapientiæ particeps creatura: immortalis eſt & æuiterna: & econuerſo)prior tamen eſt diuinæ imaginis/q̃ ipſius immortalitatis & æuiternitatis ratio. Haud enĩ angelus & homo quia immortales & æuiterni/ideo & diuinæ imagines ſunt: ſed potius quia diuinæ imagines ſunt & ſapientiæ conſortes: ideo & immortales ſunt & æuiterni. Nam immortalitas creaturæ/haudquaq̃ diuinæ imaginis: ſed diuina potius imago/eſt totius immortalitatis cauſa. Ad hũc igitur modum de dinina infinitate & æternitate procede. Cum enĩ diuina infinitas diuinam explicet aperiatq; ſubſtãtiam: æternitas vero illius ſtatum durationē & permanētiam nobis exponat: haud ab re rationem diuinæ infinitatis/rationi æternitatis/dicimus mente & cogitationetenus eſſe p̃ferendã. Eſt ergo diuinæ infinitatis ratio prior: æternitatis vero poſterior.

Extra deum: eē aut produci aliquod ens æternum: eſt penitus a ratione alienum. 7

Sicut alienum eſt a veritate eſſe extra deum aliquod ens deo æquale in ſubſtantia: ita & inuoluit contradictionem/eſſe aut produci extra deum aliquod ens: illi in duratione par/æquale/& conſimile: quod vocetur æternum

Eadem quippe de infinitate & æternitate mili tat argutia. Nā si procrearet deus ens aliquod infinitum: produceret vtiqꝫ & ens æternum. Quia vero non profert extra se substantiam si bi æqualem: ita & æternum ens haudquaq̄ pducit. Omnis enim diuina exterior operatio: i quadam inæqualitate tam substantiæ q̄ durationis fit. Nam diuina opifex substantia æterna est: quicquid tamē extrinseco opere ipsa pro fert: aut æuiternum est aut temporaneum aut instantaneum ac momentaneum. Esse igit̄ aut produci extra deum aliquod ens ęternū: haud minus est a ratione alienum: q̄ aliquid esse dei creaturam & nō esse dei creaturam. Quod eñ aliud est a deo creatura est. Quod vero æternū est: cum id ipsi deo consubstantialiter inhęreat creatura non est. Haud ergo subsistit aut profertur extra deum aliquod ens æternum.

8 Irrationabiliter diuinam substātiam dici imbecillē & impotētē: quia haud pducat extra se ens aliquod æternū.

Diuinam substantiam haud procreare ens aliquod sibi aut in substantia aut in duratione par / æquale / consimile: id nequaq̄ eius imbecillitatem impotentiamqꝫ (vt nōnulli voluerūt) coarguit. Verumenimuero immensam potius eius potestatem vimqꝫ indiminuibilē duab⁹ de causis ostēdit. Primo qꝫ hoc pacto de⁹ immultiplicabilis / impetibilis semp vnicus nō vari⁹ aut plurimus esse probatur. Si eñ procrearet deus extra se ens aliquod immensum & ęternum: id mox pari iure cum deo de diuinitate certaret: idqꝫ (diuini nominis vsurpatione) deus extra deum / siue alius quidam deus priore non inferior neqꝫ impotentior diceretur. Secundo quia per idipsum colligitur deus vsqueadeo sibi ad esse: & tam firmo vinculo sibi cohærere coniūctusqꝫ esse: vt deserere seipsum: vt decidere ac diuidi a seipso: vtve non esse deus non possit. Nam si procrearet deus extra se ens & immensum & ęternū: id pfecto ens esset diuisio diuinę totius substātię a seipsa: & quædā ipsi⁹ in aliud emigratio. Adde qꝫ diuinam totam virtutem facultatē & potestatē id ens euacuaret: essetqꝫ illius terminus ac meta. Siquidem hoc infinito & æterno ente patrato atqꝫ producto: diuiā omnis operatio in eo exhausta sisteretur. At vero deus quantacunqꝫ assidue procreet entia: dicitur & infinities plura & innumera procreare posse. A nullo eñ procreato ente neqꝫ simul ab vniuersorum entium numero: definiri / sisti & euacuari diuina immēsa virtus pōt: quā in superiore libro docuimus procreare posse infinitos mundos.

Per id qꝫ nō producit de⁹ extra se ens æternum: potius creaturarū q̄ diuinę substātiæ infirmitatē argui debere. 9

Per id qꝫ non producit deus extra se immēsum & æternum quiddam: arguēda potius est ipsius alteritatis & eius quicquid extra deum est: imbecillitas & impotentia / q̄ diuinę potentiæ. Cum enim exteriorū entiū procreatio fit diuinæ substātię exterior cōmunicatio & pfusio quædam: necesse est eam communicationē & liberalissimā sui extra se pfusionē fieri haud secundum modum & naturā entis se benigne impertientis. Sed duntaxat iuxta modum: captum / & sufficientiam eius: cui fit ipsa substantiæ largitio & impertitio. Queādmodū lucis radius / haud secūdum eam infinitatem & puritatem: qua Phœbæo in globo splēdescit / ipsis mortalium oculis cōmunis fit: sed iuxta duntaxat vires & breuem captum carnalium oculorum: ita profecto & diuina substantia q̄q̄ immensa & æterna sit: non tamen sui immensitatem & æternitatem extra se impertit: sed immensa finite solum seipsam indulget: & interminia secundum terminos cōmunis fit: et æterna æuiternaliter aut temporaliter extra se participari vult. Haud igitur diuinę culpanda est infirmitas substantiæ / ęternum ens nequaq̄ extra se producentis: sed potius infirmitas et imbecillitas creaturarum.

Sicut de deo ob eius patulā & plusq̄ super omnia expāsam fusamqꝫ infinitatem non est vbi sit percontandum: ita & ob eius æternitatē nequaq̄ quādo deus est interrogandū censemus. 10

Vbi et quando / differentiæ sunt et circun-

stantiæ loci & temporis:quas de diuina substā tia vnusquisq; ineptissime rogauerit. Deus eñ neq; in loco est/neq; in tempore: quandoquidē is & omnem locū & omne tempus/supereminenter & sine proportione excellat:adeo vt ad infinitatē diuinę substantiæ attestandam: oīs locus nequaq̄ sufficiat:neq; ad eius ęternitatē & perpetuam identitatem comprobādam:par ęquus/& sufficiens sit omnium temporum discursus. Dicere enim deū vbiq; & in oī loco esse: id diuinā infinitatē nullo mō coarguit. Dicere vero semp & in oī tēpore esse deū:id etiā deū æternum esse insufficienter testatur. Eadem igitur est ratio diuinæ infinitatis ad percontationem vbi deus est:quæ & diuinæ ęternitatis ad eam/quæ quando deus est perquirit. Illā eñ diuina infinitas ineptam stolidamq; esse demōstrat: hanc vero diuina æternitas/non minus irrationabilem:imperitam imprudētemq; esse manifeste conuincit.

11 Quæstiones vbi & quando:duntaxat finitorum & materialiū entium proprias esse.

Quæstiones vbi & quando: eorum duntaxat entium propriæ sunt:quę locorum temporumq; differentiis subsunt:vt sensibilium rerum & materialium substātiarum. Nam neq; ad coelestes neq; ad intellectuales angelicasve substantias apte expetūtur. Cœlestes enim orbes & in loco nō sunt:& in omni tempore iidē iugesq; perseuerant. Angeli vero neq; item in loco sunt:& rursum omne tempus exuperantes in ęuo perdurant. Deus autem & locum & tempus & æuum transiliens:substantia immēsus est/duratione vero æternus. Quapropter hic sicut quia immensus:dicitur in nullo esse loco & nusq̄ esse:ita & tanq̄ æternus dicendus est nūq̄ esse:id est nullo in tempore esse. Et rursum quemadmodum a diuinę substātię immēsitate exploditur quæstio vbi est deus: ita & a diuina æternitate/quæstio quando deus est exibilaẗ. Sunt igiẗ quæstiones vbi est & quādo est: duntaxat materialiū & sensibiliū entiū ꝓprię.

12 Aeternitatem diuinorum omniū trāscendentium siue naturalium dei nominum esse mensuram.

Diuina transcendentia/sunt naturalia dei nomina:quæ de deo nequaq̄ secundum ipsius voluntatem:sed secundum eius naturā dicuntur. Omnia autem ea nomina tam quę diuinā coniunctionem q̄ quæ discretionē signant:seu quæ aut cōmunia sunt totius deitatis aut singularum personarum peculiaria:ad deū ipsum semper eodem modo se habent:competentia illi in tota ęternitate. Nam semp bonus fuit de⁹: semper bonus est:eritq; semper bon⁹. Aeterne item est/æterne vnus est/æterne potens/æterne infinitus & æterne æternus. Rursum pater ab æterno filiū genuit. Aeterne gignitur a patre filius/ęterne procedit spiritus ab vtroq;. Et ita in reliquis perge nominib⁹:quę diuinā aut coniunctionē aut discretionē nobis exponunt. Est itaq; æternitas/diuinorum oīm transcendentiū seu naturalium dei nominū mensura.

Diuinorū cōtingentiū nominū: æternitatem nequaq̄ esse mensuram. 13

Nam deus ab æterno fuit solus:qui tamen nunc solus non est. Et ab æterno fuit non socialis:qui tamē nūc socialis euasit. Ab æterno nō creator:aut non creans fuit. Nunc vero & creator & creans est;qui tamē in æternum nō erit creans. Nam in futuro sæculo post vniuersoq; instaurationē:nihil de nouo creaturus est. Est & filii diuiniq; verbi persona nunc incarnata & perpetuo in carne mansura: quæ tamen ab æterno carni nequaq̄ adhęsit. Haud est igitur æternitas/cunctorum diuinorum nominū mēsura:sed ea dūtaxat diuina nomina metiẗ appēditq;:quæ ex interna naturali & necessaria dei operatione vt ex ipsa vnitrinitate depromunẗ. Quæ autem ex vltronea extima et contingente dei operatione:vt ex ipsa mundi creatione/aut diuini verbi incarnatione diuina nomina emersere:horum mensura æternitas non est: sed solum aut primum æuum/aut secundum æuum: aut tempus amborum medium. Diuinam quippe solitudinem/primum æuū metitur. Diuinam socialitatem:secūdum æuum appræhendit atq; dinumerat. Diuinam vero creationem/qua deus actu creās et nouū qddā

producens appellatur: neq; primum neq; secūdum ęuum metiuntur/ sed solum tempus. Nā in temporis initio diuina cœpit creatio: quę in temporis periodo ac meta/ credit absoluenda.

14 In recta linea: tempus potiusq̄ æternitatem: esse figurandum.

Nam rectā mathematicus hac ratione claudit. Est inquit a puncto vno ad punctum alterū perexigua ac breuissima extensio: quæ quidem ratio & extremorum punctorum alteritatem & succinctum breuemq; ab vno in aliud successum ac transitum signat. Cum igitur recta omnis: & breuis admodum & finita & alteritatis æmula sit: hanc satius tempori vtrinq; finito: semper vario/ maxime instabili & omnium permutationum causæ: ducimus accōmodandā. In omni enim recta: aliud punctum est vt principium: aliud vt medium: aliud vt finis, vt in recta. A. B. C: A initium eius est. B. mediū. C. periodus. Et rursum a puncto vno ad punctū alterum: tantū vnā rectā producere cōtingit.

Temporis signum.


A ———————— B ———————— C

Principium. Medium. Finis.

Cunctæ enim rectæ quæcunq; duo puncta distendunt: mox inuicem coincidunt: suntq; tantum vna recta: quod profecto ipsi⁹ rectæ lineę: & duorum diuersorumq; extremorum infœcunditatem ostēdit. Est igitur recta linea/ tempori q̄ æternitati accommodatior.

15 Curuam lineam: & recta præstantiorem esse: & figurandæ æternitati accommodatiorem.

Nam curua linea rectā/ in quatuor proprietatibus transcendit: scilicet in identitate/ in similitudine/ in longitudine & fœcunditate. In identitate: quia idem est curuæ principium cū fine ipsius: estq; curua linea totius alteritatis ppulsatrix. Similitudine quia omne eius pūctū est rationis eiusdem: aut inquā principiū: aut medium: aut finis. Longitudine: cum diffiniri possit curua linea huiusmodi: quæ sit a puncto vno ad punctum idem longissima extēsio: quē admodum & recta dicitur ab vno ad aliud/ extensio breuissima. Fœcūditate vero quia a pū-



cto vno ad punctū idē: non tātum vnam/ sed infinitas curuas extendere licet. In p̄senti enim figura: cōplures curuę ab eodē. A. pūcto/ per varia digressæ spatia: longo tractu & ambitu tandem in idem. A. punctum remeant suoq; principio finem connectūt: vt. A B C A. A D E A. A F G A. A H I A. quæ omnes secundum idē punctum. A. (quod vice fungitur extremorū/ principii scilicet & finis) variæ sunt atq; differentes. Et cum assidue maiores minoribus sint longiores: manifestum est earum nullā esse verissimam & extremam curuam: cui scilicet mathematica curuæ diffinitio conueniat: & quæ sit ab eodem puncto/ ad punctum idem: longissima extensio. Si enim posset hæc longissima & curuarum maxima/ a puncto eodem vt ab. A. in idem. A. produci: hæc esset vt vera & pręcisa æternitas actu infinita. Cum igitur maximę curuę diffinitio competat ęternitati: manifestū est satius per curuā lineā/ q̄ p rectam: nobis sensibili more exprimi debere ęternitatē.

Facili argumēto coniici potest immē 16
sam curuā q̄ rectā immensam: explicā
dæ æternitati magis congruere.


Nam pręter naturam & rationem rectę lineę est: q immensa & longissima sit. Recta enī linea in propria ratione non modo breuem: sed breuissimam a puncto ad punctum extēsionē claudit. Nulla autem breuissima a puncto ad punctum extensio: explicandę congruit ęternitati. Q; si a puncto vno ad pūctum aliud q̄ maximam/ longissimam & actu immensam rectā extendere volueris: duo tibi occurrent incommoda. Primum: q cōtra rectę lineę naturā propriamq; rationem: id aggredi conaris. Secundū: q ipsa in primis eius extrema/ inter quę producenda sit: indefinita tibi & ignota sunt. His

vero indefinitis ignotisq manētibus: superest vt & rectam ipsam nō modo nō producere sed ne inchoare quidem valeas: At vero is qui lōgissimā a puncto eodē ad punctū idē/lineā vt ī mēsam curuā pducere conat etsi īcassum laboret: nec vnq̄ ipsam immēsam curuā absoluere & ptrahere sufficiat: habet tn̄ ei⁹ extrema certa/stata atq diffinita: vt pūctū idē/a quo & digrediūdū fit: & ī quo .I remeādū. Et rursū q id ipm tētauerit: haud contra naturā & rationē curuæ quicq̄ molit: quādoquidē ea sit natura ea diffinitio & propria ratio curuæ: vt sit a pūcto vno/ad idem punctum longissima extēsio. Huius tamen rationis effectum & operis complementum: in materiali subiecto absoluere potest nemo. Nam finiti subiecti breuis captus: quo pacto infinitam capesset formā: Hoc ergo argumento manifestū est curuā magisq rectā: explicationi æternitatis esse accommodandā.

17 Vtrosq modos explicandæ æternitatis p rectā inquā & p curuā: posse ad coincidentiam atq vnitatem reduci.


Sit immensa recta & ipsius æternitatis explicatio. A.B.C. Facio complures arcus: rectā mū & infinitū arcū q minorū/mediorq finitorū q arcuū termin⁹ existit (si hic pduci & explicari posset) cū infinita recta. A.B.C. eūdē penit⁹ esse & coincidentē. Hic em̄ infinit⁹ arcus etsi in materia & charta pduci nequeat: a mēte tamē intelligitur vt absolutus atq perfectus. Coincidunt igitur maxima recta & maxima curua quāquidem coincidentiam etsi carnalis ocul⁹ minime intuetur: eam tamen intellectus conspicatur & apprehendit. Sensus em̄ iudex est & speculator: materialium & finitorum entium Intellectus vero quoquo pacto imaterialiū & ī finitorū cōtēplationi preest. Vtraq igit̄ eternitatis (tāetsi opposita) signa: queūt ad vnitatē & verissimā coincidētiā reduci. Quā em̄ coincidētiam sub lineis finitis/in materiali charta sensus impossibilem probat: eandem in infinitis maximisq lineis/abiūctis a materia mens q̄ facillimā & summe possibilem esse perpendit.

Sicut vtriusq lineæ rectæ & curuæ (vt eternitatis signorum) maxima coincidere & eadem esse mostrata 18
sunt: ita & earum minima vt coincidentia & eadem probari posse.



A.B.C. contingentes/in medio puncto. B. quorū minor & intimior sit. D.B.E. manifestū est arcum. D.B.E. omniū maxime curuū esse: magisq differre a rectitudine & coincidētia lineæ A.B.C. Arcus autē. F.B.G. magis ad rectitudinem accedit. Et iterū arcus. H.B.I. magis q̄ prædicti duo/ad rectę. A.B.C. coincidentiam & idētitatē propinquat. Arcus quoq. K.B.L. magis q̄ tres primi: rectæ lineę. A.B.C. similis propinquusq videt. Arcus vero. M.B.N. omnium quos descripsimus: rectę. A.B.C. simillimus ac proximus est. Quia igitur ad hunc modū quanto arcus amplior dispansiorq fuerit: tanto is rectior apparet: tantoq magis rectę lineæ similis/coincidēsq videt: necesse est maxi-


Sit circūferētia actu finita. A.B.C. cui⁹ diameter. A.C. centrū vero. N. facio ītra eam/circunferentiam minorem. D.E.F. cuius diameter. D.F. minor erit q̄ diameter. A.C. Produco & aliā circūferētiā minorē. G.H.I. cuius diameter. G.I. erit prioribus minor. Extēdo rursū curuā



aliam. K.L.M. cuius iterum diameter. K.M. superioribus diametris minor erit. Et ita producendo licet sensibili decremento/ad minimum arcum minimamq́ diametrum nusq̄ perueniatur: intellectuali tamen modo/ possibile est ad amborum minima perduci: quę manifeste erũt coincidentia. Nam centrum. N. est & minima circunferentia & minima diameter. vtpote in quo omnium curuarum & diametrorum diminutio atq́ decrementum (licet non sensibiliter: intellectualiter tamen) sistitur ac terminatur. Sicut igitur ambarum linearum rectæ & curuæ maxima coincidunt: ita & earum minima/ coincidentiam & identitatem nequaq̄ effugiunt. Hæc tamen tam minimorum q̄ maximorum coincidentia: vt diximus/ mathematico & carnali oculo ignota manet: soli abstractiuæ & immateriali mentis aciei sese pandẽs.

19 Contingit in vtriusq́ lineæ specie: extrema inter se & medium cum extremis: maximis inquã & minimis: vt cõcurrentia & coincidentia ostendi.

Vt si disciplinę gratia sumpseris circulum A.B.C. maximæ & immensæ spheræ loco: cuius centrum aliqd̄ sit. G. & media aliqua sphera in ea producta. D.E.F. dico in ea/ vnum esse hæc tria: maximum. A B.C. medium. D.E.F. & minimum centrum G. Et si ĩ ea produxeris diametrum. A.D.G.F C. dico pariter in rectarum specie/hæc tria vnum esse: maximũ. A. C. medium. D.F. & minimum. G. Diuina enim immensa sphera: tota est circunferentia quæ nusq̄ reperitur: & tota centrum/quod vbiq́ est: & omnibus inest: & rursum tota medium: quod simul & nusq̄ & vbiq́: & neq́ nusq̄ neq́ vbiq́ reperit̃. Est item diuina sphera tota dyameter: tota/ semidiameter & tota, centrum. Habes igitur quo pacto vtriusq́ speciei quælibet & inter se & cum quibuslibet alterius speciei coincidunt: hoc est maxima inter se/media inter se & minima adinuicem. Et rursum



vtriusq́ maxima: cum mediis & minimis. Et hæ profecto coincidentiæ/magnum afferunt præsidium: cum ad oppositorum omnium dinoscendam in deo concurrentiam: tum ad sacratissimum & arcanum diuinę trinitatis mysterium: sine vlla diuinæ substantiæ iniuria ac diuisione depromendum.

In æternitate: nullam cõtrarietatem aut pugnam inesse. 20

Sicut enti infinito nihil aduersum aut contrarium est: ita & æternum ens quod & immẽsum est: omni contrarietate & pugna euadit sublimius. Ens enim immensum omnia occupat: & nullos suæ substautiæ terminos habet/ atq́ a nulla substantia coarctatur aut in seipm̃ cedens colligitur. Aeterna vero substantia/omnem durationem antecellit: vt quæ ad terminos & extrema vsq́ æternitatis (quę tamẽ nulla sunt) pertingit: manens in tota æternitate vnica/eadem/stabilis/fixa: omni successione & permutatione superior. Et non modo in æternitate/nulla reperitur pugnantia & contrarieras: sed & neq́ in æuo/neq́ in ipso toto & vniuersali tempore/quæ est mũdana duratio. Nã quæ in æuo permanent entia: cum sint immortalia & semper eadem/contrariis merito carere dicũtur. Et rursum quæ in ipso omni & vniuersali tempore/substantiam fixam acceperũt. vt cœli cœlestesq́ species planetę & stellę: sunt & a contrarietate libera atq́ absoluta. Eodem enim modo se habẽt ab origine mundi: hæc cœlestia corpora ad consummationem vsq́ sæculi p̃mãsura: quẽquidẽ tẽporis discursũ: mũdanam durationem siue omne & vniuersale tempus appellamus.

In sola temporis parte & sensibilium rerum duratione: cõtrarietatẽ inesse. 21

Omnis rerum duratio/ quadruplex est. Aut enim ęternitas: aut ęuum/ aut tempus/ aut momentum. Atqui ęternitas ex pręcedentis doctrina: omni contrariorum pugna euadit sublimior. Aeuum autem cum sit immortalium creaturarum permanentia & immutabilis status: est & eadem ratione a contrariorũ pugnantiis & vicissitudinibus immune. Sed

& momentum cum impartibile sit: quo pacto cõtrariorum vicissitudines excipiet? Est itaq; omnis pugna contrariorum: in solo tempore vestiganda. Non autem in ipso omni tempore vt diximus in praecedente. Superest igitur vt contrariorum vicissitudo & pugna: in sola totius temporis parte / reperiatur. Nam solae singulares & materiales sensibilis mundi creaturę / ipsi contrariorum pugnae atq; discordię / expositae cernuntur. Eorum enim actus vt adinuicem sunt contrarii: ita & neq; per aeternitatem / neq; per aeuum / neq; per omne tempus / in materia mansionẽ habent. vt qui ex natura totius contrarietatis: emigrare a naturali sua sede: vt a materia & in nihilum abire coguntur. Quamobrem horum substantiae duntaxat in totius temporis parte sunt iuges / eędem / stabiles & permanentes. Non autem in aeternitate / neq; in aeuo / neq; in tempore toto / siue in ipsa duratione mundi.

22 Omne tempus: est vt quiddam toti⁹ aeternitatis minimum & centrum.

A G E B C F H D

Omne tempus quod vocamus simpliciter tempus: est primi secundiq; aeui interstitium ac differentia. Haec vero sumenda est ab ortu materiei & creatione coelestium corporũ: vsq; ad eam horam / qua materia cũctis actibus spoliata silebit: & qua vniuersa cęlestia corpora: supremo extremoq; igne tabescẽt. Hoc ergo spatiũ / quod est pręsentiũ coelestiũ corporũ duratio mensura & permanentia: est id quod vocamus omne ac vniuersale tempus. Vti est linea

A. Primũ aeuũ. B. Omne tempus. C. Secundũ aeuũ. D.

B.C. quã dicim⁹ esse ĩ nulla ratiõe & ꝓportiõe ad totã aeternitatẽ. A.D. cuius putatiuũ principiũ fingim⁹ esse. A. putatiuũ vero finem. D. Nã ita se habet aeternitas tota ad vniuersum temporũ discursum: sicut omne tẽpus / ad praesens & instans / qđ assidue nobis adiacere videmus: sicut itẽ diuinũ esse / qđ ĩ imẽsa actu sphęra describit: ad oĩe creatũ esse: cui⁹ circulũ in cõparatione ad diuinã spherã / diximus nõ mõ esse pusillum quiddã; sed penitus vt nullum / vt minimum / vt centrum. Est igitur omne tẽpus vt totius ęternitatis minimum & centrũ.

Toti aeternitati aliquo pacto temporis rationem & nomen indi posse. 23

Sit vt in praecedente per maximã & infinitã rectam. A.B.C.D. expressa ęternitas; cuius. A & D. sint nõ vera: sed putatiua extrema. Linea vero media & vtrinq; finita. B.C. sit aut peculiare aliqđ tẽpus aut oẽ tẽpus mũdanae durationi ęquũ atq; vnũ. Quia tẽpus pars q̃dã aut participatio ęternitatis est / erit vt quãto tẽpus fuerit maius ac longius: tanto illud toti aeternitati propius ac similius esse videatur. Est eñ tota aeternitas nihil aliud: q̃ vtrinq; omniũ tẽporum meta ac terminus: siue q̃ immẽsum aliquod & excellens tempus. Nam vt prius diximus omnem singularium numerum potentia immensum terminari in immensa vnitate suę speciei: ita & nunc dicere possis omnem temporum varietatem ac multitudinem: in vnitate complicari ęternitatis. Aequatur enim aliquo pacto finitorum temporum infinitus numerus: vnitati infinitae & immensae aeternitatis.

Quia ergo tempus. B.C. nõ est simpliciter maximũ & extremũ tẽp⁹: sumo lineã. E.F. vtrinq; linea. B.C. maiorẽ: quę erit vt tẽpus / priore longius & aeternitati similius. Deinde sumo iterũ aliud tẽpus vt. G.H. priorib⁹ vtrinq; mai⁹ ac ęternitati simili⁹. Et ita infinities quoad vsq; (q̃q̃ nõ sensibili sed intellectuali & imaginario discursu) ꝑ tẽporũ augmẽta ad totius aeternitatis extrema perducar: vt ad pũcta. A. & . B. ac dicã lineã. A.B. immẽsam: esse & aeternitatẽ & maximũ tẽpus: omniũ priorũ & mediorũ temporꝫ metã. Est eñ ens infinitũ; omniũ eiusdem rationis & speciei finitorꝫ entiũ terminus: quẽadmodũ in superiorib⁹ libris docuim⁹ acutissimũ angulũ q infinities acut⁹ est: oĩm esse metã acutorꝫ: & angulũ obtusissimũ / q maxime talis est: terminũ pariter esse oĩm eiusdẽ rationis obtusorũ angulorꝫ. Ita profecto & ęternitas cũ sit vt exemplar: veritas: & species cũctorũ tẽporũ: hęc haud ab re rationẽ quãdã & nomen excellẽtis tẽporis obtineat: sitq; maximũ excellẽs


& immēsum tempus nō immerito appellāda.

24 Contingit totius æternitatis lineam sub rectæ lineæ vestigio ac signo figuratam: vt lineam nullā approbari.


Linea eñ temporis.B.C.omniū descriptarū minima: ad lineā totā.A.D.est vt linea nulla.Quod eñ est ad aliud in proportione nulla: est ad illud idē/vt pene nihil. Similiter & linea E.F.q̄q̄ sit maior linea.B.C.& æternitati similior: est tamē ad lineam totā.A.D.vt nulla nulliusve proportionis linea.Itē & linea G.H.etsi prioribus maior & æternitati forte propior videatur: eo tamē modo quo & priores ipsa se habet ad totā æternitatē.Et si hoc ipm infinities effeceris/sumens assidue lineas vtrinq̄ prioribus maiores & æternitati similiores: nunq̄ ipsius proportionis mutabitur habitudo: semperq̄ superierit linea: quæ ad totam æternitatem erit vt linea nulla.Si igitur quod sensus non transcurrit: id excellenti quodā modo percurrat intellectus: exacta temporū infinitate & permenso omniū mediorū tēporū numero: peruenies (eadē seruata proportione) ad actu immēsum tempus: & ad actualē omniū temporū metā: id est ad æternitatē.A.D.quę etiā ad seipsam: erit ex proportionis necessitate/vt linea nulla: cum sit ipsi⁹ ad se ipsā: etiā imēsa & nulla pportio.

25 Diuinæ īfinitatis et æternitatis lineę sibi inuicem satius in recto angulo q̄ in æquidistantia sunt conferendę.

Nā tota diuina substātia/est ab æterno: adeo vt in quolibet puncto æternitatis: sit tota diuina substātia: vtpote q̄ semp fuit: q̄ nūq̄ esse cœpit: cui⁹ fons inscrutabilis est: & cuius nō fuit pars vna prior/alia vero posterior. Si eñ explicare volueris modū quo diuina substātia est in æternitate: id efficere debes satius per angulū rectū/q̄ p lineas æquidistantes. Q̄ si id efficere voles p equidistātes lineas: vt p lineā.A.B.C.q̄



sit vt diuina tota substātia: & p lineā.D.E.F.q̄ sit vt ęternitas: hoc pacto diuiduā facis diuinā substātiā.Nā statuere videris in priore parte æternitatis vt in.D.E.priorē eius partē/vt A.B.& in posteriore.E.F.posteriorē.B.C: Hic ergo modus diuinę subastntiæ/per ęternitatem metiendæ: ob apparentē diuinæ substantiæ diuisionē/incommodus est. Cæterū per rectum angulum/id rationabilius efficies: statuēs rectam.A.B.C.id est diuinā substantiā sup.D.E F.(quę æternitas est) ppendicularē hoc pacto.



Nam modus hic cuilibet pūcto æternitatis diuinā totam substantiā cōfert: & minime partē parti: cōsurgitq̄ ex diuina substantia & ęternitate/rectus angulus: cuius vtraq̄ latera hoc diuina īfinitas: illud vero diuina æternitas: sunt actu immensa atq̄ infinita.Cōmodi⁹ igit̄ sub recto imēso angulo/q̄ sub ęquidistantia: diuinę īfinitatis & ęternitatis exprimit̄ habitudo.

Diuinam æternitatem variis de causis: nunc totam ab ęterno esse: nunc vero esse in assidua fieri. 26

Sume æternitatē haud pro diuina substātia: sed p ipsomet succedaneo discursu & assidua fluxione q̄ ab imēso exorsa initio in pariter imensum finē incōsummabilis pertendit: tum enūciare audebis longe dissimilē esse æternitatē/ab reliquo omni diuino noīe atq̄ attributo.Nā diuinū omne nomē: perfectū/itegrū/& cōsummatū ē ab ęterno.Est eñ diuia substātia ab æterno pfecta.Similiter & diuia bonitas & veritas: & vnitas & simplicitas: et trinitas & infinitas et potentia: & qcqd de deo sub trāscēdentis natura/prædicare volueris.Hæc nanq̄ pdicata: nullā successionē nullāve fluxionē inducūt.At diuia ęternitas/cui⁹ dūtaxat initiū et primū ęuū ptrāsiit: cuiusve scdm ęuū nōdū in esse pcessit: cui⁹ itē reliquū extremū/vt finię


nũq̃ in actuale esse procedet: ad hunc modum dicenda non est ab ęterno absoluta & ad esse p-ducta: vtpote cuius linea / assidue percurritur ac ptransit. Variis igit de causis æternitas nũc est ab æterno: nũc vero assidue in fieri.

27 Incommodum est æternitatem pro diuina sumptam duratione: ab æterno totam & consummatam esse.

Hoc em̃ dicere ẽ sentire absolutã esse & pręteritam dei permanẽtiã: cuius tamẽ periodus / inattingibilis nũq̃ euentura / nunq̃ præsens futura est. Sicut igit deo haud adfuit ab æterno / creãtis aut creatoris nomẽ: vt quod in initio tẽporum / & in instãti angelicæ creationis illi primitus adesse cœpit: Et sicut rursũ idẽ creantis nomen / nõ eidẽ aderit ineternum: quoniãquidem in futuro æuo nihil procreabit: ita & diuinã æternitatẽ dicimus ab æterno haud fuisse cõsũmatam & inęternum pariter nequaq̃ absoluendã, sed semp futuram in fieri: & nũq̃ integrum perfectumq; esse sortituram.

28 Etsi æternitas nunq̃ tota consummabitur atq; absoluetur: per eam tamẽ æternus dicitur deus qui ad ipsius æternitatis periodum nunq̃ deuoluetur.

Nam dicitur denomiaturq; deus ęternus: haud quia ipsã totã ęternitatem ptrãsierit, sed quia & esse habuit ab nullo initio: & sine periodo / illius esse pmanebit. Nũq̃ enim simul est tota æternitas / de qua, qcq̃d adiacet nobis: nil nisi tẽpus est, de tempore vero: haud aliud q̃ nũc / cernimus nobis adiacere & pręsens esse. Hesterna enim dies pertrãsiit / crastina nõdũ euenit / præsẽs vero diei pars prior euanuit / posterior nõdum successit. Atq; hoc pacto resoluẽdo: nihil cõperies esse præsẽs præter instãs. Sit enim totius æternitatis linea a b c: cuius putatiua extrema / sint a & c. Sit & linea b d f: super eandem in puncto b perpendicularis: quæ sit vt diuina substantia / aut aliud quoduis diuinum æternum nomen. Intelligo vtramq; lineam esse actu infinitam: & punctum b esse vt præsens instans: quod actu nobis ex tota ipsa ęternitate adiaceat. Linea B D F / quę est vt diuina substãtia: tota fuit ab æterno. & tota rursũ per quod



liber punctum æternitatis discurrit: existẽs tota in quolibet æternitatis momẽto. Tota quippe fuit in A: tota est in B: & tota nunq̃ perueniet ad vsq; C & periodum ęternitatis. Nam desinet esse nunq̃. Attamen diuina æternitas vt linea A B C: haud hoc pacto tota est in qualibet sui parte. Haud enim fuit ab æterno tota linea A B C. Nam pars eius B C / non fuit in pte A B, neq; tota A B C: est in momento B cũ tamen diuina tota substãtia: simul & actu sit aut fuerit in A: deinde in b & hoc idem in alio quouis instãti. Et ita de cęteris diuinis p̃dicatis: vt bonitate / idẽtitate / potestate / trinitate & aliis innumeris dicito. Si enĩ B sũpseris vt patrẽ / D velut filiũ / F vero vt spiritum sanctũ: videbis quãlibet dei psonã: & fuisse & esse & futurã esse in quolibet instãti totius æternitatis, quandoquidẽ verũ dicere est: deum semp trinum extitisse: nũc quoq; trinũ esse & sẽper trinũ futurũ. Trinus fuit deus in A: trin⁹ est in B. Eritq; in C (si eo vsq; deuolueret̃) trin⁹. Omne itaq; diuinũ necessariũ nomẽ pręter æternitatẽ: perfectum est & absolutum ab æterno, idq; se habet eodemmodo in quolibet ęternitatis momẽto.

Aeternitatẽ cæteris diuinis transcendẽtibus longe dissimilem disparemq; esse. 29

Nam cætera diuina transcẽdẽtia vt bonitas / veritas / potestas / vnitas / trinitas / infinitas & alia id genus: sic absoluta & consummata ab æterno sunt: vt nequaq̃ dicantur assidue esse in fieri. Hæc enim in quolibet totius æternitatis momento integra & perfecta sunt. At vero his diuinis nominibus: æternitas longe dispar ac dissimilis reperitur, vt quę minime seipsam sicuti diuina cætera transcendentia appręhendit. Haud enim simul seipsam totam complectitur, sed sensim / per partes perq; singula momenta sese extendit ac digerit, metiens quidẽ

cætera diuina nomina semper & per sui singula integre & absolute: seipsam vero nequaq̃ integre & absolute: sed duntaxat per singula sui instantia. Nam nullum æternitatis instãs: esse potest in alio instanti: vt. B. non potuit esse in A: sed quodlibet instans est tantum in seipso. vt. A. fuit in. A. & non in. B: B. quoq; nunc est in. B. & non in. C. Neq; rursum pars. B. C. esse potuit in parte. A. B. quemadmodum & futurum æuum in prisco pręteritoq; ęuo non fuit. Est igitur cęteris diuinis transcendentibus/lõge dispar ac dissimilis æternitas: quæ etiam licet nũq̃ tota absoluta & perfecta succedat / q̃q̃ sit assidue in fieri: nihilo tamen minus deus ab ea (quæ semper imperfecta & inconsummata est) absolute æternus appellatur.

30 Per assiduam successionem & consummationem æternitatis: deũ nequaq̃ magis aut minus esse æternum.

Hæc diuinorum dierũ magis & minus differentia assiduave successio/de qua in pręcedẽte locuti sumus: nequaq̃ ipsum æternitatis nomen varie deo impingit: quasi prius fuerit minus ęternus: & postea succedente ampliore dierum numero/magis æternus sit euasurus. Nã semper eodem modo quo ad æternitatis nomẽ se habet deus: vt qui semper æque & infinite æternus est. Etenim sol nouam quidem lucem vibrat assidue: nullumq; emissum splendorem duobus aut pluribus momentis fixum ac stabilem seruat. Dicitur tamen nihilominus sol ab impermanente & instabili luce: semper ęque lucidus: immo vero lucidissimus: & nunq̃ magis aut minus splendicans. Ita & deus ab impermanente & semper nouo instantium æternitatis successu: iugiter æqualis/par/similis infinitus & æternus est: nullam sub ipsa æterni appellatione: sentiens aut recipiens inæqualitatem.

31 Deum vt semper & assidue mobilem: p̱ æternitatem in recta linea figuratã: cõcludi debere: vt vero semper quietũ & immutabilẽ p̱ æternitatẽ in curua linea expressam esse perscrutandum.

Per immẽsam curuã & per rectam infinitã/figurata est a nobis ęternitas. Vtere ergo vtrouis horum modorum qui magis placuerit. Hi enim q̃q̃ diuersi & oppositi: explicandæ tamen æternitati ambo congruere monstrati sunt. Omnis nanq; oppositio quando in deum attollimur eleuamurq;: mox in vnitatem & coincidentiam redit. Et quæcunq; in inferioribus vt pugnantia & contraria experimur: hæc in deo amica / conciliata & coniuncta esse offendentes/haud ab re admiramur. Si enim deum simul & immutabilem & assidue mobilem esse contenderis: profecto immensum illius discursum iugemq; motum (qui a nullo aut ab æterno principio: in nullum aut ęternum finẽ progreditur) per ęternitatem in rectæ immensæ vestigio figuratam: poteris concinne exprimere. At vero immutabilem eius statum summamq; quietem: per æternitatem sub infinita curua expressam tibi designari itellige. Per diuersos igitur figurãdæ æternitatis modos: cõtraria de deo (quę tamen summe & excellenter in illo coincidunt & vnũ sunt) vt ęternã quietem ęternũq; motũ ennũciabis: hũc quidẽ p̱ rectã immẽsam: illã vero p̱ curuã actu ĩterminã.

Ipsam ęternitatem & omnem diuinam infinitatem atq; excellẽtiã: potius negatione quadã q̃ affirmatiõe esse finiẽdã. 32

Nam diffinimus æternitatem priuatione & carentia extremorum: dicentes eam esse: cuius nulla sunt penitus extrema. Excellentia eñ & immensitas æternitatis: omnem terminorũ transilit habitum. Similiter & diuinæ substantiæ infinitas: negatione potius q̃ affirmatione clauditur. Quia eñ infinita est diuina substãtia: dicimus eam esse quæ nullis cedit / quæ ad nullam alteritatem diuersamq; substantiam terminatur. Diuinã quoq; potestatem totius excellentiæ ratione: dicimus eam esse quæ extra seipsam: parem / æquam ac similem producere nequit potẽtiam. Hoc enim diuinũ nõ posse: defectus virtutis non est: sed immensæ potius virtutis & potestatis excellentia atq; infinitas. Et ita de cæteris diuinis quidditatibus/rationibus & excellentiis inducendo


comperies eas satius negatione/ q̃ affirmatione finiendas resoluendasq́ esse.

33 Diuinas quasq; excellẽtias: haud simpliter negationes esse: sed tãtũ quoad nos.

Diuinæ cunctæ excellentię; quidditates/exemplaresq́ rationes: tãtum a nobis sub quadã negatione finiuntur. Hę ẽm simpliciter & apđ ipsam diuinã mentem: excellentissimarum positionum & affirmationũ speciem gerunt. Nã breuis noster intelligẽdi captus: cum ad ęqualitatem vsq; diuinarũ excellentiarũ minime ꝑtingat; cum item ab illarum immensitate sese obrui videat; tum sub negationẽ potius q̃ sub positione illas pro sua cõmoditate diffinit. Humanę igiť negationes; diuinæ positiones sunt. Humana ignorantia diuinæ altissimæ sciẽtiæ nomen habet: quẽadmodũ & ediuerso stultũ dei sapientius esse hominibus: a sacris eloquiis ꝑdicať. Ita & infirmũ dei: solidius est humana fortitudine. Incertum eius/humana certitudine stabilius. Et obscurum ipsius: nostra claritate lucidius. Sunt igitur diuinę excellentiæ exemplaresq́ notiones; haud negationes simpliter: sed negationes tantum quo ad nos.

34. Diuinas excellẽtias esse negatiões quo ad nos: sensibilibus signis explanare.


Si diuinarum huiusmodi excellentiarũ sensibilia expetis signa; recurre ad angulum cum obtusum tum vero acutum. Nam frequenter ostensum est horum angulorum summitates & excellẽtias: haudquaq̃ iam angulos esse: sed potius quadã angulorũ negatione exponẽdas: eorũ vero mediocritates: & esse & ad oculũ/angulos apparere. Dicet enim mathematicus angulũ. A. B. C. esse veraciter & sensibiliter obtusum. vtpote cuius latera. A. B. &. B. C sensibiliter & iuxta carnalis oculi cõtuitũ/discreta atq; diuersa esse cernunť. Q; si qs illi obiecerit/rectã & vnicã lineã. A. B. C. Ex duab⁹. A



Angulus obtusissimus non angulus.

A B C

B. &. B C. cõflatã: & duorũ rectorũ spatia complectentẽ; dicẽs eã/angulũ esse obtusum: id protinus respuet atq; inficiabitur Geometer cum tamẽ linea. A. B. C. sit angulus obtusissim⁹ cũctorum mediocriter ac sensibiliter obtusorũ; summitas/terminus ac meta. Similiter & angulũ. D. E. F. appellabit mathematic⁹ acutum vt cuius latera sensibiliter discreta ac diuersa apprẹhendit. Lineã vero. D E. quę revera acutissimus angul⁹ est: angulum esse negabit. cũ nequeat breuis & infirmus eius oculus: lineã E. D. substãtia vnicã & simplicẽ/vt ratione geminã diuersamq; intueri.



Sicut igiť mathematicus suorũ angulorꝫ summitates excellẽtiasq́ quia non apprẹhendit/ideo negatione diffinit dicens eas nõ angulos esse: quæ tñ a superiore vt a metaphysico vel theologico oculo/excellẽti positione finiunť: ita & breuis noster cognoscendi modus: diuina cũcta exemplaria; sub negatione explicat apprẹhenditq;: quæ apud diuinam mentem: inter excellentissimas positiones atq; affirmationes connumerandæ sunt.

Cur a sacris eloquiis dicať deus posuisse tenebras latibulum suum: explicare. 35.

Celebratur deus a sacris eloquiis: posuisse tenebras latibulũ suũ: tanq̃ latens & habitans in tenebris: idq; manifeste diuinæ lucis immẽsitatẽ & supereminentẽ excellentiã nobis exponit: quæ humanæ cognitionis breuẽ captũ infirmũq; contuitum perstringens; illum penit⁹ sic obruit/vt ad diuinã cognitionẽ eius acies ex toto hebetescat. Quapropter deus haud in ratione & natura lucis: sed potius in quadã tenebrarũ specie & figura a nobis diciť agnosci. Ois ẽm diuina excellentia q̃q̃ apud diuinã mẽtẽ/affirmatio quædã sit: humanæ tamẽ menti in contrarie rationis habitu/& in cuiusdam negationis specie reuelať. Quãobrẽ diuinæ lucis immẽsitas; apud nos tenebrę sunt. Excellentia diuinæ scientiæ cum a nobis capi & numerari nequeat: pro ignorãtia habeť. Nã siue deũ

vt in principio æternitatis: siue vt in fine: siue vt simul in tota æternitate manentē imaginabere: qs intellectus deū ibidem residentem assequetur. Angelicus enim intellectus/quē ab initio & ante omnia nouimus creatū: principiū æternitatis (qđ etiā nullū est) nō vidit. Alius vero qui post oīa factus est vt humanus: neqꝫ quoqꝫ ipsius æternitatis finem apprehēdit: immo vero neutri intellectuū: neutra totius ęternitatis/agnita sunt extrema. Quicqd enī vterqꝫ intellectus ex tota æternitate pcurrerit ac cernit: id totius cōparatione exiguū & pene nihil est. Haud igitur immerito dictum sit a sacris eloquiis posuisse deū tenebras latibulū suum: quandoquidem diuinæ immensitatis profundum/neuter creatorum intellectuū scrutet.

36 Diuinā substantiā ꝑ extrema totiꝰ ęternitatis: vt abyssum & tenebras esse.


Nā diuinæ substantię sedes/locus & māsio: siue vt in principio siue vt ī fine ęternitatis vestigata: semꝑ oīni ītellectui manet ignota & penitus inaccessa. Intelligit enī deus esse vt linea A.B. q̄ est vt immēsę æternitatis abyssus cuiꝰ extrema. A. & B. tanq̄ semp nobis ignota & inaccessa: in obscuris nigrisve orbiculis abdunt. Si ergo carnalis oculꝰ ꝓpriis antea emēsis agnitisqꝫ viribus: sapiēter seipm ab directo solis arcet aspectu: a cuius lucis immensitate lędereẗ magis q̄ ꝓficeret aut illustrior euaderet: debet & eo modo mēs nostra/dū propriarū viriū nō nescit quantitatē: infirmā potius aciē ab recto dei cōtuitu prudēter auertere q̄ sese diuina obrui & lędi claritate patiatur. Vnde fit vt sicut corporeus oculus satius in luna (a cuiꝰ mediocri ac tēperato lumine minime sauciaẗ) ipsam solis lucē ex reflexione speculari gaudet: ita debeat & humani ingenii captus diuinā sapientiā haud statim ex ipso dei recto aspectu temere disquirere: sed satius ex infimis rebus illam auersa ad tempus acie imbibere & emēdicare.

Deūm etsi posuerit tenebras latibulum suum: nequaq̄ vtranqꝫ a se procreatam mentem fefellisse: iisqꝫ præclarum ꝑsapiētiæ donum inuidisse. 37

Multorū falsa & irratiōabilis fuit opinatio deū mortalibus pręclarū sapiētię donū inuidisse: cui forsan opinioni/id sacri eloquii astipulari videẗ: ꝙ posuit deus tenebras latibulū suū: id est ꝙ sese in inuio & in inscrutabili tenebrarū ꝓfundo abdiderit: ꝙ nō mō seipsum humanæ mēti: sed & angelicæ denegasse videaẗ: vt q inter seipsum & vtrāqꝫ mentē (vi cognitionis in summa & alta nitentē) ipa tenebrarū impervia & impenetrabilia latibula opposuisse celebreẗ. Hāc igiẗ absonā esse & nullo pacto astruēdā dei inuidiā (quæ est suiipsius suiqꝫ vultus abditio & ꝓprię cōtēplationis atqꝫ agnitionis defraudatio) binis causis ꝑsuadere nitemur. Prima/quia cum supreme & excellēter bonus sit deus: boni aūt natura & proprietas sit profusio sui: dicere deum negare seipsum/est totius bonitatis peruertere naturam. Quod enim negat seipsum: conuincitur illico/haud quaq̄ a malo longe abesse. Secunda/quia qui rebus substantiale & primum esse vltro impartitus est: quopacto spiritale esse & bene beateqꝫ esse: eadem illis clementia non elargietur

A eternitas cuius extrema in tenebris sunt.

A B



atq; indulgebit? Qui eñ fecit in primis omnia vt eſſent: ea quoq; fecit vt & bene eſſent. Et qui illum vt superſubſtantialem omnium entium authorem & creatorem confitetur: debet & eũdem eorundem entium appellare ſaluatorem. Deus enim qui cunctis rebus de nihilo eſſe indulſit: noluit vt hæ rurſum ab eſſe in nihilum abirent atq; ſoluerētur: ſed vt in eſſe permanerent: optima & prouida lege ſanxit. Atqui ipſum ſapientiæ munus: primæ totius ſubſtantiæ ſpiritalis nodus eſt: & eius in bene eſſe vinculum ac ſtata perſeuerantia. Non igitur quibus ſubſtantiam dedit deus iis ipſum ſapientiæ munus inuidit atq; denegauit.

38 Cum natura lucis ſit lucere in tenebris deũ vtriq; a ſe ꝓcreatę menti: vltro ipm̃ ſapiētiæ munus obtuliſſe atq; ipertiſſe.

Deus vt plurimũ in ſacris eloquiis / per lucem diffinitur. Lucis autem natura eſt lucere ĩ tenebris: id eſt in mētibus obſcuris totius ignorantiæ nube & caligine cęcutientibus. Eſt igitur præter diuinæ lucis naturã: ſincerum eius & immaculatum radium / in circunſtantibus deũ tenebris / ſic claudi ac ſiſti: vt nõ in vtriuſq; mentis ſpeculum procedat: diuinum in eis vultum afflaturus. Rurſum cum dicitur deꝰ poſuiſſe tenebras latibulum ſuum: hæ quidem tenebræ / ſatius ad naturam diuinæ ſubſtantię quę immēſa & incõpręhenſibilis eſt: q̃ ad naturam diuinæ voluntatis ſunt referendę. Offert enim ſeipſum deus vtriq; menti / vti eſt: volens ab ambabus dinoſci. Cæterum quia hic ſubſtãtia immenſus: ab vtriuſq; mentis breui & exiguo captu exhauriri non valet. Haud igitur deus ipſum ſapientiæ munus angelis & hominibus inuidit: qui vtriq; a ſe procreatæ menti: ſuum fulgorem aut a natura / aut voluntario diſcurſu clæmenter infudit.

39 Deum aliquo pacto erga nos volũtate q̃ ſubſtantia eſſe propenſiorem nobiſq; propiorem.

Nam propenſiſſima & immēſa dei bonitas cupit vti eſt a nobis compræhedi ac dinoſci: cũ tamen illius ſubſtantia (q̃ppe immenſa) huic tam prouido ac ſalutifero affectui: ex ſuæ immenſitatis natura obſiſtere noſcatur. Vult eñ a nobis capi: qui vt immenſus capi & claudi a nobis nequit. Altiſſimus item eſt & eminentiſſimus ſubſtantia: ſemperq; ſupra nos & extra nos manet: voluntate tamen reperitur humillimus: per quam / ſeipſum totum nobis indulget ac offert. Eſt itaq; in deo præclarum quoddam erga nos volũtatis & ſubſtãtiæ luctamē.

Naturalem vtriuſq; mentis: angelicę in quam & humanæ niſum aſcenſumve in deum: ſub totius æternitatis interuallo pingere ac figurare. 40

Vniuerſi modi quibus ambarũ ſimul mentium: ſacra in deum (tanq̃ in naturale ſuũ obiectum) contentio ac niſus explicatur: quaterni biſgeminiq; ſunt. Primus vtranq; mentem auertit a medio: cõuertitq; ambas in extrema. Angelicam quidem ad deum tanq̃ in ipſo ęternitatis principio manentē: humanam vero ad eundem vt in ęternitatis fine reſidentē. Et hoc pacto aliquantula vtriuſq; intellectus proprietas & immortalitas vt in primo libro cenſemꝰ explicaẗ. Nam deus q̃a ſimul eſt in tota ęternitate: ſimul ambo eiꝰ appręhēdit extrema: quē ideo vti in primo totius ęternitatis ęuo ſitum angelus ſpeculatur. vt qui ante omnem creaturam ad eſſe proceſſit. Humanus vero quia finis eſt & periodus creaturarũ oĩm: ideo hic ad deũ vt ad oĩm finē cõuerſus in illũ niti figuraẗ. Hic ergo primus modus nõnullas vtriuſq; mẽtis proprietates nobis adaperit. Secundus vero modus huic contrarius eſt: vt qui ambas






Cõuerſio ad pricipiũ.	Auerſio mutua.	Conuerſio ad finem.


quidem mentes auertit ab extremis totius æternitatis: cōuertitq illas adinuicem : media æternitatis interualla spectātes.Per hunc vero modum designantur mediæ tenebræ inter

vsq creatę mentis:mutua adinuicē cōuersio. Tertius modus vtranq mētem auertens a fine æternitatis:ambas conuertit in suum principium.Insinuat vero hic modus eundē sim-



deum & vtranq mētem. Diximus enim deū vtriq menti semper manere ignotum:nec posse vllam creatarum mentium:qualicunq suo discursu:aut ad æternitatis principium : aut

plicemq esse ambarum mentium in suū principium recursum Quapropter aperte cōgruit:his vtriusq proprietatibus enunciandis: p quas angelicam mentem deo & naturali/ suo



ad illius finem perduci:& sapientius vtranq mentem:cum nequeat ęternitatis extrema dinoscere:ad eius medium / speculatoriam aciē deflectere.Atq hoc etiam modo explicaẽ vtri

obiecto viciniorem esse:& sine medio in illum recurrere profitemur.Humanam vero semoti[9] a deo locatā:cū p medias sensibiles creaturas discurrere:tū p angelicā mētē priusq deo



copuletur/ferri oportere. Vnde fit vt hic etiã modus & recurſum omnium diuinorum operum in deum: & naturalem creationis omnium rerum locum commodiſſime deſignet: ſtatuens angelicę mentis ſolem ante omnia: ſenſibilia vero in medio/humanæ autem mentis lampadem poſt vniuerſa. Et in hoc quoq; modo in fine æternitatis: nihil opus eſt diuinum vultum inſcribere: q; in eam partem nullus ſiat ipſarum mentium in deũ progreſſio. Quartus ſupremuſq; modus/huic tertio contrarius euadit: vt qui ambas mentes tanq̃ ab æternitatis principio digreſſas: in illius finem atq; periodum naturali immortalitatis motu ꝓgredi nobis exponat. Et hic quidem modus: licet omnium maxime alienus eẽ videatur: aliquo tamẽ pacto vtilis eſt: cum ad vtriuſq; mẽtis creationem: tum ad ambarum immortalitatem deſignandam. Exponit enim ambas ab æternitatis principio: id eſt a deo: ſubſtãtiam in primis vi creatiõis accepiſſe: ſimulq; eo impellente motu: quo ſubſtantiam acceperunt: eas per immenſa futuri ęui ſpatia immortaliter diſcurrere: nullum vnq̃ ſui diſcurſus finẽ terminumq; experturas. Sicut eñ præcedẽs modus: vtranq; mẽtem in ſuum principium/a quo emerſerat reciprocam eſſe pãdebat: ita & pręſens/eaſdem vnico ſimpliciq; motu quo a principio pependerunt: in deum tanq̃ in ſuum finẽ pertendere atq; proficiſci docet. Monſtrat inſuper angelicum æuum: humano æuo eſſe paulo longius: cum ſit & angelica mens: humana mente antiquior. Recenſuimus igitur quattuor modos: quibus ambarum creaturarum mentium/angelicæ atq; humanę ſacer in deum niſus/figuretur.


41 Quis horum quos deſcripſim9 quattuor modorum: videatur eſſe aptiſſimus enarrare.

Cuncti quos deſcripſimus modi/inepti nõ ſunt. Nullus eñ eorum non vtriuſq; creatæ mentis: veras quaſdam proprietates luculenter oſtendit. Nam per primum/dum diuina vtriuſq; mentis ſapientia: & a ſenſibilibus rebus in ambarum medio circunſeptis/auerſio figuratur: ſimul indicatur q; diuinæ ſpeculationi & altiſſimæ ſapientiæ: obſit ipſa ſenſibilium rerum materialis affixio: & iugis ſpeculatio. Secundus vero ambarum mẽtium: prouidam quandam ac ſapientem humilitatem refert: per quã veluti propriarum virium cõſciæ/norũt deum a ſeipſis eſſe inattingibilem & omnino inſcrutabilem illius: ſiue in principio ſiue in fine æternitatis: manſionem. Indicat etiam vtriuſq; mentis adinuicẽ cognationem & conuerſionem mutuam: qua vt diuinæ quædam imagines: ſibi mutuo obiectis p̃ſentatiſq; lucidis vultibus applaudũt aggratulanturq;. Tertius vero ambarum mentiũ circularem & reciprocum a deo in deum motum exponit: indicans illas ſicuti vi quidem creationis a deo & ab ęternitatis principio pependerunt: ita & cognitionis ordine eas in æternitatis principium eadem via ac ſemita iugiter recurrere velle. Quapropter hic modus omnium cõmuniſſimus & vſitatiſſimus eſſe probatur: tanq̃ qui deum in altero tãtum totius æternitatis extremorum collocet: & circularem eſſe vniuerſorum motũ a deo in deũ edoceat. Quartus deniq; cum fere omniũ videatur alieniſſimus eſſe: tamen vt dixim9 ſua dignitate & proprietate non caret. Nã quod tertius modus complet in circulo: ab hoc in rectũ explicatur. Oſtendit enim vtranq; mentem tanq̃ dei imaginem ab æterno proficiſci principio: & in æternum finem progredi: ac ferri. Nempe quod ab aliquo proficiſcitur ac manat: debet ad illud auerſo vultu aſpectuq; figurari: & ſpeculatoriam aciem: in eũ ad quẽ pergit terminum: ſeruare conuerſam. Omnes igitur hi quattuor modi fere ęque apti ac ꝓprii ſunt. Tertius tamen cunctorũ vſitatiſſimus/ac notiſſimus habetur.

Ex prędictorum quattuor modorum doctrina: naturalem humanæ mentis locum inueſtigare. 42

Geminę ſunt hũanę mẽtis mãſiones. Alia qdẽ in qua ſubſtãtiã primit9 accepit. Alia vero q̃ nequaq̃ natiuũ eius locũ: ſed ſedẽ ſtatumq; dignitatis & perfectionis ipſius adaperiat. Cum enim mens humana ſit creaturarũ poſtrema/inter quã & angelicam mentẽ cuncta

ensibilia prius a deo perfecta sunt: hinc verũ creationis ipsius ordinem locumq; designaturi: eandem post omnia haud ab re collocamus vt præsens figura ostendit: in qua omniũ sen-



sibilium creaturarum gradus: inter vtranq; mentem angelicam & humanam disponuntur. Propriũ em̃ est humanæ mẽtis in primis cuncta sensibilia rationali discursu pertransire: priusq̃ aut in angelicæ/aut in diuinæ mentis statum perfectionemq; euehatur. Hic ergo modus: humanæ mentis vt adhuc imperfectę: vt practicæ: vt circa mundum negociatricis perq; sensibilia cuncta discurrentis: verissimum naturalemq; locum pandit. Et non modo humanæ mentis: sed & cæterarum omnium creaturarum tam sensibilium q̃ intelle-



ctualium/naturalis creationis sedem gradũ: ac locum promit. Nam post ãgelos creata est illico materia: post quã substãtiuus act9: deinde vitalis/tertio anima sensitiua: suprema autem ratio rationalisve actus quæ est diuini totius operis meta.

45 Omnium creaturarũ quę angelo sub sunt: veros perfectionum ac dignitatum gradus designare.

Si eorũ omniũ quæ angelo inferiora sunt: veros perfectionum ac dignitatum gradus exprimere cupiamus: eum qui est a materia ad humanam vsq; mentem/ transferre ordinem oportet. Et materiam quidem creationis ordine angelo vicinam/in humanę mentis loco humanam vero mentem dignitate angelo ferme parem ac proximam/in materiei sede constituere. Animalibus quoq; mineralium dare locum: & mineralib9 animalium sedem adaptare. Sola viuentia (quæ in medio sunt: pari a materia & pari ab humana mente gradu semota) nequaq̃ sunt loco demutanda: vt pręsens descriptio ostendit: in qua ternæ mentes diuina angelica & humana sicut cunctis entibus naturali dignitate præstant: ita & sibiinuicem vicinæ & attiguę sunt: inq; proximis & immediatis sedibus/castrametantur. Diuina quidem prima: angelica secunda/ humana tertia: sub qua sunt sensibilium rerum grad9: haud creationis sed suę dignitatis ordine/ cõstituti atq; digesti.

44 **Angelicā mentē immutabilē eſſe eūdemq; & creationis & pfectionis ſuæ gradum eſſe ſortitam.**

Diuina mens omnino immutabilis eſt: vt quæ nec iferior/nec ſublimior euadere poſſit. Eſt enim obiectum & naturalis illuſtratio creatarum mētium: in quam ſuę perfectiōis gratia/euadere nituntur. Ipſa vero in nullam aliam q̄ in ſeipſam: fertur. Cæterum humanæ mentis: vt in præcedentibus recenſuimus: gemini ſunt gradus/alius natiuus: quo poſt cūcta ſenſibilia collocatur: tanq̄ a deo & naturali ſuę illuſtratiōis ſole/ſemotiſſima. Alius ſuę perfectionis: per quē abſoluto omnium ſenſibilium diſcurſu: angelicæ menti vicina fit/ cunctis ſenſibilibus ſublimior. Hac ergo de cauſa conſtat humanam mētem mutabilem eſſe: vt pote quæ pertranſire cuncta ſenſibilia egeat: priuſq̄ ſeſe in ſuæ perfectionis ſedem vēdicet. Angelica autem mens penitus immutabilis eſt: eundem ſuæ creationis & perfectionis gradum ſortita. Nam per quæ media diſcurret: quæ promeruit deo fieri vicina: atq; attigua: quę ve cominus & in naturali ſua ſede manēs immota & fixa: pręſentiſſimum dei vultū conſpicatur eiuſq; lucem abſq; vllo velamine haurit!

45 **Inter cognoſcibilia obiecta & cognitiuas eorū potentias: cuiuſdā mediocritatis harmoniā eſſe obſeruandā.**

Nimirum ſi inter cognoſcibilia obiecta & cognitiuas eorum potentias: ſit cuiuſdā mediocritatis obſeruanda harmonia: quandoqdem ſoleat plerunq; ipſius obiecti excellentia (pręſertim ſi cominus & e pximo ſpectet) nō eſſe ipſi cognitiuę potentiæ innocua. Nam ſi carneus noſter oculus ab directo ſolis contuitu mox nimio fulgore ſauciatur: quanto magis illius perſtringeretur & hebeteſceret acumen: ſi ipſum ſolis orbem/gēmis ac ſpherulis oculorum faceremus attiguum: aut ſi certe phœbeam ipſam ſpheram ambabus oculorū ſpherulis indere: atq; inſerere anniteremur: Si enim pertenues & imbecilles oculi ipſam ſolis lucem non capiunt: quanto minus ſolidā ipſius ſolis lampadem capere ſufficiunt! Atq longe minoris momenti ac laboris eſt: ſolē capi ab ſpherulis carnalium oculorū/ q̄ aut angelicam aut humanam mentem/ipſam diuinam ſubſtantiam ſub infinitate propria complecti.

Diuinā voluntatem quoquo pacto diuinę potētiæ æqualem eſſe: & aliquo pacto ea inferiorem. 46

Tam diuina poteſtas q̄ voluntas: bifariam in deo accipi poſſunt. Nam nōnunq̄ ſumuntur in diſcrimine ac differentia diuinarū perſonarum: quoties inquā per poteſtatē: ipſi⁹ patris perſonam: per voluntatem vero: aut filii/ aut frequentius ſpirituſſancti perſonam theologi accipiunt atq; intelligi volunt. Ad hunc vero modum diuinam poteſtatem cum ipſi⁹ voluntate fatemur æqualem. Sunt eñ omnes diuinæ perſonæ adinuicem æquales. Aliter autem poteſtas voluntaſq; diuina: ſine vlla pſonarum proprietate ac differentia/in deo dicuntur iuxta creaturarum comparationem: quo ad vel procreationis/ vel ſalutis earū naturam. Eſt enim hoc pacto diuina poteſtas duplex: voluntas tamen vnica & ſimplex. Alia qdem eſt dei poteſtas abſoluta & actu immenſa: iuxta naturam diuinæ ſubſtantię definita. Alia vero eſt eiuſdem poteſtas ordinata: bonę clementięq; voluntati ſubiecta: & velut ab ipſa voluntate nunq̄ a bono deuiante repreſſa atq; temperata. Nihil itaq; (vt reor) incommodi eſt dicere diuinam abſolutam poteſtatem: eſſe ſuperiorem ac latiorē ordinata ipſius tam poteſtate q̄ voluntate. Nam poteſt deus complura/quæ non vult. Ordinatam tamen eius poteſtatem/non maiorem neq; minorem eſſe: ipſa ſimplici & ſemper bona voluntate. Sicut igitur excellentes dei vires poteſtas atq; volūtas: cum diuinas explicant perſonas: mutua ęqualitate ſe habent: ita & mediocres ordinatæq; vires poteſtas inquā atq; voluntas: ab æqualitate nihilo degenerant. Abſoluta tamen dei poteſtas ipſam ſimplicem & ordinatā voluntatem: ſicuti & mediocrem ordinatamq; poteſtatem/longe ſublimior tranſcendit.

47 Cur interdum dicatur deus posse & non posse aliquid: vt posse & nō posse annihilare omnem creaturam: explanare.

Per id q̄ interdum dicimus deum posse & non posse aliquid: nulla in deo clauditur propriarū viriū oppositio & contradictio. Hæc enim duo scilicet posse & nō posse: haudquaq̄ ad eandē sed ad diuersas dei vires atq̄ potestates alludunt. Nam potest deus absoluta sola potestate annihilare mundum: & omnem creaturam redigere in nihilū: qui tamen ordinata potestate id nequaq̄ potest. Ordinata enim dei potentia: cum diuina voluntate cōuertitur. Quapropter & ea cuncta deus non posse ordinata potestate enunciatur: quæcū q̄ non vult seu quæcunq̄ velle nō potest. At qui non vult deus negare seipsum iis: quib⁹ substantiā clementer indulsit; nec reuocare in nihilum ea: quæ de nihilo auocauit: eq̄ illius tenebris eduxit. Potest igitur & non pōt deus annihilare mundum: & omne quod ab initio patrauit: potest quidem simpliciter & absolute: si ad substantiæ illi⁹ immensitatem aspicias. Non potest vero secundū quid: si ad ipsius clementiā: si ad bonitatē: si ad pronam omnino benignamq̄ voluntatē (qua vult ea quæ fecit: in esse permanere) mētis aciem deflectas.

48 Nullam creaturā simpliciter: immutabilem & æuiternam esse.

Dum idipsum quod est dici simpliciter: ad absolutā immensamq̄ dei potestatem refers: manifestum est simpliciter diuinę absolutę potestatis cōsideratiōe atq̄ ītuitu: nullā creaturā eē īmortalē & iannihilabilē. Nā sicut immensa & absoluta dei potestas sponte: vltro et voluntarie omni creaturæ substantiā condonauit: ita & duntaxat voluntarie: & absq̄ vlla necessitate: creaturarum genera in esse saluat: quarū aliquas: eadem sola vltronea voluntate statuit sanxit ve esse ęuiternas. Eadem enim potestate: per quam de nihilo: illas ad esse iussit emergere: potest & rursus eas in nihilum conuertere: & quā donauit substantiam ab eis auferre. Diuina namq̄ substantia sicut voluntarie & nulla impellente necessitate creatoris nomen assumpsit: ita & pari sola voluntate saluatoris æuiternum nomen sibipsi ascripsit.

Quanta sit diuina absoluta potentia & quāta eius potētia ordinata enarrare. 49

Diuina absoluta potentia: quanta non est: nam par est & æqua: diuinæ toti substantiæ. Quare actu immensa. Quod autem infinitū est non est quantum. At diuina ordinata potentia: quanta & finita est. Nam tanta: quantus est omnium creaturarum seu diuini totius operis captus. Sicut enim diuina absoluta potestas est ad diuinam substantiā referenda ita ordinata potestas exteriori eius operi venit comparanda. Nam quēadmodū deus ab æterno: per absolutam suam potentiam celebratur intra se discretus ac trinus esse: ita & contingenter ordinata sua potestate trin⁹ extra seipsum esse voluit: dum angelicā quidem humanamq̄ mentem sibipsi sociauit: & liberi arbitrii indulgētia: aliquo pacto sibi cōparauit. Est igitur diuina absoluta potestas tanta: quanta & diuina substantia. Vis tamē & potentia eius ordinata tam pro captu creaturarum: q̄ secundum propriæ voluntatis clementiam ac benignitatem: temperata ac finita est: vtpote vniuerso eius operi: par: conformis: æqualis.

Ad ordinatam dei potentiam: ipam mundi creationem pertinere. 50

Creatio mundi: manifeste ad potentiam dei spectat ordinatam. Nā pari potestati: par & ęquum opus est ex necessitate conferendū. Atqui ipsa mundi creatio finita est: quemadmodum & vniuersitas omniū diuinorū operū cernit eē finita. haud igit apte mūdi creationē: quisq̄ ad absolutam dei potestatem retulerit: finitum: referens ad īfinitum. Haud enim est mundus: id totum: quod potest absoluta dei virtus: quæ multo plures & innume

ros creare mundos potest. Est tamẽ vnus mũdus id totum idve omne: quod ordinata dei potentia: propriæ voluntatis sequẽs moderamen procreauit. cum in potestate ordinata idem sit posse: & velle. dicitur enim deus ordinate: id dũtaxat posse: quod vult. Voluit autẽ deus: tantum vnum esse mundum. Spectat igitur ad ordinatã dei potentiam: ipsa mundi siue vnius mundi creatio.

51 Non sicut deus ordinata sui potestate finitum extra se opus produxit: ita & vi absolutę suę potentię: potest extra se aliquod actu infinitum: par sibi & ęquale in substantia.


Hæc in præcedentibus libris abunde discussa est. Diximus enim frequẽter nihil fieri posse quod de substantiæ paritate & infinitate cum deo contendat, Conuertuntur enĩ diuina infinitas atq; æternitas: quæ soli deo proprię sunt nihil patientes esse extra deum aut duratione æternum aut substantia immensum. Q; si quispiam ita simpliciter percontaretur: An sicut potest deus ordinata sua potestate op⁹ finitum: ita possit & absoluta sua potestate quicq̃ immensum? Diceremus eam percontationem nihil proponere incõmodi: quandoquidem sicut diuina ordinata potestas/finitæ diuinæ operatiõi vt creationi vniuersi præest: ita & absoluta dei vis: immensæ & arcanæ ipsius operationi diuinæq; discretioni pręficitur. Quemadmodum enim ordinata finitaq; dei potestas: extra deũ profert gignitq; opus finitũ: ita & immensa dei absolutaq; potẽtia: intra diuinæ substantiæ limites: non nihil profert gignitq; immẽsum: par: vnum atq; æquale ei quod gignit. Haud igitur potest de⁹ producere extra se aliquod ens substantia immensum.

52 Ordinatam dei potentiã: haud reipsa: sed ratiõe sola: ab absoluta eiusdẽ potestate esse distinctam.

Simplex est & vnica eademq; diuina potestas: quam nunc absolutam: nunc vero ordinatam appellamus. Hæc enim: quia varie operatur (nam intra diuinam substantiam infinities: extra vero finities & iuxta alteritatis modum captũq; propagatur) ideo & variis nominib⁹ nunc absoluta & immensa: nũc vero ordinata finitaq; ab sui operis æqualitate nuncupatur.

Sensibili exemplo vtrãq; dei potestatem reipsa eandẽ vnãq; esse ostendere. 35

Sit linea. A. B. vt diuina absoluta atq; immensa potestas. Eius vero interna immensa & æqualis fœtura illi ipsi consubstãtialis sit linea A. C. pariter immensa atq; infinita. Sit autẽ alia breuis et perexigua linea D. E. separata penitus ac diuersa ab linea. A. B. q̃. sit vti finitum vniuersi opus. Dicò eandem esse reipsa ac simplicicissimam dei potestatem: vt. A. B. quæ intra propriæ substantiæ limites finito partu sibiipsi congaudet: & quę extra seipsã: inferiore ac minore opere delectata propagatur. Habet enim hæc virtus: vt gignens intra seipsam. A. C. absolutę nomen potestatis: vt vero gignens proferensq; extra seipsam. D E. ordinata potẽtia appellatur. Quemadmodum eadem est numero secundum substantiam humana aliqua mens: quæ per syncerum nudumq; conceptum: absq; vllius scripturæ aut vocis præsidio: sibiipsi adest: propriamq; contemplationem ac meditationem in seipsa circulariter implet. Et quæ simul alteri menti per eandem notionem: haud synceram & nudã: sed voce aut scriptura figuratã: seipsã liberaliter insinuat: illã erudiẽs: & ad paris sa



pientiæ culmen perducens.

54 **Nulli creaturę in esse vim atq; potestatem annihilandi seipsam.**

Solus deus nihilo præeest: solus in nihilo potestatē habet: vt aut ex illo efficta pducat entia aut vt in illud reuocet vniuersa. Hanc vero potestatem: nulli creaturæ voluit esse communem: nulli q; omnino enti præterq̄ sibiipsi: aut creandi quicq̄ aut annihilandi quicq̄ vim largitus est. Solus potestatē seruat & in seipso: & in cunctis creaturis q̄q̄ is nō sibimet ipsi substantiam dedisse: nec seipsum procreasse prædicetur. Neq; item semetipsum extrudere posse in nihilum: seq; naturali spoliare substantia enuncietur. Potestatem non habet ex parte principii: qua seipsum protulerit dederitq; sibi eē. Nec rursum potestatem habere dinoscitur ex parte finis: seipsum annihilādi: quæ profecto haud ex defectu & impotentia virtutis: sed ex eius eminentia: infinitate & excellentia oriuntur.

55 **Trium creaturarum simpliciter: sed tantum duarum propter se: substantiam firmam: stabilem perpetemq; esse.**

Vna tantum est substantia æterna scilicet diuina. Tres vero sunt euiternæ atq; immortales: angelica materialis & humana. Quia tamen materia ens propter se & per se nō est: sed propter formas & actus creata: hęc ideo haudquaq̄ propter seipsam: sed propter materialium actuum præstantissimum id est humanum: donata est immortalitate: accepitq; a summo bono: suæ substantiæ firmitatem ac statum æuiternum. Q̃q̄ igitur sint tria simpliciter entia æuiterna: materiam tñ sub humano actu complectētes: tantum duo vera: perfecta & propter se entia dicimus esse æuiterna & immortalia: angelicam inq̄ mentem atq; humanam.

56 **Creaturis permanētibus & immortalibus inditam esse suæ prolapsiōis causam voluntatem: impermanentibus autē & corruptibilib⁹ nequaq̄.**

Hæc propositio vnam instantiam ac dubietatem exoluet. Percontabitur em̄ forsan aliquis: cur firmior est & immortalis earum creaturarum vt angelicæ humanęq; mentis substantia: quibus indita est prolapsionis ac decidentiæ suæ causa: scilicet liberæ voluntatis arbitriū: q̄ earum substantia: quæ causam non habent vt a suo statu decidant? Seu cur eorū non potest cadere & interire substātia: quę tamen cognitione & voluntate decidunt. Ea vero quæ cognitione sua & defectu voluntatis non cadunt: secundum substantiam decidere & interire videntur: vt animalia: quæ cum voluntate careant: ab ordie suo nequaq̄ aberrant. Similiter & vegetabilia & animalia: quibus cum præclara & cognitionis & voluntatis dona negata sint: nihil habent quo impellente: aut cuius instinctu: naturæ ordinem peruertant aut peccent in naturam. Nihilo tamen minus licet hæc absq; peccato & naturalis ordinis peruersione maneant: æuiterna non sunt: sed corruptioni & interitui obnoxia. Dicimus quoniam id accidit ex differētia & oppositione substantiarꝫ. Nam substantia cuius est non cōuerti ad deum: neq; ad dei imitationem: totis viribus inante contendere atq; eniti: quomodo hæc a deo auertetur: aut quomodo sua auersione: vel peccare vel naturam peruertere suam dicetur? Hęc vero substantia cuius officium & naturalis ordo est in deum niti: atq; inditā sibi speculatoriam mentis aciem ad diuini solis iubar intendere: cum hæc neq; in deum nititur aut cum mētis oculum (tenebras magis q̄ lucem diligens) auertit a deo: tum non agere ex officio & naturæ suæ institutione tū prolabi & aberrare a suo ordine: tū deniq; sponte & voluntariæ decidere prædicatur. Liquet igitur cur permanentes & immortales substantiæ: interim excidant: mortales vero & corruptibiles nequaq̄.


Stabiles substantias instabiles esse: et instabiles stabiles. 57.

Stabiles creaturę sunt angelus & homo:

natura imortales. Instabiles vero sunt sensibi
les creaturae: natura qdē mortales: sed ab suo
ordie: obvolūtatis carētiā excidere nō valen
tes. Stabiles eñ mutanť: cū id qđ natura simi
le deo ē: volūtate deo dissile sit. Qđ natura p
fectū ē: volūtate dilabiť ac ipfectū efficiť. Qđ
natura sublime est: volūtate euadit abiectū.
Imago dei obtenebrascit: dū naturalis ei⁹ cā
dor: volūtarie obūbrať. Deū volūtarie excutit
ac negat: qđ natura diuiniferū est. Hęc aūt de
sensibilib⁹ creaturis dici non possunt: cū (vt
diximus) neqant auerti q̄ cōuersa nō sūt: cū
neqant impfecta fieri q̄ natura sunt impfecta:
excęcari q̄ nō vidēt. puertere suae naturae isti
tutū: q̄ libera nō sunt: sed natura coacta. Ob
scura fieri: q̄ minime sūt illustria. Mori deni
q̄ siue iterire: q̄ deo nō viuūt. Accidit igiť ex
substātiarꝫ dissonātia: eās creaturas eē substā
tia imutabiles: q̄ tñ volūtarie pmutatiōi sunt
obnoxię: & cōtra eas q̄ suā naturā mutare ne
queāt: substantia pmutabiles corruptibilesq̄
eē. Immutabiles eñ mutanť: & mutabiles nō
mutanť. Immortales moriūť: mortales vero
& corruptibiles nequāq̄. Quorꝫ eñ entiū fixa
& indecidua est substātia: horꝫ labilis & fragi
lis est volūtas. Et quorꝫ: fragilis fluxa & cor
ruptibilis substātia: horū aut stabilis firmusq̄
q̄ sensus est: aut ob sensuū: cognitiōis & volū
tatis liberiq̄ arbitrii carentiā: deuiare nequa
q̄ sinitur.

Immortalium & mortalium creatu
47 rarum statum: vt a deo perpenderūt
et ad deum se habeāt: sensibili figu
ra explanare.

Pingo sub diuino circulo qnq̄ orbes quo
rū duo sublimes: proximi atq̄ imediati diui
no circulo: sint angelicae humanaeq̄ mentiū
diuinā mentem circunstantiū. Reliqui vero
tres longius a diuino circulo scripti: sint: vt
mineraliū: vegetabiliū: & animaliū. Quia de
us summus opifex vniuersorū: cunctis eodē
modo substantiā indulsit: sed his tribus cor
ruptibilem: illis vero duobus incorruptibilē
atq̄ immortalē. describo substantialē omni
um nodum in diuini cicli centro. Nam deus
omnem substantiā saluat in esse: vetatq̄ eam
decidere in non esse. Substantialem enim cun
ctorum nodum: quo in esse vinciuntur: solus
de⁹ strinxit atq̄ coercuit: quē etiā solus fran
gere: ac dissoluere potest. Quo eñ modo cre
aturae annihilare seipsas sufficient: quae alie
no stāt vinculo ac nodo: vt quae eū nodū quē
nequāq̄ strinxerunt: soluere quoq̄ nō possūt
nec valent suae substantiae soluere fila: quorū
implexurae in manu dei sunt. Quia tamen de
us angelicā humanamq̄ mentem ad imagi
nē suam creatas proprii vultus participes
effecit suoq̄ consortio & cōtubernio voluit
esse felices & illarum substantias: breuiore
firmioreq̄ vīculo coarctās: imortales esse ius
sit: substantialem eorum nodū nūq̄ resolutu
rus: nec fila sibi cohaerētia: aliqñ interruptu
rus. Inferiores autē substantias vt mineralia
vegetantia & animalia ratiōis expertia: cum
diuini vultus exortes sint: longiore insuper
atq̄ infirmiore nodo vinciantur interire per
mittit: earum fila nonnunq̄ dissoluens ac frā
gens. Praeterea cū & immortalibus substan
tiis vt vtriq̄ menti: liberi arbitrii volunta



tiſq; donum impertitus ſit: hoc munus p cur
uas lineas/quæ a deo quidem procedant: ſed
per vtriuſq; mentis circulum/ vſq; in non en-
tis & nihili orbiculos deuoluãtur: figuram⁹.
Sicut enim per rectas lineas a deo procedentes
ſubſtantiæ expreſſimus donum: ita & per cur
uas obliquaſve lineas munus/voluntatis a re
cto interdum deuiantis & oblique incedentis
duximus figurandum. Q; vero in angelo &
homine/rectę linę ſubſtantiæ munus deſignã
tes: nequaq̃ vſq; ad circulos non entis proten-
dantur: per id/vtriuſq; mentis naturalem ex
preſſimus immortalitatem. At vero q̄ curuę
lineæ voluntatis donum figurantes/ vſq; ad
non eſſe producuntur: per id vtrãq; liberam eſ
ſe: & vario poſſe tramite aut ſurſum niti con-
uertiq; in deum: aut cõtra naturam/deorſum
demitti ac in ima deuolui. Voluntatis quippe
munus/a deo quidem procedit: ſed aut vtran
q; mentem in deum reuocat/aut in non entis
abyſſum eam demergit. Poſſunt enim liberæ
mentes/eiuſce muneris indulgẽtia: a ſuæ crea
tionis gradu & naturali loco/aut ſcandere in
deum aut in non ens vſq; demitti. Porro infe-
riores circuli tres: cum liberi arbitrii munere
careant: haud iam duplici: ſed vnico/atq; eo q
dem infirmo/inſtabili ſolubiliq; ſuæ ſubſtan-
tiæ nodo: cum deo vinciuntur non habentes:
vnde aut in deum ſcandere/aut contra ſuę na
turæ inſtitutum: ad non eſſe deflecti queant.

59 In potioribus & immortalibus creatu
ris: emergere plerunq; pugnam volun-
tatis & naturalis ſubſtantiæ: quæ tamẽ
in imperfectis ac deciduis entibus ne-
quaq̃ reperitur.

Hæc ad præcedentẽ alludit. Nam præce-
dens fere eam contradictionem & pugnã: quę
inter ſubſtantiam & voluntatem/ potiorum
immortaliumq; ſubſtantiarũ: vt angelicæ hu
manæq; mentis/contingit: ſatis expreſſit. Pu-
gnant enim plerunq; in vtraq; mente: ſubſtan
tia atq; voluntas. Nempe earum ſubſtantia fir
ma eſt/ ſtabilis/immortalis: voluntas vero va
ria/fragilis/infirma/ad non eſſe p̄cliua. In ma
lis enim & angelis & hominibus: ſubſtantia p
prio niſui & arbitrio voluntatis reſiſtit. cũ ne
queat immortalis ſubſtantia abire ac progre-
di in nihilum: quorum tamen voluntas a ſum
mo bono improbe deflexa: in nihilum/in non
ens/in tenebras atq; in non eſſe cõtendit. Hæc
igitur pugna in vtraq; mente: emergit ex præ
claris muneribus/immortalis ſubſtantiæ & la
bilis interdum voluntatis. Nodus enim ĩmor
talitatis ipſarum: in manu ſolius dei eſt/quẽ
propterea ſoluere prohibent. At per vinculũ
voluntatis: ambæ in ſua poteſtate ac ditione
manẽt. nec eo modo vſq; adeo cum deo vincĩũ
tur: vt ab illo inſeparabiles ſint. Poſſunt enim
liberæ voluntatis dono in cõtraria proficiſci:
nunc quidem ſcandere in deum: nunc vero in
ima ad non ens vſq; deuolui. Quapropter im
mortales creaturæ: non poſſunt non eſſe. quę
forſan ex peruerſione & lapſu voluntatis: non
eſſe/q̃ eſſe mallent. Sicut enim deus/illis: haud
ad ſuæ ipſorum voluntatis arbitrium/eſt ſub
ſtantiam impertitus: ita & eas haud quaq̃ pro
modo & corrupto voluntatis deſyderio/in ni
hilum abire patiet. Et rurſum is qui fecit nos
haud quia ipſi eſſe voluimus ſed quia ipſe vo-
luit: nequaq̃ nos naturali priuabit exuetq; ſub
ſtantia quia pertæſam ſubſtantiam habeam⁹:
tanq̃ in non eſſe redire & nihil iam eſſe p̄aman
tes. In potioribus igitur & immortalibus crea
turis: emergit plerũq; pugna ſubſtantię & vo
luntatis/ex ipſius voluntatis lapſu: quæ in im
perfectis creaturis/nequaq̃ reperitur.

Vtriuſq; mẽtis caſum & lapſum: haud 60
eſſe earum interitum ſimpliciter: ſed ſo
lam a deo auerſionem.

Caſus vtriuſq; mentis & earum a deo pro-
lapſio: haud eſt earum caſus ſimpliciter oĩſve
ipſarum interitus & ſubſtantiæ annihilatio:
aut ſubſtantialis earum nodi qui in manu dei
eſt diſſolutio: ſed ſimplex vultuum ipſarũ (p
quos natura ſimiles deo ſunt diuinæq; imagi
nes) a diuina contemplatione auerſio. Hæc au
tem auerſio: potius eſt ſapientiæ priuatio & ĩ
inſipientiam mutatio: q̃ naturalis ſubſtantiæ
interitus & caſus. Vtraq; enim mens dũ pro-
uide & ex naturæ ſuæ inſtituto: deo obſequi-

tur: iugiter in illum intendens/diuinæ sapientiæ & beatitudinis particeps fit: & in immortalitatis statu naturalem mutabilitatem figit immutabilitatemq́; nanciscitur. Ex opposito vero dum improuide atq; imprudenter spiritalẽ sui oculi aciem auerti a deo permittit: tum in insipientiam ruit fitq; exors diuinæ beatitudinis. digna iuxta sacrum eloquium/mitti in circulum exteriorum tenebrarum: non enti vicinum. in cuius carcere/immortalis: immortales suæ insipientiæ pœnas luat.

Theologicarum Conclusionũ Quarti Libri de æternitate dei Finis: tertio Octobris. M. D. XII.

Theologicarum Conclusionum Liber Quint9 de Trinitate dei.

1 EVS ab ęterno fuit solus: & nihil ei cọæternum: non angelus aliqs: nõ materia aut aliud quicq̃.

Hæc conclusio q̃q̃ in superiorib9 libris abunde discussa & pertractata sit: tamẽ vt & præsentem de trinitate dei libellum/præcedenti de æternitate nectamus: & nostri de trinitate sermonis exordium ab altiore resumamus initio: proponimus rursum solũ deũ esse ab æterno/nihilve illi esse coęternũ: nõ angelum aliquem/neq; materiã/neq; aliud q̃cq̃ entiũ. Arbitrati eñ sunt falso nõnulli deũ ęternam alicuius entis pſentiam efflagitasse: cum ob æternæ solitudinis tedia deuitanda: tũ vt ęternę saltẽ suæ actionis æterno pariter subiecto & susceptaculo potiretur. Vt vero iis erroribus obsisteremus: diximus frequẽter cõuerti æternitatem cum infinitate: & durationis ĩmensitatem cũ substantiæ immẽsitate. eãdẽq; esse rationẽ/quæ tantũ vnã substãtiã edoceat immensam esse: & quæ tantum vnum ens probet esse æternum. Rursum & quotiẽs æternitatem totam in duplex æuum secuimus ĩ primum & secundum: illud diuinæ solitudinis/hoc vero diuinæ socialitatis æuum nuncupauimus. dicentes deum ab æterno/in toto primo æuo singularẽ extitisse: in quo nihil exteri & peregrini operis patrarit. qui in secundi ęui initio in ipsa angelorum origine desiit solus esse: qui desiit & nihil facere: incipiens facere aliquid & esse cum creaturis. Ex his igitur constet deum ab æterno esse solum: & nihil illi coæternum esse.

Sentiẽs abbas Ioachim materiam deo coæternam in plures errores labebatᷣ. 2

Horum errorum primus est: q; materiam (quippe deo vt aiebat coæternã) faciebat substantia infinitam. Quã eñ duratione deo coæquabat ac parem esse dicebat: effugere nõ potuit/quin & illam substantia parẽ & æqualem deo esse fateretur. Secundus q; diuinam totã substantiam/non modo violabat/dissecabat/diuellebat: sed & omnem eius vim ac potestatem euacuabat. vtpote quæ patrato aliquo ente actu infinito/sibi & substantia & duratione pari: conuincitur nihil aliud de cætero pcreare posse. Cum enim omnis virtus definiatᷣ terminetur q; in maximo: si quod ens maximum & actu immensum extra se produceret de9: id profecto esset diuinæ potestatis periodus. nec præter id: quicq̃ aliud posset deus. quandoquidem omnis eius vis/facultas & potestas: in eo ente tota explicaretur. Quia vero id quod assidue creat deus/substantia finitum est: & finiti ad infinitum nulla proportio: hinc deum liquet posse infinita pcreare entia/& nullo qualicunq; ente producto: eius aut substantiã aut potestatem totam: euacuari/explicari ac sisti posse.

3. Qui materiam aſtruit deo coęternam angelos ex ipſa materia conflat.

Tertius error ac lapſus eius eſt: ꝙ angelos ex materia conflabat. quorum tamen ſubſtantiam: & immaterialem & materiei ortu longe antiquiorem eſſe norunt vniuerſi. Nam ꝓpter ea coæternam deo materiam aſſerebat: vt illa eſſet diuinarum omnium actionum ſuſceptaculum. & vt deus ex illa: omni poſtmodum ꝓcreandæ ſubſtantiæ præſtaret initium. Si enĩ materiam / ipſis angelis longęuiorem & antiqorem faciebat: quomodo ſuccedens deinceps angelica creatio: poterat exors eſſe materiei? Nam omnis actus qui poſt materiam factus eſt: materialis appellatur: habetq; naturalem aliam nullam: q̃ in materia manſionem: vt humanus / ſenſitiuus / vitalis & abiectiſſimus omnium: ſubſtantiuus. Si igitur angeli poſt materiam facti ſunt: aut hi ſimpliciter ex materia ſubſtantiam acceperũt / aut ſenſibilium actuũ more / in materia reſidere nati ſunt. Qꝫ ſi immateriales eſſe angelos ſaluare voluit; debuit vtiq; illos / non modo ipſi materiæ origine pares ſed & ea antigores eſſe confiteri. quandoquidem incommodum fit; eodem inſtanti / exortã eſſe materiam & angelicum genus. Et ſi dixerit angelos eſſe materia (quam deo coæternam dicit) antiquiores: erunt vtiq; & angeli / ipſa diuinitate priores ac longęuiores.

4. Triplicem eſſe dei ſeu diuini actus actionem: liberam & a materia ſeparatam.

Triplex dei actio eſt / a materiali ope ſeparata; in qua operatus eſt deus producẽs aliquid / non in materia. Prima eſt æterna eiꝰ actio; qua trinus eſſe celebratur. in qua pater / filium quidem gignit: & amborum congreſſio / ſpiritum ſanctum profert / ſine vllo materiali fulcimento. Secunda eſt angelicorum actuum origo quos abſq; vlla materiali occurrentia / fulcura & ſuſceptaculo: deus libere / abſolute & per ſe ſubſiſtere natos procreauit. Tertia eſt ipſiuſmet materiæ productio: quam deꝰ abſq; item alterius materiæ aut ſubiecti occurſu progenuit. Nam materiam ipſam / haud in materia alia tanq̃ in ſubiecto: ſed in ſeipſa ſola fulcire & appendere voluit. Cætera vero omnis diuina actio: quæ poſt ortũ materiæ / diuinæ aſcribitur bonitati: vt ſubſtantiui / vitalis / ſenſitiui / & humani actus productio: haud abſq; materiali occurſu perfecta & abſoluta dicaẽ. quãdoquidem hos quatuor actus deus minime liberos & per ſe: ſed in ſola materia procreauit. & iterum aſſidue profert. Eſt igitur triplex diuini actus actio: libera / abſoluta / a materia ſeparata.


Rurſum dicens materiam deo coęternam: diuinum actum angelico & hũano actu inferiorem facit. 5

Hæc propoſitio quartum quendam errorem recenſet: in quem labitur is / qui materiam fecerit deo coæternam. Hic enim diuinum actum / ſupra quatuor ſenſibiles actus minime extollit. immo vero illum angelico & humano actibus: inferiorem oſtendit. Nã & angelicus actꝰ in materia nihil agere natus eſt. Humanus vero & actionem quandam habet: materiæ vtero excelſiorem. Cuncti vero actus humano inferiores: nulla actione / a materię finibus abſoluta ac libera potiuntur: vt qui & in materia reſideant: & quicquid agunt ſoli materiei impingant. Qui ergo diuino actui / materiam dixerit eſſe coæternam tanq̃ diuinarum omniũ actionum exceptricem: hic diuinum actũ angelico & humano inferiorem eſſe teſtatur: tanq̃ qui nihil agere poſſit niſi in materia. Atqui diuinus actus vt diximus: tribus actionibus a materia liberis / inſignis habetur. quarum prima eſt: interna eius progreſſio. ſecunda: angelica creatio. tertia: materialis ꝓductio. Eſt igitur manifeſtum / deum ſolum eſſe æternum: & neq; angelorum vllum / neq; materiam / neq; vllam penitus ſubſtantiam illi eſſe coæternam: id eſt ſubſtantia aut duratione: parem / ſimilem / æqualem.

In pluribus: diuinus ſuperſubſtantialis actus: omni alio actu ſiue intellectuali ſiue ſenſibili probatur eſſe ſublimior. 6.

Septem ſunt entium genera; quorũ ſex nomina ſortiuntur actuum. ſeptimum vero qđ

materia est: simplicis potentiæ & subsidentiæ vniuersorum nomen habet. Primus enim supersubstantialis actus & actus actuũ id est cũctorum actuũ fons atq; initiũ: diuinus actꝰ est. Secundus angelicus. Tertius ordine (vt priꝰ diximus) dignitatis humanus. Quartus sensitiuus. Quintus: vitalis. Sextꝰ vltimusq; sub



stantiuus. Sub quo materia succedit: cui nihil octauo loco subest. Q̃uꝫ igit̃ diuinus actus in omni sua quidditate/& excellentia/cũctis actibus supemineat: vt in bonitate/potestate/gratia/clemẽtia/claritate/perfectione/puritate & reliquis huiusmodi diuinis ꝓprietatibus: Sũt tamen quinq; ꝑcipua nomina atq; prædicata: in quibus/deus omnẽ creaturam transcendit: & quorꝫ rationes sibi soli cõmunes esse voluit Et hæc sunt vnitas/infinitas/æternitas/trinitas creatoris appellatio. De quibus in sequenti conclusione ampliora prosequemur.

7 Quinq; speciales dignitates esse soli diuino actui peculiares ac ꝓprias: in quibus omnem creatum actum diuinus actus transcendit.

Hæ quinq; dignitates ac diuinæ excellentię sunt quas in præcedente recensuimus. scilicet vnitas: infinitas: æternitas: trinitas & ipa creatoris appellatio. Solus eñ deus vere vnus est: solus est substantia infinitus. solus duratione æternus: solus interna discretione & reali ꝑsonarũ numero trinus/solus increatus oĩm creator. Hæc eñ præsertim sunt peculiaria diuini actus noia: in qbꝰ ab oĩm actuũ serie eximitur. & quæ neq; secundum totum neq; secundum partem: a cæteris actibus participantur/quæ ve de solo diuino actu enunciãtur. Omnis nã q; alius actus præter diuinum: in suo aut genere aut specie plurimus est. Omnis item actꝰ diuersus ab illo: substãtia finitus est: duratiõe vero aut æuiternus aut temporaneus & in se ipso non trinus: neq; alteriꝰ entis creator. Vnde fit vt diuinus actus sit vt transcendens/angelicus vt genus/humanus vt species. Cæteri vero sensibiles vt singularia & ĩdiuidua. Nã diuinus actus omnino vnus & immultiplicabilis est: vnus inquã genere/vnus specie/vnꝰ & nũero siue indiuiduo. Angelicꝰ vero vnicꝰ est solum genere; specie vero plurimꝰ. Humanus autem vnicus est specie: numero vero atq; indiuiduo multipharíꝰ. Hę igitur sunt quinq; præcipue diuinæ excellentiæ atq; dignitates/ab omni reliquo actu ĩperticipabiles: vnitas/infinitas/æternitas trinitas & ipsa creatoris appellatio.

Præter has quinq; dignitates: cætera diuina prædicata: etiam creaturis esse communia. 8

Nam si quispiam deum enunciauerit esse bonum: haud illico simplici boni appellatione deũ a cunctis eximit creaturis. quãdoquidem & boni vestigia/deus suis indidit creaturis. vt quæ a bono exortæ principio: nõ possint non esse bonæ & bonitatis aliquatenus participes. Attamen haud ideo vnicæ sunt: quia ab vnico & tantum vno deo profectę. neq; immensę: quia ab immenso principio emergẽtes. neq; ęternæ: quia ab æterna substãtia profectę. neq; trinę: quia a trino ente ortum habentes. neq; creatrices: quia ab omnium authore & opifice substantia conditę atq; productę. Bonæ tñ sũt quia a bono: verę quia a vero: existentes q̃a ab existente: potentes quia a potente: perfectæ q̃a a perfecto: pulchrę quia pulchrum habent initium. Et ita de cęteris proprietatibus diuinis minus pręcipuis. quarum vestigia/quia ĩ creaturis relucent; earum quoq; nomina/tam de iisdem q̃ de deo enunciantur.

Haud esse ipsius necessitatis nomen: 9
cæteris quinq; specialibus diuinis necessitatibus addendum.

Q; si quis obiiciens & ipsius necessitatis nomen/cæteris dignitatibus addendum esse contendat:dicens solum deum/esse ipsam veram & summam necessitatem: solum item deum/necessarium esse:omnem vero creaturam/esse contingentiam quandam/quę potuit non esse: dico ipsam necessitatem sub reliquis quinq; dignitatibus contineri:præsertim sub infinitate æternitate & creatoris appellatiōe. Nam quia deus & infinitus est substantia & æternus duratione:satis innuitur solus esse necessarius tā q̄ qui semper fuerit & non esse non potuerit. Per id rursum ꝙ solus/creator est omnium: qui omnia voluntarie & nulla necessitate procreauit (vt qui infinito æuo:cuncta entia antecesserit) satis quoq; dilucet omnem creaturam: quandam esse diuinæ necessitatis contingentiam: nulla necessitate: sed sola eius voluntate ab ea productam. Haud igitur oportet necessitatis seu necessarii additione:diuinarum excellentiarum/eminētiarum/atq; dignitatum numerum adaugere.

10 Rursum diuinus actus in q̄pluribus: sub modo & ratione actionis: alium omnem actum transcendit præcellitq;.

Edocuit præcedens/quinq; esse præcipuas dignitates & excellētias:in quibus diuina substantia/omnem progenitum a se actum simpliciter & absolute transcendit. Hæ enim etsi eminēter in ipsa suprema omniū causa inesse reperiantur:nullo tamen pacto ab ea/in eius effectus & creaturas traducuntur. Nam deus vnicus quidem est:qui tamen creaturam/profert non vnicam sed plurimam. Infinitus est:nō tamen immensam/sed infinitam producens. Aeternus/non æternam:sed duratione inferiorem gignit. Trinus non trinam:sed simplicem & numero personarū infœcūdā profert. Creator & opifex omnium:non creatricem & alicuius substantiæ opificem producit. Attamē bonus bonam gignit:potens potentem: pulcher pulchram:& ita de cæteris diuinis nominib⁹: quæ communicabilia & a causa in effectus traducibilia sunt. Præsens autem proponit/diuinum actum rursum sub modo & ratione actionis:cæteros cunctos actus præcellere:sicuti in quinq; transcendentibus ac dignitatibus absolutis:iisdem actibus/insignior esse mōstratus est. Dico igitur quoniā diuino soli actui: cōpetit simul in nihilo/hoc est in nullo subiecto esse: & ex nihilo/siue ex nulla præexistente materia: cuncta protulisse aut proferre assidue. Et in nihilo:id est in subiecto nullo:aliqua producere. Diuinus enim actus liber est & absolutus a materia. Omnia item ex nihilo peperit ac fecit. Et aliqua quidem in nihilo:aliqua vero ī materia progenuit ac permanere iussit. Nam angelicū actum in nihilo:& in nullo subiecto parturiuit Materiam quoq; (quam sensibilium actuū subiectum esse voluit) ī subiecto nullo collocauit. Cæterorum autem actuum tam intellectualiū q̄ sensibilium ꝓprium est: haudquaq̄ aliquid in nihilo:sed solum aliquid in aliquo aut in seipsis proferre. Hactenus itaq; diuin⁹ actus sub modo actionis:a cæteris actibus differt.

Trifariam diuinum actum per ipsum nihil diffiniri posse. 11


Trifariam per ipsum nihil/diuin⁹ actus definitur. Primum ꝙ in nihilo/tanq̄ in subiecto manet. Secūdum ꝙ ex nihilo omnia fecit. Tertium ꝙ in nihilo aliqua:& aliqua in aliquo produxit:quippe qui suarū creaturarum primordia:angelicū scilicet actum & vniuersorū potētiam seu materiā:protulit in nihilo & in subiecto nullo. Medios aūt actus genere quatuor: humanū/animalem/vegetatiuum/ & substantiuū:haud in nihilo & absq; subiecto/sed in aliquo manere:sanxit. Hæ vero tres quas dixim⁹ proprietates:nulli actui simul competere probantur. Angelicus etenī actus q̄q̄ in nihilo maneat & in nullo subiecto cōuersetur (Nam hic a subiecto liber atq; absolutus est) ex nihilo tamen nihil facit:nulliq; rei dat esse ex nihilo. Et rursum in nihilo nihil profert: quandoquidem suas ipse cūctas actiones excipiat: habeatq; simul & efficientis & suscipientis causæ nomen. Nam cum angelici actus sint ab omni subiecto & materia liberi:hi nihil extra seipsos agere nati perhibentur. Omnis enim eorum actio circularis est;quæ sicut neq; ab exteris &

exoticis entibus/intus aduentat:ita & ab actu interno i extera & peregrina subiecta nequaq̃ propagatur. vtpote quæ intra angelici actus limites coercet: sistitur q̃ in eo fonte / quo scaturit. Porro cuncti actus angelico inferiores: & in nihilo non sunt: & ex nihilo nihil faciunt: & in nihilo nihil gignunt. Sunt enim hi in materia. Et rursum in materia aut in seipsis (ꝓpter humanum actum hoc dictum intellige) suam omnẽ actionem excipi volunt. Insuper & nulli quoq̃ rei: dant esse de nihilo. Denique materia tametsi in nihilo hoc est in nullo subiecto stet ꝑ seueretq̃: nihil tamen agit. Actus enim nõ est: sed mera ac simplicissima omnium potentia.

12 Omnem actionem diuinã esse immaterialem: id est ex nulla præexistente materia perfectam atq̃ absolutam.

Nam pater dat esse filio: nõ ex materia. Angelos itẽ de⁹ / ex materia nõ fecit. Nullũ quoq̃ sensibilem actum ab humano vsq̃ ad substantiuum: protulit ex materia. Est enim omnium actuum: immaterialis spiritalisq̃ substantia. Sed & ne ipsam quidem materiam ex materia: verum ex nihilo solo conflauit. Et licet hoc pacto diuinus actus nihil ex materia conflarit: nõ omnis tamen eius actio/est absq̃ materia perfecta. Nam cum quatuor actus protulerit in materia: eos inquam qui sunt ab humano ad substantiuum: hinc quaternã reperies diuini act⁹ actionem factam circa materiam. Superest vero trina eius actio/non facta in materia: quarum prima est arcanus ille processus per quem trinus euadit. Secunda est angelica creatio. Tertia vero materiei productio. Edocuimus igitur in quibus diuinus actus: cæteris actibus/quo ad naturam actionis/fit longe eminentior. Sunt enim totius diuini actus / septenæ actiones: cunctæ quidem ad hunc sensum immateriales/q̃ id quod gignunt haud ex materia conflant. Omnis enim actus est ex immateriali substantia. Earum tamen actionum tres duntaxat sunt simpliciter immateriales: neq̃ ex materia neq̃ in materia quicq̃ gignentes: vt diuina interna actio / angelica item creatio & materialis origo. Reliquæ vero quatuor ad eum sensum materiales dicuntur: q̃ ea quæ ab ipsis gignuntur / in materia suscipiuntur: vt

Diuini actus.




actus humanus/animalis/vitalis/substãtiuus. Sunt igitur ex his quæ diximus cunctorum actuum manifestæ differentiæ tã diuini actus q̃ creatorum actuum. Cunctis enim creatis entibus commune est: ex nihilo patrare nihil. Angelico vero peculiare: nihil agere ĩ materia/sed omnia intra semetipsum. Humano autem proprium: aliqua quidem intra seipsum moliri: & aliqua in materia proferre. Nam hic vt anim⁹ agit extra materiam: vt anima vero ĩ materia. At cæteris cunctis actibus humano inferioribus: in seipsis/nihil agere proprium est: nullã q̃ omnino q̃ in materia/complere actionem.

13 Tantum tria esse entia libera: & a subiecto absoluta.

Præcedens omnem diuini actus actionem septenario consummatissimo numero clausit: quarum tres primę immateriales sunt: hoc est a materiali subiecto liberę. Prima qua de⁹ æternetrinus est. Secunda qua angelicum peperit genus. Tertia postremo qua materiã procreauit. Has enim tres omnium primas & antiquissimas actiones: diuinus actus absq; subiecto absq; item ope & occursu materiei perfecit: nihil in materia gignens ac producens. At sequẽtes quatuor actiones/exortes materiei esse non potuere: quãdoquidem & ipsius materiæ ortu recentiores sunt: & ipsos sensibiles quatuor actus: substantiuum/vitalem/sensitiuum/& humanum/siue rationalem materiali subiecto indiderunt. Omnis enim actus exortus & factus post materiam: naturalẽ in ea accepit mãsionẽ. Atqui cũctorũ sex actuũ: tantũ duo sunt antiquiores materia: diuin⁹ inquã æternus: & angelicus æuiternus. Sunt igitur tantum tria entia libera atq; absoluta a subiecto & a materiali mansione: diuinus actus/angelicus actus & ipsa materia. Nam materia cum inferiorum actuum subiectum fit: ipsa in subiecto non est: sed in seipsa libera/appenditur/fulcitur. Omnis vero actus materia recentior: ab eius fultura nequaq̃ immunis est.

Quotquot sunt entium genera: tot esse diuini actus actiones. 14

Nam omne exterum & creatum ens: diuini ipsius actus cõtingens foetura & voluntari⁹ quidem partus est. Hic vero etiam in seipso & circa seipsum: omniũ antiquissimã/ęternã/&



summe necessariam operationem versat. qua nonnihil intra seipsum gignit: & qua deus deũ parit. Hæc est enim ea sola actio: quæ vndecunq; eximitur a nihilo / nulla ex parte sui per nihil diffinienda. Deus nanq; deum / de nihilo nõ gignit: qui tamen cętera sex entium genera de nihilo parturiuit. Ideoq; in p̃sente figura: i qua septenæ diuini actus actiones operationesq; designantur: ad summam vsq; æternamq; dei actionem / qua illius trinitas diffinitur: nequaq̃ nihili et priuationis orbiculus pertingit: qui tamen sex inferioribus actionibus eodemmodo subest: cum & angelicum actum & materiam & essentiam & vitam & sensum & rationem eadẽ lege deus de nihilo pepererit protuleritq;. Quotquot igitur sunt entium genera: tot sunt diuini actus actiones id est septenæ. Sunt enim sex inconsubstantiales: per quas diuinus actus extra se profectus est: & vnica consubstantialis: quæ diuinam substantiam in sacro triũ p̃sonarũ numero sibiipsi circũuoluit.

15 Cum diuinus actus cuncta ex nihilo patrauerit: cur hic plerunq; omnem mundi ornatum ex materia perfecisse dicatur: explanare.

Cum deus diuinusve actus cũcta de nihilo quandam materiei speciem gerente perfecerit: hinc præsens oritur propositio: discussura quid de⁹ ex materia cõpegerit: & cur opus fuit illum materiam procreare: cur item plerunq; ex materia dicitur omnem mundi ornatum p̃fecisse: cum tamẽ omnia ex nihilo fecisse dicat̃. Est enim contra ipsius substantialis actus naturam / fieri ex materiali substantia: cum omnis q̃dem actus vt actus est: alteri⁹ sit naturæ & substantię ab ipsa materia. Et cum pręter sex quos enumerauimus actus et ipsam materiam nihil supersit entium (Sunt enim vt ostensum est tãrum hæc septena entium genera pręter quę nihil est) manifestum est ex materia nihil esse factum. Quare & omnẽ materiam dicet aliquis esse ociosam / incassum & sine causa a diuino actu procreatam. Dicimus huic instantiæ occursuri consideratione simplicium substantiarum id est actuum & materiæ omnia facta esse ex nihilo & nulla ex materia. Nam neq; actus neq; materia: ex pręexistente materia facti sunt Si vero compositas substantias intuebimur: q̃ plurima illico occurrunt facta ex materia: vt elementa / mineralia / vegetantia / sensibilia & rationalia. Omnium enim sensibilium actuum corpora ac naturalia domicilia omnemq; sensibilis mundi ornatum: deus ex materia perfecit. Fecit igitur deus & ex nihilo omnia: & tamen q̃plurima ex materia.

Materiam obicem esse ac naturale interstitiũ superiorũ & inferiorũ actuũ. 16

Hæc propositio causam vnam affert: p quã probetur materia nõ esse ociosa: nec incassum a deo p̃creata. Facta eni est vt obex esset atq; interstitium supeiorum & inferiorum actuum: vt ve diuinum & angelicum actum: a cæteris quatuor sensibilibus actibus diduceret diuideret separet. Et hæc est causarum præclarissima: quę materiã testetur haud incassum a summo bono substãtiam accepisse: & ad quam pleriq; philosophantium intuẽtes materiã chaos id est hiatum / distantiam ac separationem rerum intelligibilium & sensibilium vocauere: vtpote quæ suæ creationis ordine: inter intellectuales & sensibiles actus / naturalem locum accepit: mox post angelicum & ante substantiuum actũ creata. Definientesq; ideo materiã dixerunt eam esse intellectualium & sensibiliũ actuum distantiam ac differentiam: qua hi / illis commisceri prohibentur. Dixerũt item materiam haud immerito persimilem esse ipsi cœlesti machinæ: quæ aperte ipsos intellectuales actus mortaliũ oculis inuios ponit: eosq; a sensibilibus actibus dirimit: inter hos illosq; distẽta & collocata.

Cœlestis machinę & ipsius materiei paria esse officia. 17

Idem est cœlestis ipsius machinæ & materiei officiũ. Sicut eñ cœlestis ambit⁹ excludit quidem intellectuales actus: sensibiles vero intra se coercet concluditq;: ita & materiei captus intellectuales actus capere non sufficit. Illius tamen capacitas: cunctos sensibiles actus ambit. Et sicut cœlestis ambitus domicilium

est & mansio quatuor elementorum:ita & am
bitus materię/mansio est omnium sensibilium
actuum:qui sunt vt quatuor mundi elemēta.
Vnde fit vt duplices sint substantiales actus:
quidam extra orbem eminentiores orbe:supra
tamen orbem gradientes/mundano orbi id est
cœlo attigui vt angelici. Alii vero inferiores
orbe:concepti/et circunuallati ab orbe:vt sen
sibiles actus ad numerum quatuor elemento-
rum distributi.

18 Cœlum:angelicam quādam terrā esse.

Constat ex præcedente cœlum/esse quan-
dam angelicam terram:eodem modo ad ange
licos actus se habentem:quo & elementaris ter
ra ad hominum aut gressilium genus. Ad sen
sibiles vero actus eo pacto quo & elementaris
terra ad genus reptilium animantiū. Hæc enī
in altitudine terræ demersa:per illius profun
dum suos motus & operationes exercent. Nā
sicut terreus orbis:haud capit quidem conci-
pitve intra se gressilium genus animantium:
affert tamen illis opem dum eorum est natura
le & pernecessarium fulcimentum:ita & cœle-
stis machina angelis attigua fit:estq; illarū na
turalis quædam fultura:quarū tamen substā-
tiam minime absorbere & intra se concludere
potest. Et quemadmodum rursum elementa-
ris terra reptilium animalium genus absorbet
summergitq; intra se:ita & ambit⁹ cœlestis sen
sibiles actus complectitur eosq; in profundum
sui summergit. Nimirū igit̃ si quēadmodū ele
mētaris terra:hominū est terra:ita & cœlestis
globus terra sit angelorū:& materia sit iustis-
sima proportione/cœlesti machinę conferēda.

Humanum actum vtriusq; naturæ es-
19 se consortem.

Angelici act⁹ toti a materia sunt liberi. Sen
sibiles vero actus subiacentes humano:toti a
materia capiuntur atq; absorbent̃. Humanus
vero actus tanq̃ vtriusq; naturæ consors:par
tim quidem summersus est in materia:partim
vero ab illa emergit:& ad superiorum contem
plationem euolat:vt præsens figura ostendit:
in qua tres inferiores actus:substantiuus/vita
lis/& sensitiuus:toti materiali captui & am-



bitui immersi esse conspiciuntur:nulla sui par
te a materia & a sensibilis concaui regione
emergentes. Humanus autem actus/vtriusq;
naturæ cernitur esse vinculum. vtpote qui in
feriore sui parte addictus est materiei:haud po
tens naturaliter a materia abiungi. Quia vero
capite & aula pectoris materialem transcendit
orbem:hac parte liber exceptus & absolutus
esse a materia & tam in sensibili regione mane-
re q̃ in intellectualem penetrare:figuratur.
Angelicus autem actus:totus est exceptus/
totus liber atq; absolut⁹ a materia. Q; si cum
his diuinum actum pingere volueris:illum ne
q; in profundis materię submersum:neq; vt su
per illius superficiem gradientem:sed immen
sum materiali contactu & vicinia sublimiorē/
debes effingere:velut qui nullius materialis
mansionis atq; fulcimenti indigus sit.

Materia quanto in prēstantioris actus 20
domicilium a deo præparatur:tanto &
illustrior fit & differentioris heteroge-
neitatis accipit ornamenta.

Haud enī nata est simplex rudisq; materia:
esse subiectum/mansio & domicilium omnium
sensibilium formarum:sed duntaxat vt a diui-
no actu eam demum partium congruentiam/
ornamentum/decorem/splendorem & harmo
niæ varietatem accipit:per quā ipsorū sensibi-
liū actuū & naturali mansioni & cunctis eorū
operationib⁹ exercendis & saluti cōseruatiōiq;
eorū sufficiat. Nam dum materia ad substan-
tiuum & essentialem actum præparat̃:in vni⁹
corporis molem/absq; vlla partium heteroge

neitate ac differentia in ipsis terrę visceribus
gelatur conscrescitq; : quandoquidem substan
tiuus actus:omnium fœculentissimus abiectis
simusq;/nullas operationum differentias ha•
bet.Dum autem eadem materies vitali suscipi
endo actui adaptatur: maiorem aliquantisper
accipit ornatum.quo in radices in ramos & in
medii stipitis robur digeritur. Radices quidē
pro alimoniæ captatione:ramos vero triniipro
uentus gratia foliorum inquam florum ac fru
ctuum suscipiens. At cum vt animalem actum
suscipiat materia accommodatur: rursum am
pliore decore ac maiore partium suarum diffe
rentia adornatur. tot organa accipiens : quot
quot sensitiui actus operationibus sufficiant
sintq; necessarii. Et cū deniq; illa a diuino actu
in humani actus domicilium fabricatur atq;
erigitur: euadit quantum fieri potest illustris:
accipitq; speciosissimi corporis speciem:non ta
men quod cunctas humani actus operationes/
excipere sufficiat. Nam diximus humanum
actum superiore ex parte: a materia euadere li
berum:& operatione aliqua beatissima perfrui
quæ sit materiæ incognita: quæve nequaq̄ in
ipsa materia:sed in eiusdem actus seipsum ciē•
tis intimo arcanove scrinio coerceatur.

21 E cunctis qui in materia versantur acti
bus:solum humanum a proprio corpo
re non capi: vt qui suum ipsius corpus
transiliat.

Substantiuus/vitalis & sensitiuus actus:
sunt propriis corporibus æquales : id est nul•
lam vim habētes materia eminentiorem : qua
extra materiam quicq̄ agant. Humanus vero
actus ad suum ipsius corpus:inæquali propor
tione se habet. vt qui & substantia & viriū atq;
operationum numero:suopte corpore reperit
eminentior. Substantia quidem;quia solus ma
teriei claustris eximitur: & e sensibili regiōe in
intellectualem migrat. Numero autem viriū/
propter vim contemplatricem:cuius immor•
talem actionem neq; materia neq; corpus susci
piunt. E cunctis igit q materiei inhęrēt actib⁹:
sol⁹ human⁹ a pprio corpore nō capit. vtpote
qui vim vnā habeat;corpore eminentiorem.

Omnem actum natum esse in materia: 22
haud aliter q̄ in materia & suo ipsi⁹ cor
pore procreari.

Deus ex prima illa & simplicissima materia
quā de nihilo in primis eduxit ad esse: vniuer•
sorum sensibilium actuum & corpora & orga•
na sicuti iam docuimus fabricauit. Fecit eñ
quatuor elementorum fusissimam molem ex
materia. Mineralium quoq; solidam duramq;
substantiam: ex materia compegit. Vitalium
pariter actuum corpora: radicibus / stipitibus
ramisq; distincta e materialibus atomis confla
uit atq; distinxit. Animalium insuper rationis
expertium ossa/neruos/carnes/pelles/squam•
mas/pennas/pilos:& cætera id genus ad cor•
poris compagem spectantia : e materia inte•
xuit. Et eadem lege humanum corpus (quod
est præstantissimum & speciosissimum opus
materię) ex eadē materia erexit atq; instituit.
Ipsos autem substanciales actus quos indies e
nihilo profert: in ipsismet materialibus domi•
ciliis suisve corporibus procreat ac gignit. Nō
enim prius actum ipsum procreat : vt postea il
lum infundat aut immergat materiei : sed illū
ipsum in solo materiei vasculo & claustro pro
fert. Omni nāq; sensibili actui pprīū est : simul
esse & esse in materia. simul gigni & gigni i na
turali sui ipsius mansione ac domicilio.

Q̄ꝫ q̄ diuin⁹ act⁹ fuerit solus ab ęterno 23
nihil extra se pducēs ac gignēs: haud tñ
ociosus fuit: sed iterna aliqua operatio•
ne ociū omne ac feriationē propulsans.

Nam oīs humanus habitus siue moralis si
ue intellectualis longe præclarius subsistit in
actione propria q̄ in simplici esse: in quo penit⁹
habenas laxauerit: & propriā actionē intermi•
serit. Ad id quippe virtutū tam moraliū q̄ in•
tellectualiū habitus permulto labore nancisci
mur: vt & studiose quicq̄ p eos operemur & me
ditari demū valeamus. Frustra eñ est virtutis
habitus in aīa: cui⁹ nulla aut extrinsecus aut
interius apparet motio & operatio. Quēadmo
dū id etiā libet tam in artis q̄ in naturæ habiti
b⁹ siue istrumētis speculari. Frustra eñ gladi⁹
subsistit: qui nūq̄ de vagina eductus/ rubigine


& situ absumi finitur: qui ad id factus est/vt secet. Perperā oculus est q vel nunq̄ palpebras adaperit: iugi se sopori dedens: vel qui ad solē conuerti renuerit. Cū igitur in omni habituū specie: tam artificialiū/q̄ naturaliū/q̄ rursum acqsitorū: videre liceat ipsos habitus id suapte natura expetere vt suis actionib⁹ socient: quis a diuino actu (qui vt naturalissim⁹ quidam & æternus habitus est) actionē separare audebit quis illū dicere præsumet ab æterno quidē fuisse: & nihil egisse! Qui enim sanxit perçua cōnubia inferiorū habituū & actionū eorūdē: quiq statuit propterea esse ipsos habitus/vt præclaræ operationes ab illis proficiscantur: quomō non primus ab æterno propriæ alicui actioni seipsum addixisse arguetur! Satius igitur est dicere diuinā substantiā ab æterno vt & fuisse ita & aliquid intra seipsam egisse: nec vnq̄ fuisse ociosam/aut propria actione orbatam.

24 Ex natura substantiæ & cognitiōis siue ex esse & bene esse: liquet diuinam substantiam nunq̄ irritā ociosamq; fuisse.

Causam aliā afferem⁹: p quā diuinus actus interna semp aliqua actione/sibiipsi applausisse iudicetur. Quicquid eñ est: lōge melius in luce q̄ in tenebris est: pręstanti usq; subsistit vnūquodq; : dū aut ab alio/aut a seipso dinoscitur q̄ dum ignoratur: nullisq; reb⁹ innotescit. Nā duntaxat propter lucem/cognitionē/ & potiorem statum sensibiliū rerum: humanę mēti in sensibili mundo deputata est a natura mansio vt illa sit tanq̄ lux & cognitio cunctarū sensibilium rerum, quas ideo præstantius ac perennius sub suarū specierū immortalitate dicim⁹ in humana mente conuersari: q̄ in ipso sensibili mundo sub suarum substantiarum natura. Dempta quippe a sensibili mundo humanæ mentis speculatione: cuncta quæ in eo relinquuntur tanq̄ & luce & agnitione sui spoliata/in tenebris manebunt: quandoquidem a quo dinoscantur non habeant/q̄ ab humana mente: quæ & cunctarum sensibilium agnitioni & proprie speculationi præest. Diuina igitur substantia sicuti ab æterno fuit: ita & ab æterno extitit in luce/claritate/& agnitione alicuius. Et cum fuerit ab æterno sola: nulli quoq; alii enti ab æterno innotuit. Fuit itaq; ab æterno sibiipsi agnita: seq; ipsam mente propria comprehēdit. Atqui omnis cuiuslibet entis a seipso cognitio: interna quædam est & spiritalis ei⁹ actio: qua ocium/torpor/ac feriatio ab eo propulsantur. Fuit igitur diuina substātia: nequaq̄ propria aliqua actione ab æterno priuata. Et qui hoc pacto nouerit diuinæ toti æternæ substantiæ æternam annectere sapientiā: facile profecto æternā diuini actus actionē & internum personarum numerum intelliget atq; apprehendet. Est enim esse simpliciter: absq; bene esse imperfectum. Spectat autem ad esse: simplex substantia. Sapientia vero ad bene esse. Quapropter si deus tanq̄ ab æterno perfectus: & fuit & bñ fuit: irrationabile est autumari deum nonnunq̄ fuisse feriatum aut interna actione destitutum.

Ex curuæ & rectæ lineæ lineę vestigiis: 25
iterum æternam dei feriationem propulsare.

Alia deniq; ratio & causa/quæ æternam diuinę substantię ociositatem propulsat: ex curuę & rectę lineę natura pendet. Nam sicut curua siue circularis linea/rectā natura antecellit: ita & diuini actus propria & īterna actio: oēm eius alienam exteramve actionem æterne antecedit. Nam recta quidem linea: explicatio q̄dam est curuę lineę. Exterior vero dei operatio: explicatio est & adaptio internę ipsi⁹ actionis. Quemadmodum enim curua linea ęternitati est accommodanda: recta vero tempori aut ęuo applicanda: ita & per curuam lineā interna ęternaq; dei vestiganda est operatio. Per rectę vero lineę signum: exteram omnē dei actionem indagare nos oportet. Per curuam: diuinæ internæ operationis/claudenda est




& arguenda increata necessitas. Recta vero linea exteriorum diuinarum actionum / creatam factã & partã cõtingentiam: quo pacto elicienda sit ostendit. Constat igitur linearũ curuæ rectæq; indicio: diuinam substantiam propria internave operatione ab æterno potitam: æternum ocium ac feriationem propulsasse.

26 Has duas simul esse veras: tantũ vnus est deus: & deus non est tantum vnus.

Percontanti quonã modo simul veræ stãt hæ duæ: Tantum vnus est deus: & Deus non est tantũ vnus. Dico eas nulla contrarietatis lege esse adinuicẽ pugnãtes: nec veritatẽ vnius obesse veritati alterius: quominus & simul & semper: ambæ veritati subnixę sint. Nam syncathegoreumatica vox ac dictio/tantum: cum vim exclusiuam gerat haud eodẽ modo est in vtraq; propositione accipiẽda. In prima quidẽ additur tantũ in subiecto: ad ipsum vnũ, vt tãtum vnus/est deus. In secunda vero adiicitur rursum tantũ ad vnũ: sed in totius prædicato, vt deus: non est tãtum vnus. Est igitur prima enunciatio assertrix diuinæ vnitatis: plurium deorum exclusiua. Sensus enim eius est. Tantum vnus est deus: hoc est: vnus est deus: & nõ sunt multi dii. Secunda vero propositio negat deum esse indiscretum: id est non trinum/non personarum trinitate fœcundum. Sic enim de deo prædicat substantiæ vnitatem: vt non excludat personarum trinitatem/cum sensus ipsius sit: deus nõ est tantum vnus: id est deus non est solum vnus: quasi trinus non sit: sed simul & vnus & trinus est: simul coniunctus ac q; discretus: simul vnus substantia & personarum numero trinus. Sunt igitur hæ duæ simul veræ: Tantum vnus est deus: & Deus nõ est tantum vnus.

27 Vnitatem & numerum: in deo bifariam dici.

Ex precedente manifestum est vnitatem & numerũ: bifariã in deo se habere. Nam aut extrinsecus aut intrĩsecus ad illum cõferuntur. Cum enim dicuntur extrinsecus: tũ inter vnitatem & numerum / reperitur oppositio; estq; prima hæc enunciatio/tantum vnus est deus: ad hunc modum diuinæ vnitatis astructiua: & numeri siue pluralitatis deorum destructiua. Asserit enim tantum vnum esse deum: negans plures esse deos. At cum vnitas & numerus intrinsecus ad deũ se habent/tum nulla inter eos reperitur pugnantia: cum simul (q̃q; non eodẽ modo) de deo enuncientur. Nam simul deus & vnus est & trinus. Simul in illo est vnitas substantię: & numerus siue trinitas personarum. Opponuntur enim inter se substantialis vnitas dei: & substantialis deorum multitudo. At minime adinuicem pugnãt vnitas dei substantialis: & trinitas eiusdẽ personalis. Quis inter se opponantur diuina substantialis vnitas: & diuia personalis vnitas. Similiter & diuina substantialis trinitas: & diuina personalis trinitas: quando scilicet de deo vnitas ac trinitas eodẽ modo prædicantur. Sicut enim impossibile est deum esse trinum substãtia: ita & impossibile est eundem esse vnicum & simplicem persona. Et sicut necessarium est illum vnicum esse substantia: eodem modo necessarium est eundem esse personali numero trinũ. Qui igitur ad diuersa respiciunt / dicunt in



primis pluralitatem inficiantes deorum:tantum vnum eſſe deum.Poſtea vero internum pſonarum numerum nequaq̄ inficiari volẽtes: rurſum enunciant deum non eſſe tantũ vnũ. Et hæc liquidius ex ſequentibus propoſitionibus dilucent:quarum & oppoſitiones & coincidentias / ſiue æquepollentias & conuerſiones annotauimus.

Aequipollentes veræ.
Impertinentes. { Tantũ vnus eſt deus. Non ſunt multi diȷ.
Aequepollentes veræ.
Deꝰ nõ eſt tãtũ vnꝰ. Deꝰ & vnꝰ eſt & trinꝰ.
Subalternæ. { Se conſequentes veræ.
Deꝰ eſt vnꝰ ſolũ ſubã. Deꝰ dũtaxat pſonis (trinus eſt.
Coincidentes. { Se conſequentes veræ.
Deꝰ nõ eſt ſubã trinꝰ. Deꝰ nõ ẽ pſoalr vnꝰ.
Contrariæ. { Con uertibiles falſæ.
Deus eſt plurimus. Deus non e ſt trinus.

28 Diuinum exteriorem numerum interno eius numero ſeu deorum multitudinem vnius dei trinitati repugnantem & contrariam eſſe.

Hæc ex præcedentis diſcuſſiõe nihil obſcuritatis habet.Nam oppoſita oppoſitis comparata nequaq̄ opponuntur.quæ ſi eidem conferantur mox contraria iudicantur.Vt vnitas & numerus oppoſita quidem ſuut ſimpliciter attamen cum ambo in ratione & comparatione diuerſorum ſumuntur:vt vnitas in diuina ſubſtantia:uumerus vero in diuina perſona: tum earum faceſſit & interit oppoſitio.Nã ſimul & de diuina ſubſtantia vnitas & de diuina perſona numerus enũciantur.vt quotiens effamur deum vnum quidem eſſe ſubſtantia: & perſonarum numero trinum. At ſi vnitatẽ & numerum ſumpſeris in deo ſecundum idẽ: vt vel ſolum ſecundum ſubſtantiam/vel ſolũ ſecundum perſonam:ad hunc modum eorum ſcaturit pugnantia.Nam quo pacto erit deꝰ & vnus ſubſtantia:& trinus ſubſtantia:Quo itẽ modo ſimul erit & vnus perſona:& pſona trinus!Ex his itaq̄ perfacile eſt quod præſens ꝑpoſitio ſcrutatur agnoſcere: diuinum inquã exteriorem numerum/diuino interno numero aduerſari.hoc eſt deorum pluralitatẽ/vniꝰ dei trinitati eſſe contrariam.Nempe aut oppoſitorum in eodem aut eiuſdẽ in oppoſitis ſumptio:totius eſt oppoſitionis cauſa. Atqui exterius dici & interiꝰ dici:oppoſitas quaſdam rationes habẽt.Qui ergo de numero/ſimul hæc duo exterius inquam & interius enũciat:quãdam nectit oppoſitionem.per quã haud poſſibile eſſe remur:externum dei numerum (quẽ negamus)hoc eſt deorum pluralitatem cũ interiore eius numero/ſeu cum vnius trinitate eſſe concordem.

Has eẽ rectas cõſequentias:dii multi ſunt:ergo nullus eorum trinus eſt.Et ex oppoſito.deus vnus eſt trinus:ergo & hic vnicus ac ſolus deus eſt:parẽ & conſortem non habens. 29

Nam ſicut deorum multitudo/diuinæ aduerſatur vnitati:ita & pari lege eadem multitudo/diuinæ trinitati credatur eſſe cõtraria. Etenim hę pariter adinuicem conuertuntur ſeq̄ conſequuntur:tantum vnus eſt deus/ergo & ille trinꝰ eſt. & econuerſo: trinus eſt deꝰ: igitur & tantum vnꝰ eſt.Qui enim diuinam ſubſtantiam diuellit:neceſſe eſt vt & internũ eius numerum nullum eſſe confiteatur. Et q arcanum dei numerum ſaluare cõtendit: hũc oportet & diuinæ ſubſtantiæ ſaluare vnitatẽ Nam quomodo arcanus & internꝰ erit dei numerus:niſi hic numerus intra eiuſdem & penitus indiuiſæ ſubſtantiæ ſepta concludat̃!Si enim cum numero perſonarum/ipſam quoq̄ ſubſtantiam diuellis:iam hic perſonarum numerus haud erit arcana dei diſcretio:ſed externa quædam & vana deorum multitudo.Quẽadmodum ſi B C D ſunt interna diſcretio ac numerꝰ vnius entis A:dico B C D accipienda eſſe in eadẽ ſubſtantia ipſiꝰ A:ſine vlla eiꝰ diuiſione.Nam ſi ſubſtantiam ipſius a diuellis/ iuxta numerum B C D:dicẽs A ſubſtantia trinum eſſe:hoc

Perſoãlis nũerꝰ
B C D
Subã A vnica
E F G
Subãlis nũerus impoſſibilis.

est diuisum in tria E/F/G:iā inficiaris B C D arcanum esse ipsius A numerum. Sed B forsitan in E/C in F & D in G accipiēdū esse dicis. erūtq; B C D non vnius & eiusdē entis discretio:sed trium entiū substātia diuersoꝝ scilicet E F G proprietates q̄dam. Aduersatur igitur substantialis & exterior numerus ipsius A:p̄sonali & arcanæ eiusdem discretioni.

30. Arcana dei discretio & ei⁹ exterior numer⁹:sese mutuo sub affirmatiōe & negatione consequuntur.


Arcana dei discretio & exterior eius nūer⁹: se mutuo sub affirmatione & negatione sequūtur hoc pacto. Quia enim de⁹ aliquis vnus & trinus est:ideo haud necesse est m̄ltos esse deos sed illum esse vnicum & solum deum. Supplet enim interior vnius numerus: exteriorē pluriū multitudinē. Et quia rursum dii multi nō sunt:ideo necesse est(ne ociosus sit)illū vnicū qui est:esse trinū. Et ex opposito tolle dei vnius trinitatē:mox necesse est vt deorū fateare multitudinem. Nam interni numeri defectus:exterioris numeri assertione supplendus erit. Et si rursum deorū astruis pluralitatē:conuenit vt vni⁹ dei trinitatē/dicas esse nullam. Haud enim interiora supplementa exquirere oportet:vbi exteriora nō desunt. Et ex opposito q̄d arcana discretio supplet:haud opus est in extera multitudine indagare.

31. Diuina substantialis vnitas & personalis eiusdem discretio:sunt adinuicem velut causæ quædam sese inferentes.

Diuina substātialis vnitas & p̄sonalis eiusdem discretio:sunt adinuicem vt causæ sese inferentes. Quia eīm tantū est vna diuina substātia infinita & æterna:ideo(vitandæ ociositatis gratia)arguimus illā ex necessitate debere esse trinā:& sibiipsi ab ęterno assistētē aggratulantē/applaudētē. Et q̄a rursum diuina substantia probatur sub arcano numero eē trina: hinc & illius propulsamus ociositatem. Hinc etiā credimus nullā illi ab ęterno astitisse creaturā:tanq̄ aut actionū ipsi⁹ exceptricē aut tędiorum p̄pulsatricē. Hinc item perfectam esse illam ac sibi sufficiētē:nullius indigā/infinitā & æternam:hinc deniq; solam & vnicā eē asseueramus. Et si ab infinitate dei totius consequentiæ seriem inchoare volueris: hoc modo perge. Deus q̄a infinitus est:ideo & arguitur æternus. Nam infinitas & æternitas conuertuntur. Et quia infinitus & ęternus:ideo & solus est ab æterno:nihil in infinitate aut æternitate propria/sustinens alteritatis. Occupant enim infinitas atq; æternitas vniuersa:immo vero infinities cuncta transiliunt. Quia vero deus solus est ab æterno:ideo & interiore personarum numero pollet.alioquin ociosus fuisse conuincitur. Et rursum quia deus trinus est:propterea & hic non esse plurimus sed vnicus & solus deus arguitur. Atq; hoc pacto ex primo ad vltimum/de extremo ad extremū elicies:Quia deus immensus est:eundem iccirco & trinum esse & vnicum ac solum deum.

Diuinam internam actionem: arcanū diuinæ trinitatis mysterium attestari posse. 32

Sint hęc tria A C V:vt anima corp⁹ & vita. A quidem & C/tanq̄ extrema agens & patiens anima & corpus:V autem sit eorum medium/designans vitam;quæ ab anima in corpus traducitur. Hæc tria q̄q̄ substātialiter diuersa:aliquo tamen pacto aut in planta aut in aīali aut ī homine sunt vnū. Competitq; extremis scilicet animæ & corpori: simplex agendi & patiendi ratio. Nam anima solum agit/nil patitur. Corpus vero solius patiētis & nō agētis fungitur officio. At vita amborum media: duplici ratione diffinitur. Vt enim pendet ab anima/vocatur actio:vt vero recipitur in corpore/passio nuncupāda. Eleuare igitur ex huius materialis actionis vestigio:ad diuinam



actionem speculandam. hoc tamẽ modo vt eã quæ in materiali actione/substantialiter diuersa visantur: iu substantialem resoluas vnitatẽ. Et quantum vmbratilis finit descriptio: diuinum internum numerum perfacile coniicies. Diuina enim interna & propria actio: sua & extrema & media in vnitate substantiæ apprę̃hẽdit: dũtaxat in reali personarum numero illa discernens. Nam diuinæ illius & arcanæ actionis extrema/sunt pater & filius. Eius autẽ medium: spiritus sanctus. Cur tamen pater & filius extrema/cur sanctus spiritus medium diuinæ actionis appelleẽ: in sequentibus propositionibus suo loco dicetur.

33. In omni actione diuinæ trinitatis mysterium relucere.

Nam omnis actio: ternarii numeri æmula est. vt quæ duorum extremorum & vnius medii discretionem: aut substantialem aut realẽ inuoluit. Quã enim eidem puncto aut in recta aut in curua linea designato: terna quædã insit ratio: vtpote quod simul & principium & medium & finis sit: nullus tamen idem pũctũ in seipsum agere dixerit/nullus illi vllam actionem indiderit: propterea ꝙ punctum & substantialis & realis discretionis sit exors. Nam neq; substantia neq; reipsa: sed sola ratione pũctum discernitur ac trinũ appellatur. Sola vero rationum trinitas: ad omnem actionem probatur insufficiens. Vbicunq; enim inseritur actio: ibi aut substantialem/aut realem ad minus extremorũ & medii trinitatem offendere necesse est. Nam materialis actio: substantialem trinitatem extremorum & medii complectitur: vt in qua alius est actus agens: alia materia suscipiens. In actione autem immateriali vti in diuina: haud substantialis sed duntaxat realis extremorũ ac medii discretio trinitasve relucet. In hac enim: proferẽtia & prolata: sunt vnica substantia.

34. In solis materialibus & in consubstantialibus actionibus: actionem annexã esse passioni.

Hęc ad analogiam materialis actionis: quã ex his tribus anima: corpore & vita in antepręcedentis discussione intexuimus est opem allatura. Posset enim facile ex prædicta analogia labi quispiam in errorem: putans trium diuinarum personarum ꝓprietates: ex animæ corporis & vitalis caloris simitudine/esse ad amussim perscrutandas. Dicens patrem forsan esse vt animam/filium: vt corpus/ spiritum vero sanctum vt vitalem calorem. Et cum natura corporis sit pati ab anima illiusve actiones in suopte gremio excipere: autumaret etiam naturam filii esse paternis occurrere actionibus illasve subiecti cuiusdam more intra se suscipere. Et vt patrem agere: ita & filium pati. Insuper & spiritum esse vt solius patris actionem: a solo quidem patre profectam & in filio exceptam. quemadmodum & vitalis calor a sola gignitur anima: & in corpore solo receptatur. q̃ pro summis incommodis habẽda esse remur. Dicimus enim ꝙ in solis materialibus actionibus (quarum actus est naturalis forma: potentia vero seu totius subiectum est ipsa materies siue corpus aliquod ex materia perfectũ) semper annexa est actioni passio: & nullum ibidem esse agens absq; patiente. Est enim agens ipsa naturalis substãtialisve forma vt anima: patiens vero materia/vt corpus: cui vitalis imprimiẽ calor. At in immateriali actione (vbi & extrema & media sunt vnica atq; indiuisa substantia) secus euenit. Est enim ibi actio a passione separata: & agens abiunctus a patiente/vt latius in sequente edisseremus.

In diuinis: esse actionem a passione separatam: in qua sit reperire agens absq; patiente. 35.

Nam pater in diuinis cum filiũ gignit agit quidem: & agentis tam nomen q̃ rationẽ suscipit. Attamen ibi nihil patitur. nihilq; reperiẽ cui patientis aut nomen aut rationem applicare audeamus. Haud enim ideo patitur a patre filius: quia gignatur ab illo. Neq; etiam spiritus ab ambobus aliquid perpetitur: q̃a ab eis procedat. Est enim ibi simplex actio sine passione: simplex agens sine patiente. Pater enim cõsideratione filii agens/vt gignens est: filius quoq; patris est actio & partus eiusdem. Attamen

nec filius patitur a patre:nec patris ipsius passio est. Similiter pater & filius simul intuitu ac ratione spiritus sancti: agentia quædam sunt: vt quem velut vnum & indiuisibile principium spirant. Et spiritus pariter/amborū actio & prolatio quædam est. Attamen nec spiritus est amborum passio: nec ab ambobus quicq̄ patitur. Sunt enim pater & filius: agentia sine patiente. Et spiritus est eorum actio sine passione.

17 Diuinam totam arcanam actionem solius substantiæ absq; accidentibus esse largitricem.

Hanc præcedens satis fere discussit: cū edocuit in diuinis haudquaq̄ conuerti passionem cum actione: sed ibi a passione/actionem eē separatam. Nam nonmodo id in diuinis: sed & ī sensibilibus etiam generationibus accidit. quę actiones quidem sunt/a passionibus separatę. si ea saltem intueberis quæ gignunt: eorū respectu quæ gignuntur. Quod enim gignitur: accipit quidem solam substantiam/ob quā nihil pati iudicatur. Ibi enim solum passio comes ē actionis: vbi post largitionem substantiæ/accidentia denuo imprimuntur. vt calefaciens dū alii calorem largitur: id quod calefit quodve calorem receptat/satis pati innuit. Atqui diuina interna actio: simplex est pura/libera/impermixta ab accidentibus absoluta: solius substātiæ largitrix/nullorumq; deinceps accidētiū (sensibilium actuū more) indultrix. Dat enim deus simplex esse filio: & nihil aliud ab esse. Solum gignit filium & nihil aliud circa filiū operatur: q̄ substantiam illi largiendo.


18 Sensibilia agentia: diuino actui: disciplinæ gratia conferre.

Sensibilia agentia in primis gignūt substātiamq; largiuntur: postea quantitatem/qualitatem & necessaria accidentia donant. Vt infans a patre primitus substantiam accipit: deinde ætate proficiens naturale accipit suę quātitatis incrementum: postremo vero virtutū qualitates disquirit. In prima igitur suæ substantiæ adeptione: infans nihil pati dicendus est. Nam passio: est alicui⁹ in aliquo susceptio.

Eius autem substātia in nullo recipitur: vtpote per seipsam subsistere nata. At cum aut quātitatem aut qualitatē adipiscitur: ibi actio cū passione conuertitur. quandoquidem quantitas & qualitas accidentia sunt: quæ haud per seipsa sed in priore substantia fulciuntur. At ī diuinis: cum nulla ibi reperiantur accidentia: pater filio nihil p̄ter solam substantiam: indulget. neq; postea illi quantitatem neq; qualitatem donat. Hunc enim ab æterno: sibi & consubstantialem & æqualem & similem gignit. Quia æqualem hoc est immensum & infinitū gignit: ideo & postea illi quantitatem non confert. Quia vero gignit & similem: hoc est bonum/pulchrum/sapientem/potentem/simplicem/verum perfectum & ita de cæteris diuinarum qualitatum nominibus/hinc deinceps opus non est vt filius paternarum qualitatum adeptione proficiat. In humanis vero pater: filium & substantia a se diuisum & minorem se & dissimilem sibi gignit. minorem quidē quātitate/quia infantem: quē diuiduein virilē & patri æqualem ętatem proficere deiceps oportet. Dissimilem vero quia nōdum studiosum: sed vtriusq; virtutis: & moralis & intellectualis carentia ac priuatione neq; studiose agere neq; meditari potentem.

Pati: nullius esse diuinarum personarū proprium. Agere vero cōmune esse patris & filii: non autem spiritus sancti. 19

Solius patris gignere propriū est: sicuti & solius filii p̄priū est gigni. Agere tamen: & patris & filii cōmune est. Nam & pater gignit filium: & spirat spiritum sanctum. Filius vero q̄q̄ nihil gignat: spiritum tamē ipsum vna cū patre spirat ac p̄fert. Cōpetit igitur actio ipsi patri: duab⁹ de causis. scilicet & erga filium: que vocatur generatio filii. & erga spiritum



sanctum: quæ processus eiusdem nuncupatur At vero sacer spiritus: cum sit extrema totius diuini discursus persona: nihil deinceps agit: nihil gignit aut profert. Est enim diuinæ progressionis status: & extremarum personarum nexus ac vinculum. Cum igitur omnium triũ psonarũ proprium sit nihil pati: solius patris proprium est gignere: solius filii proprium est gigni: solius spiritus sancti peculiare procedere siue spirari. At ambarum extremarum personarum patris & filii simul cõmune est agere/ vt spirare: non gignere. Agere autem nihil: soli spiritui sancto accommodatur.

39. Nouem esse cognitionum species: & ĩ tribus earum sitam esse sapientiam.


Omnis suiipsius cognitio immaterialis est agnitio: & omnis diuidua & rei alterius notitia materialis cognitio est. Nã simpliciter ois cognitio aut sensus est: aut rationis aut intelligentiæ aut mentis. At cum sensuum alius exterior & alius interior sit: exteri vero sensus q̃nario numerentur: hinc omnium cognitionũ numerus terternus euadit. quarum sex materiales/tres vero immateriales sunt. Sex itẽ agnitiones alterius: tres vero cognitiones eiusdem a seipso. Sunt igitur in vniuersum nouem cognitionum species: & in tribus dũtaxat supremis ratione intelligentia & mẽte sita sapiẽtia.

40 Ex natura diuinæ sapientiæ: totius diuinæ trinitatis mysterium colligi & inferri posse.

Non modo ex natura & causa diuinæ sapientiæ: sed etiam ex vi & analogia cunctarum cognitionũ/diuina nobis trinitas relucet. Nã & cunctarum cognitionum terternus est nũerus. Et cuiuslibet cognitionis substantia/in se ipsa trina est. Superiorum autem trium cognitionum circulatio & entis eiusdem in seipsum glomeratio: sapiẽtia appellatur. Quapropter trina est sapientia: alia humana/alia angelica/ alia diuina: quæ potissima & substãtialis & increata sapientia vocatur. Et non modo trina est sapientia: sed & quælibet insuper sapientia suam trinitatem præ se fert. Nam diuina sapientia/verissimus quidam est realium discretarumq; personarum numerus. quãdoquidem dei a seipso agnitio: nec diuinã diuidit substãtiã: nec illã finit esse cõfusam: indiscretam/indistinctam. Angelica vero & humana sapientia/quantum illis indultum est: diuinam sapientiam in vestigio & vmbra ęmulantur.

Rectam lineam haud congruum esse diuinæ sapientiæ signum. 41.

In libro de æternitate docuimus curuam lineam/lucidius esse æternitatis signum: rectã vero dissimilius ac subobscurius. Nunc vero eodem modo dicenda est diuina substantia satius per curuam lineam: q̃ per rectam figurari debere. propius enim ex illa q̃ ex ista: ad ei⁹ agnitionem euolamus. Nam sub recta linea aut nullla penitus cognitio: aut dũtaxat p eã materialis agnitio in alteritate extremorũ & medii sita exercetur. In hac enim aliud est qd cognoscit: aliud quod internoscitur: & aliud ipsius cognitionis medium. Vt alius est oculus/alius paries q spectaẽ ab oculo: & alius iter vtrunq; medius aer/quo interstite fit ipsa visio. Vt in recta linea A B C: aliud est principiũ vt A: aliud medium vt B: & aliud finis vt pun




A ctum C. Q; si ere-
xeris lineam A B
C: ita vt A sit sur
C sum velut totius
caput: C vero de-
orsum: & B in am
B borum medio: di-

cens rectam A B C ad hunc modum stantem atq; erectam: esse vt accommodã & aptam diuinæ substantiæ figuram: dico quoniam hæc linea/neq; diuinam sapientiam adaperit: neq; diuinæ trinitatis vllam nobis affert coniecturam. Nam diuina substantia hoc pacto figurata: nequaq̃ sibiipsi adest: nec sese intueri eo modo potest/nisi in seipsam flectatur. Haud ẽ igiẽ recta linea: congruum & aptum diuinæ sapiẽtiæ & speculationis signum.

Speculatorium oculum haudquaq̃ deorsum niti: sed potius in latera aut ĩ ante: vt ea quæ e regione & æquali altitu- 42

dine sita sunt: intueatur.


Haud enim speculationis natura deorsum vergit. sed æquis quibusdā radiis in ante/aut in latera se ipsum diffundit. Nam & carnalis noster oculus/ suapte natura deorsum vt quæq̃ spectet: neq̃ q̃ flectit. sed ea potius intuetur: q̃ pari altitudine e regiõe ipsius collocāt: vt in linea A B C vt prius erecta: punctū A nequaq̃ intuebitur B aut C. Nam lineæ A B & A C/speculationi sunt incommodę: vt pote quę deorsum nitantur. Q̧ si dixeris per alias lineas vt p A E & A D: posse punctum A/spectare & intueri B & C: dico id longe esse impossibilius. Cerneret enim A ipsum B: sub angulo A E B: spectaret vero D: sub angulo A D C. Atqui ad visionem & omnem cognitionem: incommodus angulus esse reperitur. Si igitur diuina substātia est vt recta linea perpendiculariter erecta A B C: aut diuina substātia/nihil intuetur ac spectat: aut aliud a seipsa: diuersum ac penit⁹ alienum ab æterno speculatur. vt forsitan pūcta F & G: quæ ad latus ipsum punctum A/ tanq̃ diuinæ totius substantiæ caput & oculum æternorum obiectorum vice ac loco circūstant. Quia enim nihil habebit diuina substantia intra se ipsam/quod illius oculus vt A spectare valeat: necesse erit oculi ipsi⁹ intuitum/ ad exteriora diffundi: & circunstantia speculari entia. quæ nullus sanæ mentis vera approbabit. Diuinæ quippe substantiæ oculus: nullum extra se propriæ speculationis obiectum disquirit: vt qui semper intra se quod speculetur habet. Cum igitur speculatorius oculus haudquaq̃ deorsum nitatur: sed potius in latera aut in ante: ea quæ e regione & æquali altitudine sita sunt intueatur: manifestum est diuinam substantiā aut sapientiam: haudquāq̃ rectę lineę A B C perpendiculariter stanti esse comparandam.




Diuinam substantiam quo ad sapientiæ & speculationis naturam: minus apte toti circunferentiæ esse conferendam. 43

Ex præcedentium doctrina satius est sentire diuinam substantiam: curuæ cuidam lineæ q̃ rectæ similiorem esse. Resoluo igitur rectam lineam A B C in curuam: quam etiam voco A B C. Et nihil refert siue hæc aut integra circunferentia sit: aut medius totius circunferentiæ arcus. Verūtamen si rectam A B C/in integram curuam resolueris: erit triū personarum in substantiæ identitate discretio non vsquequaq; sēsibilis & apparens: q̃ si dūtaxat in medium arcum curuetur. Nam in integra curua tria puncta A B C: erunt & substantia & reipsa velut vnicum punctum: haud aliter q̃ ratione trinum: vt præsens circunferentia ostendit. Atqui trium diuinarum personarum discretio: maior est/q̃ solius rationis numerus: & rursum minor/q̃ totius substantiæ distinctio. Distāt enī pater filius & spiritus sanctus plusq̃ ratione simplici: & minus abinuicē differunt q̃ substātiali discrimine. Sunt enī sil' vna substātia & personæ tres: non ratione solum sed reipsa distinctę atq; inconfusæ. Nam rationis discretio: est solius nostræ intelligentiæ discrimen. qd nullam ex parte ipsius rei naturalem differētiam habet. Sicut enim omnia per naturam: vel substantia vel re ipsa differre dicuntur: ita & per intelligentiā/sola ratiõe differre cēseant. Et q̃ q̃ diuinarum trium personarum substantialis identitas: sit forte vt puncti eiusdem/quod

Rectę lineæ in curuam resolutio.





maxime est vnum atq; insectile:earum tamen discretio maior est q̄ solius puncti. Non enim diuinæ tres personæ:sola nostræ mentis consideratione/abinuicem discretæ sunt:sed præter nostræ intelligentiæ modum sunt ab æterno nihilomin⁹ ex natura sua inconfusæ. Haud igitur satis apte trium personarum & substātialis vnitas & realis discretio ex tota circūferētia designatur.

44 Neq; diuinæ totius substantiæ substātialem vnitatem personali trinitate:neq; personalem trinitatem substantiali vnitate esse priorem:hāc tamen illa nobis esse notiorem & intelligentia priorem.


Diuina tota substantia ab æterno & vna fuit & trina.non prius vna/q̄ trina:nec prius trina q̄ vna.vtpote quæ non est substantia sine p sonis:nec personę sine substantia. Haud eñ intelligenda est diuina substātia more materiæ: prius fuisse cōfusa/solum vna/imperfecta/indiscreta:& postea seipsam aliquando discreuisse:atq; in ordinem personarum digessisse.cum sint natura æque primæ & æque æternæ:diuina substantialis coniunctio/& eius personalis discretio. Hęc tamē quo ad intelligentiā posterior/illa vero quo ad nos prior nobisq; notior.

Quod facile ex pricipiorum & cōclusionum/ aut dispositionum & habituum proportione liquescet. Nam quēadmodum in disciplinis facilior & euidentior est principiorum notitia q̄ conclusionum:ita pfecto notitia diuinę vnitatis:scientiam diuinæ trinitatis ordine præcellit. Sicut item dispositio virtutis/prius animum subit q̄ eius habitus in animum introducatur:ita & scientia diuinæ vnitatis dispositio quædam est & manuductio:nos in scientiam diuinæ trinitatis perducēs. Nam qui solum nouit quoniam deus est vnicus:hic dispositionem quandam adeptus est diuinæ totius scientiæ. Qui vero deum & vnum & trinum esse didicit:hic diuinæ totius scientię & dispositionem & habitum fęliciter assecutus est. Vnde fit vt quēadmodum ad conclusionum scientiā:nullus callis perducit/q̄ principiorū præuia intelligentia:& ad habituum cōsequutionem/nulla nos attollit via:q̄ ipsarum dispositionum pernecessaria & pręcurrens adeptio: ita & ad diuinæ trinitatis sciētiam: nulla nos semita/q̄ per diuinę vnitatis cognitionem traducit. & ipossibile iudicam⁹ eū: qui abnegata dei vnitate:plures asserit esse deos:diuinę trinitatis effici cōsciū. quēadmodum & arduum est:vt absq; dispositione/vllus habitus in mentem succedat:& vt absq; clarissima principiorum notitia: subobscuriorum conclusionum scientia animum diuitē ac locupletem reddat.

Gentilium Hebræorum & Christianorum sectas quo ad diuinæ trinitatis scientiam:se habere velut hæc tria:dispositiōis priuatio:dispositio: & habit⁹ 45

Nam gentiles plurium cultores deorum: ipsam diuinam abnegabant vnitatem.quę est vt diuinæ totius scientiæ/præuia dispositio. Quocirca & illos diuinæ trinitatis scientia:q̄ est vt habitus/merito latuit:fueruntq; illi diuinæ totius scientiæ expertes:tam dispositione priuati q̄ habitu. At Iudæi & Arabes: vno gradu gentibus altiores & consummatiores euasere. Hi enim per plurium abnegationem deorum & vnius tantum dei confessionem:diuinæ totius scientiæ præuiam dispositionem

hoc eſt ipſius vnitatis ſcientiam adepti ſunt:
cuius tamen ſcientiæ culmẽ & habitus:eos ha
ctenus ſubterfugit. Confitentur enim tãtum
vnum eſſe deum:quem tamen trinum eſſe fa-
teri pertimeſcunt:ne forte in exoſam deorum
pluralitatem recurrant. Sunt igitur hi vt di-
uinæ totius ſcientiæ diſpoſitionem ſine habi-
tu:& principium ſine concluſione cõſequuti.
Porro Chriſtiani diuinæ totius ſcientiæ cul-
men/faſtigium:ſummitatem/& habitum: cũ
præuia diſpoſitione obtinuere. vt quib⁹ ſimul
& vnitas & trinitas diuinæ ſubſtantiæ/cceli-
tus illuſtratis innotuit. Sunt igitur Gẽtes &
Chriſtiani velut extremi:pura inquam diui-



na ignoratio & perfecta dei ſciẽtia. Iudęi vero
inter vtroſq; medii ſunt:altiores gẽtib⁹/Chri
ſtianis inferiores. Habent enim Hebræi diui-
næ dũtaxat ſcientiæ diſpoſitionem:habitu ha
ctenus carentes. Vnius enim dei ſacra agnitio
diuinæ totius conſũmatæ ſcientiæ diſpoſitio
eſt:& ad conſummatiorem habitum id eſt ad
diuinæ trinitatis notitiam:manuductio quæ
dam.

46 Diuinæ trinitatis ſcientiam quæ cun-
ctos naturales philoſophos latuit: ab
ſola vna diuinarum perſonarum: i ter-
ras aduectam Gentibus innotuiſſe.

Sacri diuinę trinitatis myſterii nitidiorem
& auguſtiorem ſolis claritate lucẽ: ſolus Chri
ſtus inclyt⁹ Chriſtianorum dux: in terras ad
uexit: ſuiſq; diſcipulis ac diſcipulorum imita
toribus: vnã ſe eſſe diuinarum trium beatiſſi-
marum perſonarum miris eloquiis expreſſit.
quã poſtmodũ ſpiritus ſancti dono cęlitus in
eos demiſſo planí⁹ illis retexit: ac demum per ę
eos/tantum myſterium in omnes Gẽtes effu-
dit. Quod enim Platoni/Pythagorę/Ariſtote
li ac emeritiſſimis quibuſq; philoſophorũ: per
mundanam ſapientiam/per naturalia argu-
menta inacceſſibile & incognitum manſit: id
viris ſimplicib⁹/ac literarum imperitis: id cõ
temptis hominibus & expurgamentis mũdi:
deus ſolus (cuius ſacra aura vbi vult ſpirat)
benigne reuelauit.

Diuinæ trinitatis ignorantiã Hebręis 47
imputari in peccatum.

Puer ante ephebos & virilem ætatem: pue
rilibus ludis & actibus vituperandus non eſt:
Vbi aũt vir euaſit: mox pueriles act⁹ illi dãtur
in vitium. Maledictus enim inquit ſcriptura
puer centum annorum. Inconſummata quoq;
dei ſciẽtia in tempore imperfecto: vitium aut
peccatum non eſt. Vbi tamen lapſa nubis & ca
liginis tempora/a præſenti eff luxere: iã demũ
aut ignorantia aut inconſummata dei ſciẽtia
vertitur in peccatum. Sicut enim matura ętas
iuxta diui Pauli teſtimonium: euacuare ea de
bet quæ ſunt paruli: & ea ſapere iis vt aſſueſce
re q̃ viri ſunt: ita & in tempore lucis: reiicien-
da eſt omnis ignoratio: ac diuinæ totius ſcien
tiæ excutienda caligo. Quo pacto enim nõ pec
cet oculus: qui præſentem lucem & vim pene
afferentem aſpernatur: & obturatis palpebris
intus admittere recuſat? Eſt igitur diuinę tri
nitatis ignoratio: hactenus Hebræis in pecca
tum.

Diuinæ trinitatis ignorantiam He- 48
bræis nõ modo in peccatum: ſed in ge-
minum peccatum imputandam eſſe.

In tempore veteris teſtamenti vt in paral-

C B A

Tempus noui teſta-menti in quo ſoli⁹ di-uinæ vnitatis ſciẽtia negationi diuinę tri-nitatis ãnexa duplex eſt peccatum.	Tempus veteris teſta-menti in quo diuinæ vnitatis ſcientia vir-tus erat: diuinæq; tri-nitatis ignoratio nõ erat peccatum.

F E D

lelogrāmo A B D E: ignorantia diuinę trinitatis peccatum nō fuit: in quo soliꝰ diuinę vnitatis agnitio: virtꝰ erat & iustificatio Hebręorum. At in tempore noui testamenti vt in parallelogrāmo plenitudinis tēporū B C E F: & ignorare & inficiari trinitatē duplici pro peccato habet: Primo qdem peccato ignorātię: Secundo vero abnegationis. Speranda tn̄ est vt ī superioribus libris docuimus: Hebræorū nobiscum cōciliatio. vt aut ex pręsenti sua dispositione: aut gentiū more/per spiritus sancti illustrationē: in diuinæ totius scientiæ habitū proficiant: diuinę tam trinitatis q̄ vnitatis scientiam adepturi. Nā cū frequēter docuerimꝰ deū: nec sola cōiūctione nec trinitate sola diffiniendum esse: sed sil' cōiūctione atq; trinitate: diximus cognitionē diuinę cōiunctionis: īitiū esse diuinę totiꝰ scientię. Ex quo velut ex p̄uia dispositione/in habitū: vnusq̄sq; in diuinę trinitatis agnitionē debeat assurgere. Sicut enī dispositio habitū p̄itrita & vnitas dei/apd̄ mētem/trinitatē dei pręcellit: magisq; arduū est scire deū trinum esse: q̄ nosse/illum esse vnicū/simplicem/ & immultiplicabilem. Est igit̄ sciētia Christianorum (quæ deum vnū trinūq; esse nouit) magis ardua & cōsūmatior: cognitione Hebręorū: qui nō plura de deo sapiūt/q̄ illum vnicum & indiuiduum esse.

49 Quot & quę sunt necessaria: vt diuinę vnitrinitatis scientia exhibeatur & cōpleatur recensere.

Septem præcipua atq; insignia sunt p quæ diuinæ vnitrinitatis scientia exhiberi & consummatius dari potest. Et hęc sunt. Primum: trinitas personarum/secundū earū vnitas siue consubstantialitas & in substantiæ identitate coincidētia: Tertiū earū ęqualitas: Quartum earum similitudo: Quintum earū ordo siue progressio: Sextū earū proprietas ac differentia. Septimū & vltimū/earūdē sufficiētia: dum solum tres esse personæ: & non plures q̄ tres esse posse asserūtur. Nam si horum septē quæ diximus insignium aliquod diuinæ substantiæ deesset: esset diuina substantia imperfecta: eiusq; sciētia inconsummata. si enim tā tummodo dixeris tres eē in deo personas: suppressa earum consubstantialitate substantiali ve vnitate: haud satis diuinam explicabis trinitatem. Etsi solum tres esse personas substantiali vinculo cohærentes asseueraueris: hæsitabit forsan aliquis an æquales aut inęquales sint: an similes aut dissimiles. Attēditur enim personarum æqualitas in duabus proprietatibus: in quantitate inquam substantiæ vt in infinitate: & in quantitate durationis earūdem: scilicet in æternitate. quia per id q̄ omnes tres & substantia infinitæ & duratione æternæ p bantur: tum æquales esse declarantur. atq; ab illis tam maius & minus: q̄ prius & posterius excluduntur. At earum similitudo in cæteris communibus dei prædicatis atq; nominibus expectatur. vt in bonitate/potentia/pulchritudine/veritate/necessitate/immobilitate: & aliis huiusmodi quæ diuinarum qualitatum rationes habere videntur.

Progressionē siue ordinē personarum: ad diuinę trinitatis sciētiam pertinere. 50

Præcedens de quatuor primis diuinę scientię insignibus: id est trinitate/vnitate/æqualitate/& similitudine loquuta est. Pręsens vero de tribus supremis vt ordine/proprietate/& sufficientia sermonem complebit: ostendens quo pacto hæc ad diuinam scientiam conducant. Nam si diuinarum personarum trinitatem/vnitatē/ęqualitatē & similitudinē aliqs edisseruerit: earum tamen p̄gressionem & ordinē per quē abinuicē exoriunt̄ suppresserit: is quoq; insufficiēter de diuina trinitate deq; triū p̄sonarum natura perpēdetur esse loquutus. Etsi eī in tribus p̄sonis nulla sit duratio/ne prioris & posterioris inęqualitas (oēs enim ęternę sunt) est tn̄ in eis prius & posteriꝰ ordine reperire. Nam ingenitus & a nulla anteriore persona ortum ducens pater: ordinis primatum merito obtineat voceturq; ideo persona prima. Filiꝰ vero persona secūda & media. At sp̄ūs sanctus ordine sup̄ma/vltima/ac tertia p̄sona nuncupatur: vtpote q diuinę totiꝰ p̄gressionis est meta. Et si quinq; priorū trinitatis/vnitatis/ęqualitatis/similitudinis/& ordinis scientiam dederit aliquis: adhuc expetere

licet quæ sint trium personarũ proprietates: quæ ve nomina singulis per se ac proprie sint accommodãda. Nam quę patri propria sunt: nec de filio nec de spiritu sancto enunciari possunt. Vt gignens/vt primum. Et quæcunq; nomina filii proprietates explicant: neutri aliarũ duarum adsunt: vt genitum/vt secundum. Et quæ rursum spiritui sancto adaptantur prędicata: vt procedens/vt tertium/ vt itẽ nec gignẽs nec spirans: hæc neq; de patre neq; de filio dicuntur. Deniq; si sex priorum quę recensuimus dei insignium: trinitatis/vnitatis/æqualitatis/similitudinis/ordinis & proprietatis sciẽtiam exarauerit quispiam: manet adhuc diuinæ vnitrinitatis incompleta inconsummataq; disciplina. Supererit enim expetẽdum: an nequeant in diuinis plures esse personæ q̃ tres? Siue an tres sufficiant: & in ternario sit diuina omnis consummata & absoluta progressio. Addendum est igitur sex priorib⁹ insignibus: extremum scilicet personarũ ipsarum sufficientia: quæ tres personas sufficere: & plures neq; esse posse/neq; necessarias esse edoceat. Sunt igitur septem insignia quę diuinam totam nobis scientiam adaperiunt. Trinitas/Vnitas/Aequalitas/Similitudo/Ordo/Proprietas/& Sufficientia. Aduersatur enim trinitas siue discretio personarum: confusioni earundem. Vnitas vero: substantiæ diuersitatẽ ab eis explodit. Aeq̃litas mai⁹ & min⁹/prius & posterius duratione excludit. Similitudo: diuina cuncta transcendentia cõmuniter tribus personis infert. Ordo: earum inordinationem tollit. Proprietas autem: earum nomina cauet esse impermixta. Et sufficientia: non plures/q̃ tres esse posse ostendit: ampliorẽ oẽm personarum numerum/& inutilem & impossibilem esse demonstrans.

51 Diuinam vnitatem bifariam dici posse: aliter quidem velut plurium deorũ exclusiuam: aliter vero vt trium personarum coincidentiam.

Nam ideo hanc propositionem tantũ vn⁹ est deus veram esse arbitramur: quia plures deos excludit. Hanc vero/deus est tantum vnus falsam esse remur: quia ob internã diuinę substantiæ vnitatem: sacrum trium personarum numerum cõfundit ac tollit. Quapropter hæ duæ propositiones: non sunt multi dii: & hæc tres personæ sunt vnicus deus: varie de diuina vnitate loquuntur. Prima enim extrinsec⁹ diuinam vnitatem: deorum multitudini opponit. Secunda vero eandem vnitatem intrinsecus sumẽs: eãdem velut radicem/velut item nodum/coincidẽtiam/& vinculum trium p̃sonarum sapiẽter autumat. Vnde fit vt prior sit consideratio & scientia huius propositiõis tantum est vnus deus: quæ extrinsecus diuinam asserit vnitatem/plurium exclusiua deorum: q̃ huius: tres diuinæ personæ sunt vnus deus: per quam trium personarum substantialis vnitas/nexus & cõcidentia intrinsecus demonstratur. Cõtingit enĩ plerisq; / vt hebręis/vnitatem primo modo sumptam: notam perspectamq; esse: quibus tamen secundo mõ acceptam/manebit ignota. Etenim norunt & confitentũr Hebræi tantum vnum esse deũ. quorum tamen opinio: huic propositioni Pater filius & spiritus sanctus sunt vnicus & simplex deus/refragatur & penitus aduersatur.

Diuinam vnitatem primo mõdo sumptam nobis esse notiorem sacro trium personarum numero: eandem vero secundo modo sumptam eodem numero nobis esse ignotiorem. 52

Cum dicimus diuinam vnitatem bifariam dici: haudquaq̃ dicere volumus duas esse diuinas substantias: aut geminas eẽ diuinæ substantiæ reipsa vnitates: aliam exteriorem aliã vero interiorem: sed diuinam vnitatem nũero & reipsa esse eandem: quæ nunc consideratione & oppositione plurium deorum/extrinsecus dicatur: nunc vero iuxta cõiunctionem trium personarum intrinsecus consideretur. Ac diuinę quidem exterioris vnitatis sciẽtiã: volumus priorem esse/scientia numeri trium personarum. Scientiam vero diuinę interioris vnitatis: aliquo pacto disciplia trinitatis posteriorem euadere. Hoc enim pacto diuinæ toti⁹ scientiæ habitum quisq̃ nancisci volens: de-


bet plurium deſtructione deorum: diuinæ exteriori vnitati applaudere: enuntiando tantum vnum eſſe deum. Poſtea vero agnita vnius dei diſcretione/ſeu perſonarum trinitate: demum opus eſt ex ipſa trium perſonarum aſſertione: in diuinam interiorem vnitatem recurrere: dicẽdo tres pſonas vnã tãtũ eſſe diuinam ſubſtantiam. Hoc enim pacto quis ex diuina exteriore vnitate: in diuinum arcanum numerũ aſſurget. ac deinde ex ipſo arcano trium perſonarum numero: in diuinam internã vnitatem id eſt in trium perſonarum vinculũ relabetur.

53. Trium diuinarum perſonarum diſcretionem rationali diſtinctiõe maiorem eſſe: & ſubſtantiali differentia minorem.

Diuinæ tres perſonæ magis abinuicem diſcretę ſunt q̃ ſola ratione: & minus abinuicem diſtant q̃ ſubſtantia. Diuinarum enim trium perſonarũ diſcretio haud extrema eſt: ſed aliquo pacto mediocris. hoc eſt rationali quidem diſcrimine maior: ſubſtantiali vero diuiſione & differentia minor. Nam diuina ſubſtantia vſqueadeo coniuncta non eſt: vt ſit confuſa & indiſcreta. Neq; vſqueadeo diſcernitur vt euadat inconiuncta & ſubſtantialiter plurima. Haud item vſqueadeo vna eſt vt non ſit trina neq; adeo trina vt vnica non maneat: ſed vnitatem cum numero: & cum vnitate numerũ ſeruat/diſcretionem coniunctioni: & coniunctionem diſcretioni copulat annectitq;. Illius enim vnitas haud opponitur numero: neq; numerus vnitati. Illius coniunctio haud diſcretionem excludit: neq; diſcretio coniunctionẽ exterminat. quandoquidem non eodem modo aut ſecundum idem hæc oppoſita in deo dicantur: ſed aliter vnitas & coniunctio: aliter vero trinitas atq; diſcretio illi inhæreant. Nã vnitas & coniunctio ſubſtantialiter ſolum: trinitas vero atq; diſcretio/ſolum perſonaliter ĩ deo enuntiantur. Deus enim qui ſolum ſubſtãtialiter vnus & cõiũctus eſt: ſolum ſecũdũ perſonam diſcretus trinuſq; celebratur. Triũ igitur diuinarum perſonarum diſcretio: maior eſt rationali ſiue imaginaria diſtinctione: & ſubſtantiali differentia minor.

Diuinam ſubſtantiam haud ſolum ratione: ſed ex natura ſua vnam trinamq; eſſe. 54


Hæc ſtatim ex præcedente pendet. Nã tam vnitas q̃ trinitas tam coniunctio q̃ diſcretio/ipſi deo ſecundum naturam ſuam adſunt: & non ſolum ab noſtræ mentis intelligentia. Deus enim per ſe & ſine noſtræ mentis conſideratione: veraciter vnus ac trinus eſt. vnus vt diximus ſubſtantia: trinꝰ vero perſonis. Qui ſi ſolum ſub noſtræ rationis intuitu/eſſet aut vnus aut trinus: tum demum per ſe ipſum & ex natura ſui neq; vnus neq; trinus eſſet. Aliud enim eſt: ens quoddam/quicq̃ eſſe ex natura ſui: & aliqd eſſe ex apprehenſione ſolius noſtræ mentis ſiue rationis. Vt paries cui vera/& ſenſibilis ineſt albedo: ex natura rei & nõ tãtum ex imaginatione rationis/albus eſſe iudicatur. At recta linea/aut circulus/aut punctũ aut triangulus/aut aliud quoduis mathematicum accidẽs: cum reipſa & ex natura ſui ſit in ſubiecto & in materia: ꝑ modũ tamen & apprehenſionem rationis a materia & ſubiecto eximitur abſtrahiturq;. Quod eñ re ipſa/qđ per ſe & ex natura ſua ſoli materiei ĩeſt: id ſola mentis cogitatione dicitur per ſe extra materiam ſubſiſtere. Si igit̃ diuinæ tres perſonæ: ſola mentis diſcretione & intelligentiæ iudicio ternæ dicerentur: eſſet diuina trinitas ſolum mentalis & excogitata trinitas. Non autẽ realis ac verus ternarius: ita ſe habens in re ſicut in ratione. Maior igitur eſt trium perſonarũ diſcretio rationali diſcretione: ſicuti magis eſt quod eſt & in re & in ratione: q̃ id quod eſt in ſimplici ratione. Sume enim hæc duo/ſubſtantiam & rationem/velut quædam extrema: rem vero tanq̃ amborum mediam: tunc diuinam trinitatẽ haudquaq̃ in extremis: ſed ĩ me



dio collocandam esse iudicabis, dicens diuinā trinitatem: haud esse substantialem discretionem diuinæ substantiæ: neq; solum rationalem eius differentiam ac numerum: sed eius discretionem plusq̄ solius rationis: & minus q̄ totius substantiæ.

55 Trium diuinarum personarum substātialem nexum ac vinculum: euersæ potiusq̄ rectæ trigonæ pyramidi similē euadere.


Præcedentes propositiones de primo septē insignium ad diuinam sciētiam attinentium loquutæ sunt. Hæc vero de secundo hoc est de substantiali trium personarum vnitate: nonnulla prosequetur: ostendens quo pacto aut q bus analogiis: id astrui queat. Vtere enim ad id dinoscendum / euersæ trigonæ pyramidis analogia. Nam trium personarū discretio superiore ex parte: earum vero substātialis coincidentia / ex parte inferiore: figuranda est. Sit enim stās & erecta pyramis trigona A B C D dico hanc explicandæ diuinæ vnitrinitati esse incommodam, hac solum de causa q conus D & totius coinciden tia: fastigium obtineat totius vero discretioq est personalis numer⁹ trium A B C: in basi figuretur. Si enim diuinæ tres psonæ sunt vt terni quidā diuini vultus / vt oculi / vt capita vt lumina quędam (et enim deus est vt substancia quædam vnica triceps triophtalma triumve oculorum: luminum / & vultuū particeps) sibi mutuo corradiātia seq; mutuo speculari & exosculari nata: manifestum est diuinorum huiusmodi vultuum / oculorum / capitū / aut luminum trinitatem: debere summa obtinere fastigia: inq; totius culmine & summitate esse figurandam. earum vero vnitatem & copulā: in imo & totius pyramidis cono esse exarandam. Congruit ergo magis si diuinam vnitrinitatē ex euersa / q̄ ex erecta & stante super basim pyramide designauerimus.





Modum quo diuina euersa pyramis: pro diuinæ vnitrinitatis explicatiōe sit constituenda explanare. 56

Quia em̄ pater in diuinis est prīa (& a nulla: neq; genita neq; pcedēs) persona: sit in primis pater vt punctum A. Quia rursum pater filium gignit: ipsa filii a patre generatio / est vt patris in filium q̄dam profectio, quā plerīq; vt Pythagoras: motum monadis ī dyada appellare solebat. Hæc ergo generatio est vt motus puncti A in punctū B: quo quidē motu pūctum A: gignit paritq; punctū B ductu ac protractione rectę lineæ A B. Habemus iam in diuinis pro nostra pyramide: conflatam lineam A B / inter patrē & filium. quæ filii a patre generationē nobis ostendit. quam etiam vnius in vnum motum: primamq; diuinam operationē nuncupamus. Porro pater & filius simul nō varie / non vt duo prīcipia / non differēter / aut inæqualiter spiritui sancto esse largiūtur. Hic enim æquis lineis ac radiis: procedit ab vtroq; non maiorē ab vno / q̄ ab alio: substantiæ portionem accipiens: nec vicissim prior ab vno: q̄ ab alio procedens. Hanc ergo duorum patris & filii: in spiritum sanctum / pgressionem: amborumve statum in tryade / q̄ spiritus sanctus est: duorum punctorum A & B in tertium punctum vt in C mot⁹: per lineas A C & B C: explicamus. Hę siquidem lineę: spiritus sancti a patre & filio simul: æternam procedētiam & emanationem sensibiliter explanāt. Iam vero ex his tribus lineis: supernam diuinę pyramidis claudim⁹ hysopleuricā superficiem: ęquam latitudinem longitudini sociantē. Deniq; q͠a pater fili⁹ & spūs: sunt vnica simplex & īdiuisa sub͠a: q͠a substātiali vīculo sibi l uicē agglutināt: exprimēda ē sub͠alis eor͠ coin


Pater per se a nullo







cidētia imobili corp sede in diuinæ substantiæ abysso & inscrutabili profundo: semper eodē modo se habente. Hanc ergo i mutabilem corū in diuina substantia sedem: explico per triū punctorum A B C in pūcto D coincidentiam. atq; hac suprema coincidentia: consurgit totius expetitæ diuinæ pyramidis corporea substātia. per quā diuina vnitrinitas nobis sensibiliter (quantū diuisibilium signorum cōmoditas finit) adaperitur.



57 Diuinam pyramidem trino quodā motu conficiendam esse.

Diuina pyramis trino motu conficitur. Primo vnius in vnum motu: qui est patris in filium: quo motu lineam A B produxim⁹. *Secundo* motu duorum in vnum: vt puncto A & B in C / siue patris & filii simul / in spiritum sanctum. Et hic motus: diuinæ pyramidis superficiem A B C exarauit. per quā diuini tres vultus: e regione sui collocantur seq; speculantur. Tertius vero motus trium pūctorum A B & C in puncto D coīcidentiam id est substantialem trium personarum nexū monstrauit. Hic enim tertius motus nulliparus est: nulli vultui aut personæ conferens originem. Nam propterea hunc etiam non tam trium personarū motum: q̄ earum in diuinæ substantiæ vnitate immutabilem sedem appellandū cēsemus. Effecta est igitur sigillatim diuinę totius substātiæ pyramis sensibile vnitrinitatis signū. cuius punctum & primarius fons est A: linea vero eius est A B: supficies A B C. Corpus vero & integerrima eius dimensio: est totum A B C D. Ab A enī puncto exorsi sumus: elicientes in primis ex eo lineam A B. deinde superficiem A B C: postremo toti⁹ pyramidis corp⁹ A B C D. A enim primogenium punctum patrem: qui a priore nulla persona exoritur ostēdit. Linea vero A B: filii a solo patre generationem refert. Superficies autem A B C: spiritum sanctum indicat simul ab vtroq; procedere. At totius pyramidis corp⁹ A B C D / nihil aut gigni aut procedere insinuat: sed dūtaxat cūctas tres personas: in totius diuinę substantiæ vnitatem recurrere pandit.

Diuinam totam substantiam & indiuisibilem esse: & tamen suo modo longā latam atq; profundam. 58

Indiuisibilis enim est diuina substantia: in fontano & originali patris puncto vt in A. Lōga vero in generatione filii: vt in linea A B. Lata deinde in processu spiritus sancti ab vtroq; vt in supficie A B C. in qua consummatur ab soluiturq; omnis diuina operatio: quæ ab A / puncto / primitus effluxit. Profunda demū in totius pyramidis substantia & Corpore: vt in interuallo A B C D. per quod trium personarum in diuina tota substantia coincidētiam / vnitatem / identitatem & imutabilem sedē explicari docuim⁹. Motus enī puncti A fœcūdus est: vtpote eliciēs ac gignēs B. Mot⁹ itē lineę A B / sterilis non est: vt q ex A & B pfert C At supficiei A B C mot⁹ in pfundū: nihil aut gignit aut spirat. Est igit diuīa tota substātia & impers: & tñ suo modo ex analogia pyramidis longa / lata / & profunda.

Diuinam internam operationem: duplici motu absolui. 59

Diuina oīs opatio: duplici motu absoluit. Primo inquam motu vnius in vnū: vt puncti A in pūctū B. quę est filii generatio: descripta & figurata per lineam A B. *Secūdo* vero motu duorū in vnum: vt delatione punctorum A & B in punctum C. quæ progressio spi-

ritui sancto esse confert: describitq; superficiē A B C/ quæ est diuina latitudo. Trium vero vt punctorum A B C in D motus: nil vt diximus gignit aut profert: sed solum index est p̄manentiæ & copulæ trium diuinarum personarum: in diuina tota substantia. Et hæc est diuina profunditas: totiusq; diuinæ pyramidis complemētum. Manifestum est igitur ex hac pyramide quā sensim perq; partes quasdā con

Vnum per se	Punctum	Pater
Vnius in vnum motus	Linea	Filius
Duorum in vnum motus	Superficies	Spiritus
Trium in vno conincidentia	Corpus	Diuina substantia.

flauimus: non obscure diuinam personalem discretionem & substantialem coniūctionem figurari. Et non modo ea quæ diximus: sed & alia innumera scitu digna/ quæ ad diuinā spectent vnitrinitatem: possunt ex trigone pyramidis/ diligentiori indagine/ deduci: quæ breuitati studentes silentio præterimus.

60 Sensibile quoddam diuinæ vnitrinitatis signum: quod diuinitus cuidam viro sancto innotuit recensere.

Astipulatur autem & huic trigone pyramidi nonnihil quod in sanctorum vita recensetur. diuum inquam Lupum deuotissimū Senonensium antistitem: in hęsitationem ac scrupum mysterii diuinæ trinitatis semel incidisse, eaq; hæsitatione cum flagrantissimis votis absolui & liberari percuperet: discendi eiusce mysterii auidus totus ad solitatum orationū p̄sidia/ sanctis amica viris confugit: precatus summū deū (qui solus se ipsum veraciter nouit) vt sibi arduam hanc nimis & inuiā hominibus intelligentiam: sensibili aliquo & euidēti signo aperire dignaretur. Huius igitur sacram & ex intimis cordis penetralibus profusam orationem haudquaq̄ aspnata diuina clementia: oranti viro sancto/ quod rationabiliter/ quod pie & deuote petierat clementer indulsit. Nam dum sequenti die sacris astans altaribus: purgatis (vt solet) animis missarū solennia religiose decantaret: clara/ patula/ & apertis oculis manifesta visio: illi huiusmodi apparuit. Tres gemmæ/ candore plusq̄ cristallino nitentes: cęlitus in eiꝰ calicem sensim delabi visæ sunt. Quæ vbi in sanctificati calicis fundū delapsæ sunt: mox in vnius gēmæ substantiā coaluere: ad hūc modum post expressam diuinarum personarum trinitatem: ipsius demū diuinæ substantię vnitatem propitiis signis referantes. Hæc ergo sanctissimi antistitis festiua ac propitia visio: his quæ nuper diximus/ palam applaudit: euersam inquā pyramidem q̄ erectam: luculentius esse diuinæ vnitrinitatis signum.




Diuinas tres personas: haud esse in diuina tota substantia: velut aut accidentia: aut substātiales tres formas in subiecto eodem. 61

Quoties dicimus diuinas tres personas/ aut vultus esse/ aut oculos/ aut lumina/ aut actus diuinæ totius substantiæ: his sensibilibꝰ nominibus/ disciplinæ gratia vtimur. Ac ne circa hæc nomina rudior ac hebetior quisq̄ ab errare incipiat: putans hos aut vultꝰ aut oculos aut lumina aut actus: esse forte in diuina substantia aut vt accidentia aut vt substantiales formas: cōcordes atq; vnanimes in eodem subiecto: aliud vt esse diuinas tres personas: & aliud simpliciter ipsam diuinam essentiam: siue substantiam in qua resideant: & in qua ad modum formarum aut accidentium suffulciantur: huic hallucinationi & errori imperitiorum: duximus in præsenti propositione p̄uide occurrendum. Existimare enim posset aliquis aliud forte esse diuinam vnitatē/ aliud vero diuinam trinitatem. Ac diuinam quis

dem vnitatem/eſſe vt materiam aliquam ſubiectam. Diuinam vero trinitatem: perſimilem eſſe cuidam concordi & indiſſidenti formarũ aut accidentium trinitati: in eiuſdem ſubiecti & materiei clauſtro ac domicilio reſidenti. Diuinam quoq; eſſentiam eſſe vt quoddam fulcimentum trium perſonarum: perinde atq; materia naturalis eſt & ſubſtantialium formarũ & accidentium fultura & ſtabilis mãſio. Huic igitur hebeti ac ſtolido occurrentes errori: dicimus diuinam totam ſubſtantiam ſimpliciſſimam eſſe atq; omnino impertẽ: & vbiq; ſimilem. nec differentiam ſubſtantialem/vllam eſſe inter eius vnitatem atq; trinitatem: ſed ſimilem eſſe trinitati vnitatem: & trinitatẽ vnitati. Et vnitatem atq; trinitatem: vnicam eſſe & indiuiduam diuinam ſubſtantiam: per omnia vniformem: ſibiipſi conſonam/nihilo a ſe ipſa diſſidentem. Nec eſſe iuſtam proportionem diuinę vnitatis ad materiam: diuinę quoq; trinitatis ad formas tres: i materia eadẽ/vnanimiter ſine lite & contrarietate manentes.

62 Diuinam trinitatem haudquaq̃ a diuina vnitate diſtingui: tanq̃ ſubſtãtiales formas a materia.

Norunt enim cuncti ipſas naturales ac ſubſtantiales formas: alterius eſſe ſubſtantiæ tam abinuicem/q̃ ab ſuo ſubiecto vt a materia. Nã ſi dixeris natura poſſibile eſſe: vt tres formę A B C ſimul abſq; lite & contrarietate inhæreãt materiei D: & cum ſubiecto D/cõſtent vnum aliquod ens: quod coniunctum quidem ſit & vnum vnitate ſubiecti D: diſcretum vero atq; trinum numero ac trinitate formarũ A B C: dico id ſenſibile totum (quod tamẽ natura nequaq̃ ſubſiſtere poteſt) incommodum eſſe diuinæ totius vnitrinitatis ſignum. Nam in eo aliud eſt coniunctio/aliud diſcretio/aliud vnitas vt ſubiectum D/aliud vero trinitas vt formæ tres A B C. Eſt item eius coniunctio diſſimilis diſcretioni: & alterius naturæ diſcretio a coniunctiõe. Nam materia diſſimilis eſt ſuis formis: & alterius naturæ eſt omnis forma/a materia. Rurſum tres formę A B C: & alteri⁹ ſunt ſubſtantiæ abinuicem: & q̃uis illas dixe



ris eſſe cõcordes: & abſq; pugna/ſimul manẽre in ſubiecto D: vt ex ipſis cum ſubiecto D: totum aliquod vnitrinũ ens conſletur: dico tñ ob ſubſtantię diuerſitatẽ: & formas/A B C abinuicẽ ſeparabiles eſſe: & perpetem non habere in materia manſionẽ: a qua pariter/ob ſubſtantiæ diuerſitatem abiungi queãt. Haud eſſet igitur totum ens A B C D: verum & ſimplex vnum: ſed vnum diuiſibile ex plurib⁹ aggregatũ: & ex diuerſis naturis vt materia ac formis cõcretũ. Conſtat igiẗ q̃ incõmodũ eẽt totũ ens A B C D: diuinę totius vnitrinitatis ſignum.

Diuinam trinitatem a diuina vnitate non modo inſeparabilem: ſed indiſtinctam penitus eſſe. 63

Q̃q̃ interdũ diſciplinæ gratia diuinã trinitatẽ ac diſcretionẽ/diuinũ vocemus actũ: diuinã vero vnitatẽ & cõiunctionẽ nũcupemus diuinã quandã potentiã ſiue eſſentiã: per has tñ act⁹ & potẽtię circũloquutiones: nolum⁹ diuinã trinitatẽ aliud eſſe a diuina vnitate. Imo vero diuinã trinitatẽ nõ mõ a diuina vnitate dicimus eſſe inſeparabilẽ: ſed etiã ab ea ſubſtãtialiter indiſtinctã. Neq; enim diuinæ pſonæ/ſubſtantiales formas adamuſſim ęmulanẗ: q̃ñ quidem diuinæ tres perſonæ ſint vnica ſubſtãtia. q̃ etiã duplici vinculo (nam & ſubſtantiali vnitate & voluntatis concordia atq; vnanimitate) ſibi ipſis adhærentes: abinuicem inſeparabiles contra impiam Arrianorum doctrinam prædicantur. Quapropter in ea pyramide quæ particulatim conſtructa prius a nobis eſt: diuini tres vultus ſiue

oculi ita accipiendi sunt: vt hi quidẽ quoad so
lam naturam aut vultuũ aut oculorum / abin
uicẽ discreti sint. Haud enim paternus vult⁹ /
est vultus filialis: neq; vult⁹ patris & filii sunt
vultus spiritus sancti. Hi tamen tres vultus:
quoad naturam corpulentiæ siue totius sub-
stantiæ sunt vnum. Non enim sunt vnic⁹ vul
tus / sed terni vultus: in eadem substantia con
clusi & comprehensi. Nam quæ de vultu dici
mus: de persona enuntiato. Est enim vultus: p
sona quædam. Insunt enĩ deo tres personæ: nõ
tres substantiæ. Vnica vero est diuina substã
tia: non tamẽ vnica dei persona. Hoc enim mo
do humano more loquentes compluribus no-
minibus: vt capite / oculo / vultu / lumine / actu
& aliis huiusmodi: diuinas tres personas cir-
cunloqui non erit absurdum. Nõ sunt igitur
diuinæ tres psonæ in diuina substantia velut
aut accidẽtia aut substãtiales formæ in subie
cto: sed tanq̃ in eadem & penitus indiuidua at
q; indifferenti substantia accipiendæ.

64 Diuinarum trium personarum æquali
tatem: in immensitate substãtiæ & du
rationis æternitate esse præcipue attẽ
dendam.

Diximus de duobus primis insignibus ad
diuinæ vni trinitatis scientiam spectantibus:
scilicet de trinitate & de trium personarũ con
substantialitate seu substãtiali identitate. Hęc
autem de tertio insigni dicere inchoat: docens
in quibus diuinarum trium personarũ sit at-
tendenda æqualitas. Diximus autem diuina-
rum trium personarum æqualitatem / præci-
pue obseruandã esse in duobus. scilicet in infi
nitate substantiæ & in æternitate durationis.
Nam pater immensus / immensum pariter fi-
lium gignit: & ætern⁹ ęternum. Et pater & fi
lius immensi & æterni: spiritum sanctũ & sub
stantia immensum & duratione æternum spi
rant. Sicut enim extera dei operatio absolui
tur in substantiæ diuersitate & inæqualitate:
ita & intima eius actio / nequaq̃ diuinæ sub-
stantiæ nodum dissoluit: neq; ad inęqualitatẽ
aut substantiæ aut durationis labitur. Nam
quicquid intra se ipsum molitur de⁹: quicq̃d
æterna foecunditate parit: id neq; est a diuina
substantia alienum: neq; ab infinitate aut ęter
nitate deficiens. Est enim diuina tota discretio
trina quędam ęqualitas: hoc est trium diuina
rum personarum æqua & substantię & perma
nentię immensitas. Si enim filius est substãtia
lis & adęquata patris imago: necesse est filium
per omnia patri esse ęqualem. vt nihil sit in pa
tre: quod non reluceat in filio. Est igitur in di-
uinis personis: exacta & substantię & duratio
nis ęqualitas attendenda.

Exemplo sensibilium & materialiũ spe 65
culorum: ęqualitatis diuinarum trium
personarũ sumere coniecturam.

Trium diuinarum personarum æqualita-
tem: in sensibilib⁹ materialibusve speculis cõ-
iicere licet. Nam si oculus se ipsum in speculo



intueatr: tota quæ in specu-
lo est mago: pendet / gignit
aut profertur ab astãte ocu
li veritate. apparetq; imago
non maior aut minor: toti⁹
ipsius oculi substantia: sed
ęqualis eidem: tota totũ &
sola solum referens oculum. modo saltẽ sit iu-
sta speculi & oculi semotio: sitq; speculum vni
forme: syncerum / tersum / non varium. Inter-
dum enim nimia speculi ab oculo distãtia / aut
male affectum speculum: ipsam veritatem in
imagĩe permutabit: facietq; eam aut omnino
non apparere: aut minorem aut dissimilem vi
deri. Et non modo ex natura speculi: ęqualita
tem substantię exemplaris & imaginis depro-
mere licet: sed & ęqualem amborum permanẽ
tiam. Nam q̃diu speculo astiterit oculus: tam
diu (modo nulla intercurrat opacitas) ipsius
oculi imago ĩ speculo relucebit. Et si abscedat
oculus: simul & imaginem ab speculo facesse-
re oportet. Et si intellexeris oculum sese ęter-
ne fuisse speculatum: necesse est vt ab ęterno
sua illi astiterit imago: nõ minus ęterna / q̃ ea
veritas a qua pendet. Huius ergo analogię in
dicio: coniicere licet diuinas personas / esse ad
inuicem & substantia & duratione ęquales: vt
sequens propositio latius edocebit.

66 Deum eſſe velut ęternum oculum:ſeip
ſum iugiter ſpeculantem.

Transfer oculi ſeipſum in ſpeculo videntis
analogiam/in deum.dicens deum eſſe vt æter
num oculũ:ſeipſum ab æterno nõ in materiali
& peregrino ſed in imateriali & cõſubſtantiali
ſpeculo cõtẽplãtẽ. Verumenimuero vt filii na
tura tibi commodius illuceat:dic diuinũ ocu-
lum:vt ſeipſum ſpeculetur:haud eſſe ſpeculi i
digum:quandoquidem ſubſtantialis & fonta-
nus dei oculus (quã paternã perſonam appel-
lamus) ſubſtantialem ſui imaginem ſeu patẽ
& ſimilem ſibi oculum gignit:quem filium nũ
cupamus:qui & accidens nõ eſt:ſed vera & ſu
perſubſtantialis ſubſtantia. Hic enim in ſpecu
lo & ſubiecto nequaq̃ recipitur:ſed eſt vt ima-
go libera/abſoluta/per ſe degens/excepta a ſpe
culo nullo:patri & primario oculo iugiter ob-
iecta. Et quę de filio in oculi analogia teſtamur
eundem patri & ſubſtantia & dutatione æqua
lem aſſerentes:eadem de amborum ſpecie id eſt
de ſpiritu ſancto pari proportione dicãtur. Nã
ſpiritusſanctus eſt vt tertius diuinus oculus:
amborum extremorum oculorum ſpecies. In-
tellige ergo eum qui ſpeculo aſtat oculũ/& ei⁹
imaginem q̃ in ſpeculo eſt/ſpirare mutuo aſpe
ctu in ſeinuicem ſpiritaleſq; radios vibrare ac
profundere e ſemetipſis:quarum in medio cõ-
cretione:ſurgat tertius quidam oculus/ſtans
in amborũ extremorũ medio:ambobus æqua-
lis ac ſimilis. Hęc ſenſibilis cõiectura:te aliquo
pacto in ſpeculandam ſpiritusſancti perſonam
attollet:ediſſeretq; illum eſſe extremarum per
ſonarum emanationem/ſpiritalem auram/mu
tuam collucentiam/irradiationem/cõcurſum
complexionem/amorem/nexum/vinculum.

67 Diuinarum trium perſonarum ſimili-
tudinem:in communibus diuinis qua-
litatibus eſſe accipiendam.

Hæc quartum diuinũ inſigne proponit:ex
ponens in quibus nominibus/prædicatis/aut
proprietatibus/ſit diuinarum trium perſona
rum ſimilitudo accipiẽda. Dicimus enim quo
niam in iis diuinis prędicatis atq; nominibus:
quæ diuinarum cõmunium qualitatum emi-
nentes rationes prę ſe ferunt. Hæc nempe no-
mina/nulli diuinarũ perſonarũ propria ſunt:
ſed tribus æque communia. Nam ſiue abſolu-
te & in ſuis abſtractis diuina huiuſmodi prędi
cata ſumantur:vt pulchritudo/bonitas/veri-
tas/ſapientia/poteſtas:ſiue in concretione qua
dam & appellatione concretorum:vt pulcher/
bonus/verus/ſapiens/potens:hæc eodem mo
do de tribus pſonis enũciãtur. Eſt enim pater
ipſa ſimplex & abſoluta bonitas. Similiter & fi-
lius abſoluta bonitas eſt. Et ſpiritusſanctus:eſt
pariter abſoluta bonitas. Pater item bonus eſt/
filius bonus/ſpiritusſanctus bonus. Neq; enim
plus bonitatis adeſt patri:q̃ filio:aut q̃ ſpiritui
ſancto:cum ſit in cunctis perſonis æqua immẽ
ſa & infinita bonitas/veritas/pulchritudo/po
tentia/ſimplicitas. Et ita de cæteris diuinarũ
qualitatũ nominib⁹. In his ergo & hmõi enũ-
ciationib⁹:diuię ſimilitudines ſunt accipiẽdę.

In creaturis ex natura concretorum & 68
abſtractorum:enũciationes variari ac
diſſimiles fieri.

In creaturis ex natura concretorum & ab-
ſtractorum:enunciationes variantur. Vt ſi pa
ries albus eſt:non ideo paries eſt ipſa albedo. Si
homo ſapiens eſt:haud idcirco conuenit vt ho
mo ſit ipſa ſapientia. Hæc autem accidunt ob
naturam participationum:quia alia quidem
ſunt quæ participant/alia vero quæ participã
tur. Participat enim paries. Color vero vt albe
do participatur. Et rurſum participantiũ alia
prius:alia vero poſterius ipſarũ participatio-
num conſortia fiunt. Quamobrem nimirũ ſi
in his differentias diſſimilitudinis vt magis &
minus/maximum & minimum/exoriri videa
mus. Nam dicimus deum maxime ſapientem
hoc eſt ſapientiſſimum eſſe:quia eſt & ipſa ab-
ſoluta ſapientia. Cæterũ angelus & homo diſ-
ſimiliter dicuntur:vt qui non ſunt ipſa abſolu
ta ſapientia/ſed mediocriter ſapientiæ parti-
cipes. Angelus magis:homo paulominus:bru
ta vero animantia minime ſapientia aut ſapiẽ-
tiæ participia vocantur. Hæ ergo enunciatio
nes:ex differentia pendent abſtracti & cõcreti.
Nã de deo ſapiẽtia in abſtracto:q̃ de creaturis

manifeſte ad diuinarum trium perſonarum in
ternum ordinem ſpectare iudicaueris! Eſt em̄
Adam vt prima perſona humani generis. Eua
vt ſecunda quæ ex priore ortum duxit. Cain
vero aut Abel perſona tertia: quę ex prioribus
duabus velut concurrentibus extremis ſub-
ſtātiam accepit. Ad hunc enim modum deus
humani cōditor generis: illiꝰ initia in arcanę
ſuæ trinitatꝭ figura & vmbra ꝓuide diſcreuit.

73 Rariſſimas eſſe analogias: quæ diuina
rum perſonarum conſubſtantialitatem
ſeu ſubſtantiale vinculum nos edocere
ſufficiant.

Qꝫ q̄ præcedēs analogia: ad cætera diuinæ
vnitrinitatis perſcrutanda inſignia / vt ad con
ſubſtantialitatem / æternitatem / ęqualitatem /
ſimilitudinem / nominum proprietatem & ſuf
ficientiam minime conducat: ſatis tamen ad p̄
ſens de quo loquimur inſigne / hoc eſt ad trium
perſonarum ordinationem dinoſcendam con-
fert. Impoſſibile em̄ eſt vnica & ſimplici analo-
gia: diuinæ vnitrinitatis exhibere ſcientiam:
ſed id compluribus faciundum. Nam quæ ad
vnum diuinorum referandorum inſigniū ſuf
ficit: ad reliqua explicanda inſufficiens reperi-
tur. Et profecto licet crebræ analogiæ cæteris
ſuppetant inſignibus: rariſſimæ tamen occur
runt quæ diuinarum trium perſonarum con
ſubſtantialitatem ſubſtantialeꝗ vinculū / nos
edoceant. Nam fere omnes quę ex creaturis de
promūtur: ipſam ſubſtantialem diuerſitatem
inuoluunt. Perpaucæ vero vel nullæ: ſubſtan-
tialem vnitatem apprehendunt.

74 Naturalem trium perſonarum ordinē
perfacile ex officiis virium humani ani
mi depromi poſſe.

Hic naturalis eſt triū perſonarū ordo: Pa-
ter / Filius / Spiritusſanctus. quo in ordine pa-
ter prima perſona eſt / filiꝰ media & ſecūda / ſpi-
ritus vero tertia & extrema. Nam filii a patre
generatio: ipſius ſpiritus ab vtroꝗ proceden-
tiam / ordine præcellit. quemadmodum in ſu-
periore analogia ſeipſum videntis oculi: ipſa
imaginis in ſpeculo ſuſceptio / prior intelligit:
q̄ fieri queat ipſius veri oculi & ſuæ in ſpeculo
ſuſceptæ imaginis in medio ſpiramen & mu-
tua quędam collucentia: ex qua tertiam ambo
rum (ſcilicet veritatis & imaginis) ſpeciem co
aleſcere diximus. Id quoꝗ accidit in cūctis ana
logiis quæ diuinarum trium perſonarum or-
dinem pandunt. In his enim inter prius & po-
ſterius ordine: accidit & prius & poſterius tē-
pore: vt in Adam Eua & Abel: in quibus & or
dinis & temporis prius & poſterius offendun
tur. Nam quæcunꝗ in deo ſecundum æterni-
tatem contingunt: hæc a creaturis ſub tempo
ris differentia referūtur. Et in analogia animi
(qui tribꝰ viribus pollet: intellectu / memoria /
& voluntate) licet ternæ vires tempore & du-
ratione ſimul ſint (Nam cunctæ toti animo in
inſtanti: ſunt a deo concreatæ) earum tamen
functiones atꝗ operationes / annexam ſibi ha-
bent temporis inæqualitatem. Prior eſt enim
tempore operatio ipſius intellectus: functione
memoriæ: quandoquidem ſi non egerit quicq̄
prior intellectus: quid demum agere poſſit me
moria! Quam enim intellectualē ſpeciem / me-
moria in arcano ſui prōptuario ſaluabit: ſi nō-
dum vlla huiuſmodi ſpecies eſt in animū / per
valuas intellectꝰ introducta! Et quo pacto rur-
ſum voluntas contemplationis & meditatio-
nis fungetur officio: niſi prius & intellectualis
ſpecies / animi thalamos per oſtium intellectus
ſubierit: & ſit eadē ipſa in ſcrinio memoriæ re-
ſeruata! Ex hac igitur trium animi virium cla
ra & perlucida analogia: perfacile trium diui-
narum perſonarum & ordinē & officia diſce.
Nam pater vt intellectus eſt: quem diuus Dio
nyſius fontanam deitatē appellat: ſicuti & in-
tellectus fons eſt animi: quo cunctæ animi diui
tiæ ſcatent profluuntꝗ in animum. Filius au-
tem eſt vt memoria: quæ ſicuti per ſeipſam in
ops eſt: ſicuti nihil habens / niſi quod in illam ab
anteriore vi intellectrice traducitur: ita & filiꝰ
nihil habet per ſe: niſi qđ acceperit a patre. Spi
ritus vero ſanctus / merito voluntatem æmula
tur: quia ſicut voluntas media inter intellectū
& memoriam: partas quidem ab illo & reſerua
tas ab iſta / notiones in actum ſpeculationis &
cōtemplationis reducit: ita & ſpiritusſanctus


elucidatio splendor & relucentia quædam est patris & filii: vt ve amborum copula/vt eorũ in suo actu & operatione congressio.

75 Filium in diuinis nunc vt mediam nũc vero vt extremã personam: nuncupari sanctum quoq; spiritũ nunc extremam nunc mediam personam vocari.

Interdum filii & spiritussancti variãtur appellationes. Nam filius ordine progressionis a patre medius est. Spiritus vero emanatione & origine extremus: quem etiam diuinæ totius operationis statum finem ac terminum nuncupamus. Attamen ratione & natura functionis siue officii: filius extremæ spiritus vero medię personæ nomen habet. Est enim spiritussanct⁹ patris & filii vera naturalisq; connexio. vt qui non ab altero tantum eorum: sed ab vtroq; medius procedit. Sunt enim intellectus & memoria: extremę vires animi. Voluntas aũt suopte officio vtranq; cõnectit atq; apprehendit: quã idcirco velut ambarum vinculum: haud ab re inter vtranq; officio mediam appellamus: quę tamen ordine extrema reperitur. Sicut autem intellectus in animo semper est prim⁹: tam ordinis/q̃ officii primatum gerens: ita & in deo/patris persona: vtroq; in ordine eodem modo se habet: tam ordine & professione/q̃ officio prima. Omnis enim diuina & progressio & actionum functio seu perfruitio: a solo patre initium sumit.

Diuinarum trium personarũ proprie-
76 tates primitus in personali earum esse obseruari debere.

Hęc sextum diuinum insigne: scilicet ipsam personarum proprietatem affert in medium. Dico igitur diuinarum trium personarum proprietates: esse bifariam obseruandas. Primo iuxta naturam personalis esse/vniuscuiusq; ipsarum. Secundo vero iuxta proprietatem nominum & appellationum: quæ secundum naturam personalis esse: singulis competere probantur. Nam in primis propriũ est vnicuiq; personę: esse personale. quod veraciter siue re ipsa ab esse personali cuiusvis alterius personæ discernitur manens cum eo inconfusum. Habent enim diuinæ tres personæ/communitatem solius substãtiæ: nõ cõmunitatẽ personę: quia nihil de persona vnius est confusum cum persona alterius: sed quælibet persona vt huiusmodi: tota a cæteris duab⁹ discreta est: & solo substantiali vinculo (non autem sub esse personali) illis coniuncta & cum eis vna. Vt sit verbi gratia linea. A.B.C.D. velut diuina tota sub-



stantia: sitq; linea. A.B. vt persona tota patris B.C. vero vt persona filii. C.D. autem vt persona spiritussancti. Quia totum. A.B. est persona patris: nihil est ex. A.B. quod sit confusum in. B.C. & nihil est ex. B.C. quod sit in. C.D. cõfusum. Est enim totũ. A.B. personaliter discretũ ab eo qđ est. B.C. & C.D. Similiter & B.C. totum ab eo quod est. C.D. personaliter discernit: ita vt q̃q̃ hæc tria. A.B: B.C: & C.D. sint vnica substantia: non tamen sint vnica persona. sed veraciter personæ tres: nihilo in se inuicem confusæ: nihilq; iuxta suum esse personale habentes commune.

Nihil esse tribus personis commune: 77
quod spectet ad personale earum esse.

Si enim dixerit quispiam aliquid esse trib⁹ personis commune: quod spectet ad personale esse/siue ad proprietatem & discretionem earundem: sit disciplinæ gratia/in præcedentis figura linea. E.F. communis patri & filio: spectans ad personale esse vtriusq;: ita vt totum E F. sit & de persona patris: & totum de persona filii. Quia igitur. E: F. totum/spectat ad patris personam hoc est ad proprietatem personalis ipsius discretionis: erit. E.F. concurrens in generatione filii ac gignens. Totus enim pater filium gignit: nec est aliquid e patris persona humano more loquendo: quod absit a generatiõe

filii. Si enim aliquid eſſet ipſius patris / quod filium non gigneret; diuiſus eſſet pater in ſuæ perſonæ proprietate; quia aliud ipſius gigneret: aliud vero nequaq̃ gignere diceref. Et quia rurſum totum. E. F. perſonam filii ſubit / eſtq̧ ſimul de perſona filii: erit totum. E. F. genitum a perſona patris. Nam tot⁹ filius / gignitur a patre. Nec eſt aliquid i perſona filii quod maueat a patre ingenitum / quod ve ſit ortum a nullo aut a ſeipſo. Quare totum. E. F. erit ſimul & gignens & genitum. Gignens quidem vt ſpectás ad patris perſonam: genitum vero vt in filii ꝑprietate & perſonali eius eſſe comprehenſum. Haud eſt igitur ſentiendum aliquid eſſe trib⁹ perſonis commune: præter ſolam ſubſtantiam cuius vinculum: nequaq̃ perſonale & propriũ eorum eſſe confundit. Nam perſonalis earum proprietas: ſemper manet in totius ſubſtantię vnitate inconfuſa / ſemper / diſcreta ſemper imparticipata.

78 Diuinarum trium perſonarũ proprietates ſecundo in nominibus & appellationibus vnicuiq̧ earum propriis conſiſtere.

Primam hanc quam diximus trium perſonarum naturalem veramq̧ in diuina tota ſubſtantia diſcretionem ac proprietatem; comitatur ſecunda quædam proprietas nominũm & appellationum. Nam paternum nomẽ; ſoli patri & alteri nulli congruit perſonę. Filii quoq̧ appellatio: duntaxat ſecundę perſonę venit tribuenda. Ac ſpiritusſancti nomen: tertiæ ſoli ꝑſonæ eſt accommodandum. Gignentis itẽ vox ſolius patris eſt propria. Geniti ſolius filii. Procedentis vero: tantũmodo ſpiritusſancti. Rurſum principium ac fontana deitas; ſolum explicant patrem. Medium ſaltem ordine / ſolũ filium enũciat. Finis aũt ac termin⁹: in ſolo ſpiritu ſumẽdi ſunt. Et quoties ad diuinarũ triũ perſonarũ ſapidam & ſuaueolentẽ intelligentiam: ex creaturarum & inferiorum rerum ꝓportione & analogia nitimur: vt ex intellectu / memoria atq̧ voluntate: & aliis huiuſmodi ex noſtra conſuetudine petitis ſimilitudinibus: in his quoq̧ diſcretionem / ordinem / & proprietatẽ ſeruare oportet: vt ea nomina nequaq̃ cõfuſe: ſed diſcrete ſingulis cõferantur perſonis: iis inquam: quarum magis per uias & euidentiores proprietates ſignant. Vt patrem hac de cauſa magis intellectum q̃ memoriam appellare licet. Filium quoq̧ ſatius memoriá: q̃ intellectum: ſpiritum vero voluntatem: & non memoriam aut intellectũ: ob eas cauſas quas pri⁹ in animi analogia recenſuimus. Sunt igitur diuinarum trium perſonarum proprietates in primis iuxta perſonale ipſarum eſſe. Secundo vero ex conſequenti: ſecundum differẽtias nominum & appellationum obſeruandæ.

Extremarum perſonarum nomina ad 79
ſeinuicem propria eſſe & accõmodata
iuxta vero medię perſonę vt ſpiritusſã-
cti rationem: impropria & impertinen
tia eſſe.

Extremæ perſonæ pater & filius: ad ſeinuicem propria & accommodata nomina ſortiuntur. Prima enim perſona cum ſecundã gignat: merito ſecundæ pater appellatur. Secunda vero cum a prima / generationis modo exoriatur ideo primæ perſonæ filius nuncupatur. Eadẽ tamen nomina extremarum perſonarum: ad tertiam perſonam / impertinẽtia & impropria ſunt. Nam pater / non gignit ſpiritum ſanctũ. Non eſt igitur pater ſpiritusſancti pater: ſed ſolius filii. Et filius ſpiritum ſanctum nõ gignit: neq̧ ab eodem gignitur: quare filius ad ſpiritum ſanctum: nec pater nec filius dicẽdus eſt. Eſt enim filius ſolius patris: & non ſpiritusſancti filius. Vnde ſit vt nomina patris & filii: ſint duntaxat primariæ diuinæ operationis: id eſt generationis / commodæ appellationes. Secunda vero diuina operatio / qua ſpiritusſanct⁹ ab vtroq̧ procedit; aliis nominibus eſſet retegenda. Etenim pater vt pater: ſolum gignit / nõ ſpirat: & filius vt filius: ſolum gignitur nihil ſpirans. Ambo vero vt medium ſpirantes; nequaq̃ his nominibus / ſed ſub alia quadam appellatione: quę ad mediam perſonam ſit illis idonea eſſent explicandi. Hæc tamen nomina nobis hactenus deſunt.

Spiritusſancti nomen mediæ perſonæ 80

vt ad extremas confertur proprium & aptum eſſe.

Nomen ſpiritusſancti/aptum & idoneum eſt proprietati ipſius enucleandæ:vti ad extremas perſonas actu cōparatur. Nam ſpiritusſanctus vt huiuſmodi:ſub vera & permanenti ſui nominis appellatione/procedit ab vtroq;. Eſt enim ſpiritusſanctus: haudquaq̄ filius patris aut filii: ſed vero proprio & competēti nomine amborum ſpiritus & ſacra emanatio. Vnde fit vt ſi extremis perſonis patri ac filio:iuxta pertinentiam & emanationem ſpiritusſancti ab ipſis/nomina indere vellemus: non diſparia aut diuerſa:ſed conſimilia & eadem eſſent ambabus iponenda. Pater enim & filius:æquali penitus & conſimili modo/ſpiritum ſanctum ſpirant: qui etiam ab ipſis:non diſſimiliter/non varie/non inæqualiter/ſed vniformiter procedit. Cunctorum enim extremorum eadem ad medium ratio eſt:idem nomen:eadem appellatio:per quam ſimplici & vnica conſyderatione medii:vocanſ vt ei⁹ extrema & proferentia.

81 Extremarum perſonarum ad mediam: congrua & apta nomina eadem eſſe oportere.

Nam varia nomina: competunt extremis duntaxat adinuicem. vt pater & filius:ſolū ad inuicem & ſunt & cenſentur huiuſmodi. Ad ſpiritum vero ſanctum:iam non eo modo dicātur:neq; ſi illis/relatitia ad ſpiritum nomia qs indere voluerit:diuerſa aut varia:ſed paria/ſimilia/& eadē imponere debet:cū eadem ſit amborum extremorum tanq̄ vnius principii ad medium ratio:ac penitus vnica/ſimplex/& indiuidua proportio. Qui enim varia dederit extremis ad medium nomina:debet & eodem argumento variis nominibus in comparatione extremorum diſtinguere medium:& altero quidem nomine/ipſius medii ab vno extremorum originem:reliquo vero nomine/eiuſdem ab altero extremorum emanationem circunloqui. Atqui totius medii eadem eſt/par/vniformis/ac omnino ſimplex ab vtroq; extremorum emanatio:vnico pariter nomine explanāda atq; retegenda. Non ſunt igitur patris & filii extremarum perſonarum nomina/ad ſpiritum ſanctum relatitia:ſed duntaxat adinuicē:pater vt filii pater:& filius vt patris filius. Nam pater non eſt pater ſpiritusſancti/neq; filius eſt filius ſpiritusſancti.

Prima dei nomina:eſſe diuinarum quātitatum & qualitatum: cunctis perſonis communia. 82

Nomina diuinarum quantitatū & qualitatum:& tribus perſonis communia ſunt: & de deo ſimpliciter/abſq; vllo trium perſonarū diſcrimine enunciantur. vt infinitum/ęternum/verum/bonum/vnum/ſimplex/idem/perfectū: & alia id genus:quæ de deo in primis communiter ſiue indiſtincte:deinde peculiariter ac proprie/per ſingulas perſonas prædicantur. Nam ſicut deus abſolute æternus/immenſus/& bonus eſt:ita & quælibet perſonarum eſt æterna bona & immenſa. Hæc ergo & alia diuinarum quantitatum qualitatumve nomina:ſunt primæ & vſitatiſſimæ dei appellationes:tā totius coniunctæ & indiſtinctæ deitatis q̄ ſingularū perſonarum communes.

Diuinæ diſcretionis nomina eſſe triplicia:alia quidem ſingulis perſonis propria:alia duab⁹:alia vero trib⁹ cōia. 83

Alia ſunt dei noīa q̄ nequaq̄ ex diuina cōiūctione:ſed ex eius diſcretione atq; trinitate ſcaturiūt. Et hęc ſunt triplicia. Alia qdē ſunt ſingulis pſonis ppria:vt pater/filius/ſpiritus: gignēs/genitū/procedēs:principiū/mediū/finis: & cætera quæcūq; ad hunc modū ſingularū pſonarū differētias ac pprietates explanāt. Alia vero ſunt duab⁹ tantū pſonis vt extremis communia:cuiuſmodi eſt nomē extremi & ſpirātis appellatio. Extremū qppe & ſpirās:cōmuniter de patre & filio enūciant: nō aūt de ſpūſancto:q & officio media pſona eſt:& nihil ſpirat ac pfert. Alia demū ſunt cūctis pſonis cōmunia:vt pſona & quęcūq; pſonali nomini reſpondēt:vt oculus/caput/vultus/lumen:quibus plerūq; perſonalis nominis loco vti licet. Nam ſicut enunciamus deum ſubſtantia vnicum & coniunctum eſſe:trinum vero perſonis:ita & pari ac proportionabili ſignificatione dicere in

analogia licet: deum corpore siue tota substantia vnum esse: & aut capite/aut oculis/aut vultibus/aut luminibus esse discretum ac trinũ.


84 Diuinam trinitatem interdum variis & aptis nominibus exponi.

Possumus diuinam vnitrinitatem/plęrisq; aliis doctrinæ gratia circunloqui nominibus: alio quidem totius vnitatem/alio vero totius discretionem siue trinitatem intelligi volẽtes. Nam per diuinum corpus: intelligimus toti⁹ substantiæ coniunctionem atq; vnitatem. Per caput vero/aut oculum/aut vultũ/aut lumẽ/ ipsam diuinam discretionẽ & personarum ipsarum trinitatem designamus. Quemadmodum siquis in analogia dixerit deum vnicum esse genere/trinum vero speciebus: nihil incõmodi ex proportionis natura inferre & eloqui videbitur: volens generis nomen diuinæ toti substantiæ respõdere: nomẽ vero speciei/pportionabile esse nomini personali. Est enim deus simpliciter/vt genus quiddam. Tres vero personæ: vt quædam species in diuina tota substãtia per se inuicem/vt nõnulli volunt/pullullantes & scaturientes.

55 Nonnulla esse diuina nomina: quę diuinum quidem numerum signant ad nullam tamẽ personarum enunciantur.

Alia sunt diuina nomina quę diuinum quidem numerum ac discretionem signant: attamen ad nullam personarum enunciãtur: sed duntaxat de deo simpliciter ac secundum totũ dicuntur: cuiusmodi sunt ea/quæ diuini toti⁹ numeri sunt expressiua: vt trinitas & trinum/ vt discretio & discretum. Nam deus trinitas est & discretio. Deus item trinus est ac discretus: nulla tamen personarum aut trinitas aut discretio est. Nulla psona aut trina est aut discreta: cũ quęlibet persona sit vnica/imultiplicabilis: & simplex. Edocuim⁹ igit̃ qnq; modos esse diuinorũ noĩm: primũ cõmuniũ toti⁹ deitatis sine cõsyderatiõe aut vnitatis aut trinitat[is] vt æternũ bonũ & cũcta trãscẽdẽtia. Secũdũ singulis personis propriorum: vt pater filius & spiritus. Tertium duabus tantum personis communium vt extremum & spirans. Quartum eorum quæ secundum rationem diuinæ & vnitatis & trinitatis attenduntur: vt substãtia & persona/vt corpus & oculus/siue vt corpus & caput/vt genus & species. Quintũ deniq; eorum quæ vnice diuinum totum numerum signant: vt trinum/vt discretum.

Ex diuinis nominibus: alias quidem orationes consonas & proprias: alias vero inconsonas & improprias formari. 86



Ex diuinis nominibus orationes/ aliæ quidem consonæ & propriæ/aliæ vero inconsonę & impropriæ oriuntur. Prima enim dei nomina vt transcẽdentia: proprie de deo siue vt cõiuncto siue vt discreto dicũtur. Sunt enim hæ locutiones aptę: de⁹ est ętern⁹ & pater est æternus: deus est bonus & pater est bonus. Secunda vero nomina quæ singulis sunt propria personis: ad singulas quidem personas cõsone: ad deum vero coniuncte sumptum inconsonanter enunciantur. Hæ siquidẽ locutiones aptæ sunt: pater est gignens/filius est genitus/spiritus sanctus est procedẽs. Hæ tamẽ minus aptæ videntur: deus est gignens/deus est genitus/ deus est procedẽs: tanq̃ si de genere aliquo/specierum proprietates prædicẽtur. Et eadem de causa tertia dei nomina/de deo coniunctim sumpto inconsone prædicantur: cum hæc sint nomina duarũ tantum personarum: quibus de

ipsum dei nomen est satius enunciandũ. Quarta vero nomina cum duplicia sint: alia quidem diuinę coniunctionis: vt substantia corpus genus totũ: Alia vero discretiõis: vt psona/caput/oculus/vultus/& species improprie hæc de se inuicem in recto enunciantur. Est enim improprium dicere: persona est substantia aut substãtia est persona. In his vero propriæ locutiones fiunt hoc pacto. Diuina substantia/est personaliter trina. Diuinæ vero personę: sunt vna substantia. Diuinum corpus est capite/oculo/vultu aut lumine trinum. Diuina vero capita aut oculi aut vultus aut lumina: sunt vnicum dei corpus. Hę enim locutiones ex relatione vnitatis atq; trinitatis: ineptę & inconsonę nõ sunt. Quinta demum & vltima dei nomina apte & consone ad ipsum dei nomen absolute sumptum prædicantur. vt deus est trinus: deus est discretus. Ex diuinorum igitur nominum differentia/variæ orationes cõflantur: aliæ quidẽ propriæ: alię vero impertinentes & inusitatæ.

87 Diuinarum trium personarum mutuũ adinuicem respectum: incõmodissime in triangulo scaleno figurari.

Tres sunt apud Geometram triangulorũ species. Alius isopleurus trium æqualium laterum. Alius isocheles duorum tãtum laterũ æqualium. Tertius scalenus cuius tria latera sunt inæqualia. Ab hoc igitur scaleno diuinas tres personas ac vultus vt sibiinuicem in diuinitate astant seq; speculantur: dicimus incõmodissime explicari. Sit enim scalenus. A.B.C cuius maius latus. A.B. sit respectus seu linea patris & filii: cætera vero minora & sibiinuicẽ inæqualia latera. A.C. & .B.C. sint respectus ambarum extremarum personarum/vt patris & filii ad spiritum sanctum: sitq; horum laterum maius. B.C. minus vero. A.C. dico hunc scalenum proposito nostro esse incommodum. Nam hic ostendit spiritum sanctum patri/q̃ filio esse propriorem: hoc est maiorem

A Scalenus in cõmodus B

C

a patre/q̃ a filio substantiæ portionem accipere. Inæqualitas enim radiorum atq; linearum: qd aliud est q̃ inęqualitas processionis spiritussancti ab vtraq; persona? Et si aliter conuertes scalenum faciens lineam. B.C. minimum eius latus dico & hunc scalenum/eadem ratione exprimẽdæ diuinorum vultuum speculationi nequaq̃ esse idoneum. Explicat enim hic scalenus tardius/ac lõgiore radio spiritũ sanctum a patre q̃ a filio manare: quem tamen simul procedere ab vtroq;: & æquam substantiæ portionem ab vtroq; capescere/in confesso vniuersorum est. Nullo igitur modo ad id quod intendimus aptus est scalenus.

A B

C

Diuinarum trium personarum speculationi & mutuæ assistentiæ referandæ incommodum etiã esse isochelem. 88

Sit isocheles. C.D.E. in quo. C. vt pater. D vt filius. E. vero vt spũssanctus: sitq;. C.D. linea generationis filii a patre: maius eius latus: reliqua vero inter se æqualia/sint eo minora: per q̃ vniformis spiritus sancti ab vtroq; processus retegatur. Dico & hunc isochelem nostro intento: nullo pacto congruere posse. Nam vt humana consuetudine loquamur: quanta est generatio filii a patre: tanta est procedẽtia spiritussancti ab vtroq;. Quantum enim substantiæ dat pater filio: tantundem spiraminis ambo/spiritui largiuntur. Totum suum esse quod est immensum: pater filio confert. Et ambo omne suum spiramen/omnemve sacrã emanationem: spiritussancto condonant. Aequis igitur lineis ac radiis: generatio filii a patre: & procedentia spiritussancti ab vtroq;: veniunt metiẽdæ. Et cum linea. C.D. quæ filii generationem

C D

Isocheles inutilis.

E

metitur: ſit maior lineis.C.E.&D.E.per quas ſpiritus manat ab vtroq; manifeſtũ eſt iſocheſem.C.D.E.ab explicatiõe diuinorum vultuũ ſibi iugiter in diuinitate aſtantiũ/eſſe repudiãdum.Et ſi lineam.C.D.feceris cæteris duabus æqualibus.C.E.&.D.E.minorem:Aut.C.D.q

C.Inutilis iſocheles.D. C. Inutilis. D.



dẽ &.C.E.æquales/minorẽ vero.D.E:Aut.C.D.&.D.E.æquales & minorẽ.C.E. nullus horum Iſochelũ noſtro intẽto aptus erit.Semp eñ hi aut inæqualitatẽ generatiõis & ꝓceſſionis:aut ſolius ꝓceſſionis iæqualitatẽ demõſtrabũt.Nullo igit modo:pr opoſito noſtro iſocheles aptus eſt.

C. Inutilis. D

E

89 Solũ iſopleurũ:explicãdę diuinarũ pſonarum mutuæ aſſiſtentiæ aptum eſſe.

Supereſt vt ſolus iſopleurus e trina triangulorũ ſpecie/rei quam experimus figurandę/apt⁹ accommoduſq; reperiatur. Hic eñ vtrunq; diuinum radium tam inquam generationem filii a patre q̃ proceſſum ſpiritusſancti ab vtroq;:pandit eſſe æqualem.



Diuina quippe tota progreſſio ac operatio:cum ſit & generatio & procedentia:hæc duplici radio/illa vero vnico ac ſimplici abſoluitur.Illa motu vni⁹ in vnum: hæc vero motu duorum in vnum. Ac primus quidem vnicus & ſimplex radius: filium gignit.Gemini vero radii(qui & ambo adinuicem:& cum priore generationis radio ęquales)ſpiritum quem ſanctum vocamus eliciunt.Solus igit iſopleurus velut trinæ æqualitatis aſſertor:diuinorum trium vultuũ mutuã aſſiſtentiã ac ſpeculationẽ nobis exponit.

In diuina interna operatione:geminos aliquo pacto eſſe radios: directum & reflexum. 90

Diuina tota interna operatio geminos radios claudit:alium quidem directum/aliũ vero reflexum.Qui enim radius filium gignit directus & primus eſt:qui vero ſpiritum profert eſt aliquo pacto reflexus & ſecũdus. Abſoluit ergo diuina tota operatio in quodã circulo:vt in qua fiat & radii digreſſio & regreſſio eiuſdẽ. Hac eñ de cauſa ipſam diuinã internã operationẽ(quę vt diximus duplici radio directo & reflexo cõſummatur)pleriq; theologi diuinũ gyrũ diuinãq; ꝓgreſſionem appellant.

Reflexum radium: directo radio eſſe æqualem. 91


Tanta eñ ſolet eſſe reflexio quãta directio: tantaq; recurſio radii in ſuũ initiũ: quãta illi⁹ primaria ab ſuo fonte digreſſio.Quia quãtum ſpatii in ſua digreſſione & ꝓfuſione cõficit radius:tantũdẽ ſpatii ꝑmeat illi⁹ in ſuũ initiũ regreſſio.Alioquin haudquaq̃ in ſuũ recurreret initiũ/nec ſuę reſtitui origini diceretur:ſi breuiore linea reſiliret/q̃ ea qua primit⁹ digreſſus eſt.Hãc eñ reflexionis radiorũ cũ ſua directione & profuſione æqualitatẽ:duplici & q̃dẽ euidentiſſimo argumẽto in aquarũ profluuiis experimur.Nã per cuniculares fiſtulas aquarũ venę lõgi⁹ a fõte ſub terris meãtes:dũ rurſum e terris emergũt:quãta depreſſione ſub terras a fonte deuolutæ ſunt:tanta duntaxat altitudine reſiliunt ſeq; extra terras attollũt:q; ea ſit naturę ſanctio:vt par ſit priori earũ ſub terras depreſſioni iterat⁹ earũdẽ in altũ recurſus:deſcenſui aſcenſus:directioni reflexio:& radio directo reflexus radius. Et ſi hoc argumentum æqualitatis/directionis/& reflexionis nequaq̃ ſufficiat:aliud adhibebim⁹.Infunde aquam in vaſe aliquo/vt vitreo catino:cõtingit illã imobili ſtãte catino/aut totã aut quantã volueris

evase per angulum quẽdam e festuceis culmis aut alia materia factũ foras deriuari. Hæc tamen eius extera e vase profusio: hanc quam diximus radiorum æqualitatem seruabit: adeo vt si exterior anguli cãna fuerit interiore breuior: vbi ad mensuram exterioris cannæ euacuata erit aqua: mox sistetur eiꝰ profluuium. Et si interior fistula fuerit exteriore minor: vbi etiam ipsius aquæ supficies/ad interioris vsq; cannę extremitatem depressa fuerit: confestim cessabit ipsius aquæ ad exteriora profusio. Vnde fit vt in ea aquæ euacuatione: nihil prosit fistularum inæqualitas: quia duntaxat iuxta breuioris cannæ metrum & æqualitatem: sese aqua foris procipiet: adeo vt si cupiat aliquis totam aquam e vase hac arte educere: opus est vt interiorem cannam eiusmodi faciat/quę ad vasis vsq; fundum pertingat: exteriorem vero aut interiori parem aut longiorẽ efficiat. Hæc duo rudia aquarum experimenta adiecimus: vt ostenderemus naturalem quandam inter vtrunq; radium/directum atq; reflexum/inesse æqualitatem: tantamq; vim esse recursionis radiorũ quãta prior vis est directionis eorũdẽ.



92 Paternum radium quo filius a patre gignitur: nequaq̃ in seipsum resilire.

Sit paruus circulus. A. vt persona patris: q̃ est fons totiꝰ deitatis & ortꝰ diuini radii. Sitq; vt egrediatur ab. A. linea. A. B. quæ est vt diuinus primus radius & ipsius filii origo diuiniq; radii a patre digressio: cum cuiusuis radii natura/sit vsq; ad aliquid protendi & mox in suã recurrere originem: intelligo diuinum radiũ protendi vsq; ad terminũ. B. & ab extremo pũcto. B. in suum fontem mox fieri reciprocũ. Dico ĩpossibile esse radiũ A. B. fieri reciprocum/secundum lineam. B. A. Nam tum radius. A. B. conuerteretur in seipsum: essetq; confusa & indistincta reflexio/cum directione: & reflexus radius/cum directo confusus: quod absq; incommodo dixerit nullus. Haud igitur redit. A. B. radius in seipsum: per radium. B. A. vitandæ cõfusionis causa: sed est eius in seipsum recursio/angularis & obliqua per lineam. B. C. scrutanda.



Spiritum sanctum æque a patre & filio 93
procedere: ex natura reflexionis diuini radii: edocere.

Nam radius. A. B. qui a patre profusus filium gignit: cum vitandæ confusionis gratia in seipsum per. B. A. nequaq̃ recurrat: per angularem & obliquum radium: vt per. B. C. reflectitur. Sit ergo linea. B. C. ęqualis lineę. A. B hoc est linea ꝓcessus spiritussancti a filio: ęqualis lineæ generationis filii a patre. Et quia ex præcedente constat neq; isochelem triangulũ/neq; scalenum: aptos esse explicandæ trium diuinorum vultuũ speculationi ac mutuæ astãtiæ: sit angulus. A. B. C. angulus trianguli isopleuri: quo radius. A. B. profusus a patre in filium: in suã demũ originẽ per lineam. B. C. recurrere cõtendat. Si eñ linea. B. C. in immensum sub sua rectitudine protendat̃: nũq̃ in pũctum. A. vnde digressus est primariꝰ radius. A B. reuertet̃: nunq̃ suo fonti copulabit̃: nunq̃ diuini circuli diuiæq; cõuersionis orbẽ explebit. Quãobrem cũ spiritus sanctus haud a solo filio procedat: sed simul a patre atq; a filio tanq̃ ab vnico & ĩdiuisibili principio: aliꝰ est necessarius radiꝰ q simul cũ filiali radio vt cũ linea. B. C. a puncto patris vt ab. A. digressus: radio. B. C. in se reuertẽti/in pũcto. C. occurrat: illiq; copulet̃/iungat̃/vniat̃: atq; hac geminorũ radiorũ vnico simplici & concordi osculo: sacram ipsam spiritussancti coalescere personã: quã merito & ab vtroq; procedentem: & quandam paterni radii in patrem recursionem appellamꝰ.


Insufficienter diuiuarũ trium persona 94
rũ proprietates expressisse eos: qui dixerunt in deo motum esse monadis in dyada: & statum dyadis in triade.

Hãc eñ assertionē siue a Pythagora siue ab altero quouis philosophorũ manarit: etsi forte patris & filii psonas nobis adaperiat: insufficiētē tñ esse ad psonã spũssancti referandã. Cõgruũt quidē satis diuinis tribꝰ psonis hæc tria nomĩa: monas/dyas/trias. Monas nãq patris est nomen/dyas filii: trias vero spiritussancti. Motus quoq monadis in dyada: probe & conuenienter filii a patre generationem explanat. Attamen cum dicitur & status dyadis in triade: hanc secundam particulã dico nequaq̃ sufficientem esse & merito respuendam. Exprimit enim triadem hoc est personã spiritussancti: a sola dyade id est a filio procedere. Quam obrem eãdē assertionem satius hoc modo proponendam esse remur. Motus monadis in dyada: & status vtriusq in triade. Monas enim diuina: dyadem gignit: a quibꝰ vnanimiter trias procedit: status & finis ambarum.

95 Rectam lineã vt tribus punctis distinctam: diuinæ cõuersioni & progressioni referandæ esse incõmodam.

Sit enim linea. A.B.C. recta: cuius tria puncta. A.B.C. sint vt diuinæ tres personæ. A. vt pater. B. vt filius. C. vero vt spiritussanctus.

Incommoda philosophia recta.



Hanc rectã dico incõmodã esse diuinæ cõuersioni ac pgressiõi referãdę: eãq eiꝰ erroris causam esse: quo spũssanctꝰ a solo filio: & trias a sola dyade emergere diceret. Explicat qdem hæc recta absq vllo incommodo generationem filii a patre seu monadis in dyada motum/per lineam. A.B. processum tamen spiritussancti aut nullo pacto exprimit/aut eam longissimo quodam mediatoq radio ad patrem refert Nam per lineam. B.C. ostendit. C. hoc est triadem siue spiritumsanctum a filio procedere: & nequaq̃ eundem simul exoriri a patre, nisi forte dixeris per totam lineam. A.C. duplam ad lineam. B.C. qd ob inęqualitatē refutamus. Nã minime inæqualiter aut inæqualibus radiis: sed penitꝰ æquis & paribꝰ ĩteruallis ab vtroq spiritus procedit. Sanior est igitur trium diuinarum personarũ philosophia

A B
C

per angulum & isopleurum. A.B.C. q̃ per rectam lineam. A.B.C. Nam rite omnino & absq vllo incommodo: diuinarũ personarũ pprietates nobis explicat isopleurus. Recta autem linea in persona spiritussancti peccare cõuincitur: asserens quidem. et iadem aut a sola dyade proficisci: aut ĩęqualiter ab vtrisq. Et si in persona triadis peccauerit: eadem quoq ratione patris personam offendit, vtpote statuens ab illa/spiritum sanctum nihil accipere: sed cuncta habere a filio. Dicere enim patrem nihil conferre spiritui sancto: peccatũ sane maximum fit. Et rursum qui minus vni tribuit ac alteri plus: peccat in vtrunq: statuens inter ea inæqualitatē: quæ in summa æqualitate appenduntur. Peccat igitur rectæ lineæ philosophia/non modo in persona spiritussancti: sed & in persona patris & filii: dum huic quidē plus illi vero minus infert.


Spiritum sanctum dicendum non esse 96 a patre per filium hoc est mediante filio procedere.

Hæc propositio aliud quoddam incommodum: eorum qui de diuinis tribꝰ personis/sub sensibili rectæ lineæ signo philosophantur: discutere contendit. Nam per rectam lineam: cũcta ab ipso principio/per medium/in finem/directe & absq vlla reflexione deuoluũtur. Omnis item motus qui secundum rectam lineam fit: nequaq̃ ad ipsum medium sed ad solum principium refertur. In recta siquidem linea: motꝰ fieri dicitur ab. A. per. B. in. C. adeo vt. B. non sint principium motionis: sed duntaxat instrumentarium & medium: per quod fit transitus a principio in finem. Hunc vero philosophandi modum sequuti nonnulli: in parem (sed cõtrarium priori) errorem prolapsi sunt: vt qui emersionem spiritussancti non iam ad filium: sed ad solum patrem referebant. Dixerunt enim digressionem ipsam fieri a patre/per filium/vsq in spiritum sanctũ. Hoc est triadē a


monade:mediante dyade proficisci:hoc pacto triadis ortum:præcipue ad monadem & minore quodãmodo ad dyadem referentes:quasi monas/mediante dyade/vt minus pręcipua & solum instrumentaria triadem protulerit:qđ incommodum/priori quidem par;sed contrarium est.Hoc enim modo sub recta & irreflexa enunciatione:diuina tota esset explicanda pgressio:dicendo pater genuit filium: & mediãte filio protulit spiritum sanctum : sicuti etiã priore errore/quem in præcedente taxatum sustulimus:inconuenienter dicebatur:pater genuit filium:&filius protulit spiritumsanctum Seu monas profecta est in dyadem : dyas vero aut profecta est in triadem aut stetit in triade. Hi etenim bini lapsus: ex trium personarum emendicata per rectam lineam philosophia scatent.Dignum vero videtur hoc in loco nequaq̃ supprimere:quod a Platina in vita Anastasii secundi/diuinitus gestum recensetur. Ait enĩ Barbam quendam Arrianum episcopum : dũ cuidam infideli/sacri baptismatis gratiam in ferre præsumeret/dixisse.Baptizat te(inquit) Barbas in nomine patris:per filium:in spiritu sancto.Mox vero diuinitus aquam e fonte haustam disparuisse.eoqꝫ miraculo permotum eũ/ qui sacrum charactere expectabat:illico Arrianis reiectis ad nostros transiisse.Erat tamẽ grauior Arrianorum error:q̃ is cui præsens propositio aduersari studet.Nam diuinarum triũ personarum substãtias impii Arriani dissecuere:homousii loco/triousion inducentes: insuper & filium patre minorem asserentes . Sed & aliud miraculum quod ab eodem Platina/loco pariter eodem refertur:nequaq̃ silẽtio præteribimus. Refert enim Olympium etiã Arrianum episcopum:cum iuxta sui erroris perfidiam/sanctam trinitatem publice apud Carthaginẽ in balneis detestaretur:mox ab angelo tribus igneis iaculis ictum cõcidisse:eiusqꝫ cadauer omnino eodem fulmine exustum fuisse Dignus enim erat trisulca flamma peti:qui diuinam substantiam triniter diuulsam esse:nephandis vocibus & pollutis labiis acclamabat.

97 Quamlibet extremarum personarum immediate & per se:non autem permixtim : id est aliam per aliam: sacrũ fundere spiramen.

Sit vt prius solit⁹ isopleurus.A.B.C:in quo.A.sit pater.B.filius.C.vero spiritus sanctus.Dico.C.procedere ab.A.immediate & non mediante.B.Nam procedit.C



ab.A:per lineam.A.C.in qua nullus sit ipsius B.occursus.Etenim.C.per radium.A.C.procedit ab solo.A.nihil capiens ab ipso.B.Q̃ si p cederet.C.ab.A.mediante.B.deberet persona B.in radio.A.C. comprehendi.quemadmodũ etsi etiam diceres spiritum a filio mediante patre procedere:opus esset in radio.B.C.patris p sonam inesse:vt præsens triangulus ostẽdit:essentqꝫ confusa extremarum personarũ spiramia: quia nulla p seipsam : sed duntaxat per mediũ alterius personæ occursũ aliqđ spiraret vt.A.per.B.spiraret




C.&.B.quoqꝫ per.A.pferret.C.essetqꝫ.A.B.C linea vt spiramen ipsius.A.Linea vero.B.A.C emanatio esset spiritussancti ab ipso.B.Est itaqꝫ isopleurus.A.B.C.cui⁹ latera.A.C.&.B.C permixta & mediata sunt:ad retegendam spiritussancti ab extremis emanationem/incommodus.

In simplici angulo spiritussancti ab extremis processum insufficienter exponi. 98

Qui spiritum sanctum a patre / mediante filio procedere contendit : similis est ei qui diuinam totam conuersionem / sufficienter in angulo.A.B.C.explicari vult:dempto ab toto isopleuro/latere.A.C.Nam præsens angulus A.B.C. spiritum sanctum / aut solum a filio aut a patre solum mediante filio proferri adaperit ostenditqꝫ. Ab eo enim angulo

A B sublat⁹ est radi⁹.A.C.quo trias a monade:per se/immediate & sine dyadis occursu procedit.Nõ est igitur sentiendum spiritum sanctum a patre:per filium:seu C mediante filio procedere:vt qui æquis & immediatis radiis/ab vtroq; procedit ab.A. quidem per radium.A.C.ab ipso vero B.sub linea.B.C.Nec est patris spiramen/confusum cum filii spiramine:nisi quaten⁹ vtriq; in medio concursu id est in pũcto.C.est vnica simplex & indiuidua spiritussancti persona. Vnde fit vt omnis diuina interior propagatio sit simplex:& æqualibus lineis absoluta.Nam & filius a patre immediate/absq; spiritussancti interstitio/generationis ordine pendet.Et spiritussanctus ab vtroq; simplicibus æquis & impermixtis radiis procedit:non a patre per filium:neq; a filio per patrem:sed a patre per se: & a filio per se:& ab vtroq; simul.Sunt enim diuini tres radii:penitus impermixti/simplices/inconfusi:& ab vna persona in aliam/sine alteri⁹ personæ occurrentia directi ac protensi.Præsens nanq; isopleurus cum diuinos cũctos permisceat cõfũdatq; radios:haud ab re diuinorum triũ vultuũ mutuæ astantiæ ac speculationi referandæ/aut eorũ ab




inuicem progressioni adaperiendę:inutilis/incommodus & erroneus censeatur.

99 Personę spiritussancti haudquaq̃ geminos vultus inesse:vnum quo patri aliũ quo filio similis sit:tanq̃ binis vultibus hoc patrẽ alio filium intueatur.

Si personę spiritussancti gemini vult⁹ ascriberẽtur:alius quo patri similis/alius vero quo filii similitudinem exprimeret: contingeret priscorum more deum appellare quadrifrontem:tanq̃ quatuor vultibus atq; aspectib⁹ pollentem.Hanc tamen opinationem exibilamus dicentes spiritumsanctum vnicam esse/simplicem/incompositam/indiuisam & vnico vultu præditam personam:eademq; facie & patris & filii similitudinem exprimere.Haud est enĩ alterius naturæ spiramen patris a spiramine filii:sed ambo spiramina/& paria sunt: & consimilem vnicum eundemq; spiritum afflant.

100 Patrem & filium in prolatione spiritussancti haudquaq̃ adinuicem confundi aut permisceri.

Haud etiã intelligendũ est iuxta qđ nonnulli voluerunt:ita patrem & filium in prolatiõe spiritussancti inuicẽ cõgredi:vt in alterutrũ cõfundantur:quasi hoc pacto adinuicem permixti atq; confusi:cõmodius vnico & simplici spiritui substantiam largiantur.Ambo enim/pater & filius/in suarum personarum & proprietatum sede:loco:natura ac discretione manentes:discrete & inconfuse eandem spiritussancti personam e semetipsis educunt atq; eliciũt. Haud nempe ita permiscẽtur aut sibi mutuo congrediuntur:sicuti a præsenti figura oculis subiicit:quæ vnico simplici permixto & confuso radio: ipsum C id est spiritũ sanctum e congressione & cõfusione extremorũ.A.&.B.id est




Incõmoda spiritussancti figura.


patris & filii profert.Essent enim puncta A & B idem punctum:& lineę AC/& B C:linea vnica.Pater item & filius inter se confusi:tantum vnius personę pręberent speciẽ:essentq; ambo rũ naturalia & æterna spiramina in radio eodem cõfusa:atq; inuicẽ commixta:quæ pro sũmis impossibilibus ducim⁹ abnegãda:& a mẽtali palato prouide reiicienda.


101 Inclytũ diuinarũ personarum isopleurũ semper incõfusum immutabilem &

inuiolabilem permanere.

Inclytum diuinæ vnitrinitatis ysopleurũ: ex his quæ diximus constat inconfusum immutabilem & inuiolabilẽ permanere. Et neq; hunc in rectam lineam: neq; in angulum solũ/ neq; in permixtorum laterum ysopleurũ: neq; in quadratum esse resoluẽdum. Qui enim illũ in rectam lineam. A.B.C. resoluerit: incidet in ea quæ diximus incommoda: scilicet aut spiritum sanctum a solo filio procedere: aut a solo patre/mediante filio. Et qui eũdem ysopleurum in simplicem angulũ. A B.C. reduxerit: i posterũ relabetur errorẽ dicens a patre mediante filio spiritum emergere: vt per lineas. A.B.&.B.C: sublata a toto ysopleuro linea. A.C. per quam spiritus absq; filii medio: a patre exoritur ac pendet. Et qui permixtorum laterum ysopleurum fecerit: cuncta in diuinitare vt diximus permiscet atq; confundit. Et qui deniq; ysopleuri loco/ quadratum describere voluerit: dicens geminos esse vultus spiritussancti: hic in deo quaternitatẽ astruit: ipsius spiritussancti personam diuellens: nec illam iam vnicam sed geminam bifidãq; esse dicens.








102 Trinitatem personarum in deo sufficere: eorumq; quaternitatem & omnem alium numerum a diuina discretione repudiandum esse.

Hæc propositio numerum septem diuinorum insignium absoluit. Nam in superioribus propositionibus / sigillatum de sex prioribus: vt de trinitate / identitate / æqualitate / similitudine / ordine & proprietate mentionem fecimus. Quę ergo e septem insignibus superat sufficientia: de hac præsens propositio loquetur. Proponit enim sufficere in deo tres personas: nec esse personarum quaternitatem aut alium quemlibet numerum in deo astruendum. Id nanq; supererat demonstrandum ad diuinæ totius vnitrinitatis cõsummatã scientiam: quandoquidem contingat aliquem scire tres esse in deo personas: & ignorare an plures in eo esse nequeant. Dicimus igitur omnem diuinam internam operationem absolutam explicitamq; esse in ternario numero personarũ patris filii & spiritussancti: nullumq; ampliorem numerum / posse diuinæ discretionis esse mensuram. Huius enim rei fidem: faciunt pleraq; quæ in superioribus allata sunt testimonia. Nam duplici in primis radio diuinam cõuersionem edocuimus esse perfectam: radio in quam generationis & radio procedẽtiæ: illum q; esse simplicem: & per lineam. A.B. in ysopleuro. A.B.C. intelligendũ: quo pater filium gignit. Hunc vero euadere geminum: vt qui per lineas. A C.&.B.C. sit intelligendus: per quas simul & æqualiter: a patre & filio spiritussanctus profertur.



Diuini radii naturam trinam esse: aut in quã eius originem: aut mediam progressionem: aut statum supremum. 103

Diuinarum personarum discretionem internamq; motionem: esse in sola trinitate consummatam: & neq; in maiore neq; i minore numero fieri posse: ipsa sola radii reflexio & natura probat. In omni enim eiusdem radii progressione: nihil aliud deprehendas q̃ aut radii ipsi⁹ initium aut medium aut finem. Initium enim eius voco originem & fontem: a quo vibrari in


choat. Medium vero eius digressionem ac pro fusionem quandam. Finem demum intelligo esse supremum eius statum. Hanc vero omnē diuini radii/intra totius diuinitatis septa profectionem: nusq̄ diuinæ substantiæ limites excedēdo/sat superq; edisseruimus. Patris personam: diuini totius eiusce radii initium fontē primariumq; ortum & apparitionem nuncupantes. Filium vero eiusdem radii a patre digressionem: ac medium quendam motum. Spiritum vero eiusdem radii finem ac statum vocitantes. Cōflauimus enim haud vnico motu: sed geminis motibus ysopleurum. A.B.C. primo statuentes punctum. A. deinde ex eo eliciē tes lineam. A.B. per quam. B. genitū est ab. A. Tertio ex linea. A.B. educentes lineas. A.C. & B.C. per quas spiritussancti persona: ab extremis. A. &. B. effluxit.

104 Spiritū sanctū infœcundum esse eumq; nihil aliud in deo gignere aut spirare.

Haud enim vltra sanctum spiritū: diuinus radius funditur aut protenditur, vt qui nullū vlteriorem radium fundit. Et quem ideo nihil deinceps/in diuinæ substantiæ finibus: parere aut proferre posse asseueramus. Omnis eñ diuinus internus radius: est aut soli⁹ patris: aut amborum: id est patris & filii radius: & naturalis quędam æternaq; profusio. Omnis quoq; diuinus internus partus ęternaq; fœcunditas aut a patre solo aut simul ab vtroq; pēdet. Sanctus vero spiritus intra diuinę substātiæ fines: & radios non habet: & infœcūdus manet: neq; gignens quicq̄/neq; spirās. Gemini enim sunt paterni radii: scilicet. A.B. &. A.C. quorum ex altero vt ex. A.B. gignit quidem pater filiū. B. reliquo vero vt. A.C. nil gignit: sed cōspirat id est simul cum. B. spirat. C. At filialis radius est vt. B.C. quo filius nec quicq̄ gignit: nec spirat simpliciter/sed simul cum. A. spirat. C. Cum ergo omnis diuinus radius sit aut paternus aut filialis radius: manifestum est solas extremas personas patrem & filiū/esse fœcūdas. Tertiā vero personam quam spiritum sanctū vocamus: esse nulliparam & infœcundam vt pote diuinorum arcanorum radiorum metá,

105 Spiritum sanctum ab extremis personis nequaq̄ sigillatim aut seorsum: sed vna simulq; proferri.

Nam. C. qui est spiritussanct⁹: haudquaq̄ seorsum ac diuisim ab extremis pdictis. A. &. B id est a patre & filio pendet: sed simul ab eis pfertur. Non tamen vt etiam diximus ita simul proferť. C. ab extremis. A. &. B: quasi īuicē cōfundanť ac permisceanť. Haud enim ita volumus mediū simul ab extremis proferri/quasi cōfusis: & in vnius personæ speciē modūq; permixtis. Sed intelligimus simul id est non prius ab vna extremarū/q̄ ab alia: sed æterne ab vtraq; & tamen discrete atq; inconfuse: ab ambabus. Haud enim illarū spiramina ac radii. A.C. & B.C. permiscēť: q̄q̄ vnica & simplicissima ab illis persona resultet. Nēpe & præsentē figurā: cū recta linea/cū simplici angulo/cū scaleno/cū isochele/cū permixto isopleuro & cū quadrato explosimus. Hęc enim patris & spiritussancti personas confundit. Si igitur ternarius diuinā totam operationē claudit/si quadratus quaternitasve exulata diuinitate: necesse est & ampliorē oēm numerū agi a diuinis extorrē: & in sola trinitate/totā omnēq; diuinitatē cōprehendi. Spiritū quoq; sanctū esse infœcundū. Et hūc demū ab extremis psonis/nequaq̄ sigillatim aut seorsum: sed vna simulq; proferri.



Extremas personas patrem & filium: aliter vnum esse in spiritu sancto: & aliter diuina tota substantia. 106

Nā nihil icōmodi est dicere aliter extrema cōuerti & copulari in medio: & aliter in toto vinciri. Pater eñ & filius/diuīa q̄dā extrema sunt spūs vero/diuinorū extremoꝝ naturale mediū Sunt igiť pater & fili⁹ & vnū in spū scto: & vnū in toto/hoc est i diuina tota substātia. Attamē dicim⁹ spūmsctm̄ aliter esse vnitatē patris & filii: & aliter diuinā totā substātiā esse eatundē vnitatē. Nā spūssanct⁹ ppria & ęquata vnitas ē: & psonalis cōplexio siue cōcurs⁹ āborū extremoꝝ. Diuīa aūt substātia cōmune ē triū psonarū vīculū: tā ipsoꝝ extremoꝝ/q̄ ipsi⁹ medii naturalis vnitas & īdissolubilis cōphēsio. Dici

mus enim patrem filiū & spiritum sanctū esse
vnicā diuinā sustātiam: cum tamē dicere ne-
queamus patrem & filium esse vnicum spiritū
sanctū. sed duntaxat vnicum proferre spiritū:
qui connexio est & vera vnitas amborum. Di-
uina autem substantia non tantum duorū: sed
simul triū patris filii & spiritussancti: nō proce
dens/sed complectens/ & comprehendens vni-
tas est.

In diuina tota substantia ter vnu m re-
107 periri: primum vnum vnius: secundum
vnum duorum: tertium vnum trium.


Si rationes diuinarum progressionum attē
tius intueri volueris: per id quod dudum dixi
mus in cōstructione diuinæ totius pyramidis
esse in deo & motum vnius in vnum: & motū
duorum in vnum: & statum sedem ac immobi
lem trium in vno mansionem: ter aliquo pacto
in deo numerabis vnum: scilicet vnum patris:
vnum patris & filii: & vnum patris/filii / & spi
ritussancti. Vnum vnius / vnum duorum / &
trium vnum. Nam cum dicimus in generatio
ne filii a patre: vnum moueri in vnum / vt pun
ctum in punctum / vt patrem in filium: hinc fi-
lius dici potest vnum patris siue vnū ab vno.
Er dein cum spiritussancti a patre & filio ema-
nationem / circunloquimnr motu duorum in
vnum: hoc est motu extremorum in medium
seu patris & filii in spiritumsanctum: tum etiā
liceat spiritum sanctum appellare vnū duorū
siue vnum a duobus procedens aut vnum pa-
tris & filii. Nam & spiritussanctus / vnitas est
& coniūctio amborum. Postremo cum diuina
rum trium personarum/substantiale explica-
mus vinculum: dicentes trium personarū vni
cam & indiuiduam esse substātiam: seu trium
personarū esse in vnica substantia immutabilē
statum sedem atq; mansionem: id satis innuit
diuinam substantiam esse communissimam
trium personarum vnitatem & connexionem.
Ad hunc igitur modum elicimus in deo ter
vnum. Primum est vnum patris: vt filius. Se-
cundum est vnū patris & filii: & id vnū est spi
ritussanctus. Tertium est vnum patris/filii / &
spiritussancti: quæ est diuina tota substantia.

Ipsius patris personā: aliquo pacto ter
vnam dici posse. 108

Ex doctrina præcedentis manifestum est: pa
tris personam/aliquo modo ter vnam dici pos
se. Est enim vna per se & proprie in filio: qui est
vnum vnius siue vnum ab vno. Deinde pater
cum filio / vnus est in spiritusancto: qui est vnū
duorum / procedens a duobus. Deniq; vero pa
ter cum filio & spiritusancto: vnus est in diui
na tota substantia: quæ est trium personarum
vnum & substantiale vinculum. non tamen
hæc est a tribus personis / aut procedens aut
genita. Nam diuina substantia neq; persona
est; neq; a personis distincta. In tota enim
diuinitate: tantum duplex motus fœcundus
est & proferēs aliquid. Scilicet motus vnius in
vnum: qui filium gignit. Et motus duorum in
vnum: qui spiritum profert. Supremam au-
tem comparationem trium ad vnum / hoc est
trium personarum ad diuinam totam substan
tiam: nequaq̃ motum sed statum mansionem
& coincidentiam nūcupamus. Hoc igitur mo
do ipsa quam diximus ter vnius in deo asser-
tio/venit explicāda. Pater cum gignit filium:
vnitur in filio: deinide pater & filius spiritum
sanctum proferentes: in ipso spiritusancto vni
untur. Postremo vero dum pater filius & spiri
tussanctus/intra diuinæ totius substantiæ se-
pta ambiuntur: dum in ea æternam habent
mansionem / vel dum vnica substantia esse
dicuntur: in diuina tota substantia commu-
niter vinciuntur: vniuntur: copulātur. Est ita
q; filius propria & singularis patris vnitas.
Spiritus vero sanctus vnitas est duorum com
munis: hoc est patris & filii. Diuina autem
substantia triū cōmunissima vnitas est. Aliter
enim pater est vnus in filio. Aliter pater & fi-
lius sunt vnus in spiritusancto. Et aliter de-
mum pater fili⁹ & spiritussanctus/sunt vnum
in diuina tota substantia.

Diuina tria interualla longitudinem la 109
titudinem & profunditatem sigillatim
in deo designare.

Cum diuina tota substantia sit vt vni⁹ pyramidis corpus: licet in diuina substantia per facile terna scrutari inter ualla: longitudinem latitudinem/ac profundum. Longitudo enim dei/est vt diximus inter patrem & filium: quæ est & diuina linea. Latitudo dei esset a patre & filio simul in spiritum sanctum: quæ & diuina hysopleurica superficies est. Dei autem profundum/sumendum est simul a tribus personis: a patre/filio/& spiritu sancto ĩ co incidentiam diuinæ totius substantiæ. & hoc diuinę totius pyramidis corpus appellamus. Confecimus enim prius sensim diuinũ totum. corpus: inchoantes a puncto patris/per lineã patris & filii: per superficiem trium personarum patris & filii & spiritus sancti in vnius diuinæ substantiæ profundum & identitatem recurrentes. Diximus insuper diuinum punctum vt patrem/foecundum esse: nam gignere filium. Diuinam quoq; longitudinem siue lineam/quæ est pater & filius: esse foecundam vt pote a qua spiritus sanctus emergit. At & diuinam superficiem & diuinum corpus intra totius deitatis septa ac fines: probauimus infoecunda manere. Hæc enim tria/pater filius & spiritus sanctus/nihil simul aut gignunt aut spirant aut quouis modo in deo producunt. Digesta igitur est atq; ordinata sub omni magnitudinum ratiõe: diuina tota substantia in punctum lineam superficiem & corpus: siue in indiuisibile in longum latum & profundum.



Ex diuino puncto tribusq; diuinis interuallis: quatuor diuinarum enuntiationum modos depromi. 110


Animaduerte ex his quæ dicta sunt: quatuor diuinarum enuntiationum modos scaturire. Alia enim est enuntiatio diuini pũcti: vt qui dixerit pater est. Alia diuinæ linee ac lõgitudinis: vt cum pronuntiamus hanc/pater gignit filium/aut filius a patre gignitur. Alia est propositio diuinæ supficiei & latitudinis: vt cum dicimus pater & filius spiritum sanctum producit. Aut spiritus sanctus a patre & filio procedit. Suprema vero diuina enuntiatio: diuinum profundum seu corpus diuinæ totius pyramidis infert. vt cum quis hoc pacto enũtiat: pater filius & spiritus sanctus/sunt vnus deus vnica ve diuina substãtia. Prima enĩ & simplicissima dei enuntiatio: est simplicis subiecti absq; prędicato: vt per quam de patris persona: nihil aliud/pręter esse simplex/

Propositio puncti.	Pater est.
Enuntiatio lineæ.	Pater gignit filium.
Enuntiatio supficiei.	Pater & filius proferunt spiritum sanctum.
Enuntiatio corporis.	Pater/filius & spiritussanctus sunt vnus deus.

enuntiatur. Secunda vero diuina propositio seu linearis enunciatio: vnum de vno infert. vni subiecto / vnum conferens prædicatum: vt quæ filium a patre educit. Tertia vero plana ac superficialis dei propositio / vnum e duobus profert: prædicatq; vnum de subiecto reduplicato. Est enim hæc: pater & filius / spirát spiritum sanctum. Quarta porro corporea pfecta / ac profunda dei enuntiatio: de tribus haud quidem profert sed solum prędicat vnū: asserens tria diuina supposita vnam esse dei substantiam. Est enim hæc: pater filius & spiritus sanctus sunt vnus deus. Hæ itaq; diuinæ enuntiationes aut nihil prædicant: aut tantū vnum enuntiant. Nam prima nihil prædicat de patre: præter simplex esse. Secunda enuntiat vnum filiū: de patre. Tertia vnum spiritus sancti de patre & filio. Quarta vero vnum dei de patre filio & spiritu sancto. Edocuimus igitur abunde quomodo liceat in deo enuntiare ter vnum. In longitudine: vnum vnius. In latitudine: duorum vnū. In profundo vero / triū substantiale vnum.

m. Numerum diuinæ trigonæ pyramidis scrutari.

Ex mathematicis disciplinis diuinæ trigonæ pyramidis numerum resumere ac nosse pfacile est. In libro enim quem de mathematicis corporibus inscripsimus: hunc numerū diximus esse decimū quintum. Nam si trigonam pyramidem i plano aliquo sub quaternis superficiebꝰ explicueris: dices illā esse quidem vnicū corpus: q̄tuor vero supficies hēre. costas autē siue lineas sex. puncta vero quatuor. vt pręsens pyramis ABCD vnum in primis corpꝰ ē. Insunt autem illi quatuor supficies: scilicet A B C / A C D / B C D & A D B. Sex quoq; illi insunt costę ac lineę: q̄ sunt A B / A C / B C / A D / B D / & C D. Et quatuor demū puncta gerit: q̄ sunt A. B. C D. Ex his vero numeris consurgit decimꝰ quītus numerus / quem dico numerum esse petitū / diuinæ totius trigonę pyramidis: & haud quaq̄ illum degenerare a natura trinitatis. Est enim trigonorū: ordine & serie quintus.



Puncta.	4
Lineæ.	6
Superficies.	4
orpus.	1
Numerus totius.	15

Diuinas enūtiationes tātas esse: quantus est numerus diuinæ trigonę pyramidis. m

Ad eiusce numeri quem præcedens vestigauit mensuram: dico diuinas enuntiationes esse multiplices hoc est numero quindenario ęquatas. Sit enī vt semper descripsimus pūctū A vt pater: B vt filius: C vt spiritꝰ: D vero vt deus. Elicio diuinas enūtiationes in puncto q̄ternas / quæ sunt deus est / pater est; filiꝰ est: spiritus sanctus est. Harū etenī simplicitas & prędicati carentia: cuidā minimo & imperti puncto / haud absimilis reperit. Deinde sub diuinarum sex linearū longitudine: totidem propositiones claudo hoc pacto: pater filium gignit / pater spūm pfert: filius spiritū pfert. Tres vero quæ supersunt lineares ppositiones hę sunt Pater est deus / filiꝰ est deus / spiritus est deus. q̄ sunt vt tres lineę A D. B D & C D. Porro sub latitudine atq; iteruallo diuinarū quatuor superficierum: totidem diuinæ ppositiōes emergunt. Vnica sola fœcunda & proferens aliqd: quæ est pater & filius / spiritum sanctū spirát. Et hæc est vt superficies A B C diuinæ totius pyramidis basis. Reliquæ vero tres sunt hę: pater & filius sunt vnus deus / pater & spiritus: sunt vnus deus filius & spūs sanctus sunt vnꝰ deꝰ. Hę enī tres: sunt vt superficies A B D / A C D / & B C D. Quę aūt omniū extrema & maxima superest diuina corporea & pfunda enūtiatio est / huiusmodi. Pater filiꝰ & spiritꝰ sanctus sunt vnus deus. quæ est par & æqua toti corpori A B C D. Hæ sunt igitur quindenæ enuntiationes diuinæ: per quas vniuersa dei trigona pyramis: quatuor punctis / sex lineis / superficiebus quatuor / & vnico corpore explicatur.

A	Pater est.	Punctum.
B	Filius est.	Punctum.
C	Spiritus est.	Punctũ.
D	Deus est.	Punctum.
AB	Pater gignit filium.	Linea.
AC	Pater profert spiritum.	Linea.
BC	Filius profert spiritum	Linea.
AD	Pater est deus.	Linea.
BD	Filius est deus.	Linea.
CD	Spiritus sanctus est deus.	Linea.
ABC	Pr̃ & filius ꝓferũt spiritũ.	Sup̃ficies.
ABD	Pr̃ & filiꝰ sunt vnus deꝰ.	Sup̃ficies
ACD	Pr̃ & spũs sunt vnus deꝰ.	Sup̃ficies.
BCD	Filiꝰ & spũs sunt vnꝰ deꝰ	Sup̃ficies.
ABCD	Pr̃ & filiꝰ & .SS. sũt vnꝰ deꝰ.	Corpꝰ.

Trinitatem cum perfectione nequaq̃ conuerti: sed hanc illa specialiorem esse ac minus communem.

Nã vbicũq; est reperire ꝑfectionẽ: ibi est & ostendere trinitatẽ. Non tamen vbicũq; trinitas occurrit: ibi est ꝑfectio vestiganda. Est em̃ perfectio trinitate specialior: & trinitatis causa. Quamobrem deus haud quia trinus: ideo perfectus est: sed quia perfectus & nullius exteri entis indigus: ideo necessario colligitur esse trinus. Argumentum perfectionis non trinitas est: sed argumentum trinitatis est ipsa perfectio. Deus enim vt perfectus id est sibi sufficiens / vt immensus & æternus / vt solus ab æterno: vt demum non indigens exteriore aliqua substantia / q̃ illi ab æterno (aut vt suę speculationis & contemplationis obiectum / aut vt æternę operatiõis & actionis subiectum) assistat: hac de causa per internam suæ substantiæ discretionem trinus esse iudicatur: habens intra se tam suæ contemplatiõis obiectũ: q̃ suæ arcanæ operationis subiectum.

Perfectionem ex qua sola diuinæ trinitatis sumitur coniectura: diffinire.

Perfectio est nullius exterioris entis indigentia: est propria sufficientia: & interna necessariorum omnium abundantia. Sed rogabis quæ sunt ea / quæ vocantur omni enti necessaria? Dico primas & summas cuiusvis entis necessitates eas esse: quæ ab omni ente ignauã feriationem & incommodissimam ociositatem propulsant, cuiusmodi sunt hæc duo: obiectum speculationis & subiectum operationis. Si em̃ alicui enti aut hæc duo aut horũ alterum adsit: id ens continebit sese iugiter ĩ officio: aut inquam agẽs aliquid aut contẽplãs. Nam & contemplatio quædam actio est. Cui autem enti hæc vtraq; desunt: id nimirũ marcet ocio / id profecto non procul est a non ente / nec est nõ enti absimile. Nimirum igitur si diuina perfectio / si propria sufficientia / & necessariorum omnium interna plenitudo nullius ve exterioris indigentia: sit diuinæ totius discretionis atq; trinitatis causa: vt quæ ex internæ diuinæ actionis aut contemplationis necessitate infertur.

Insolubile perfectionis cum trinitate 115
vinculum: in perfectis numeris palam relucere.

Perfectionis mirum & insolubile cum trinitate vinculũ: in his numeris quos Arithmetica disciplina perfectos vocat / relucet. Omnis enim ꝑfectus nũerꝰ (qui ex totiꝰ & cũctarũ simul sumptarum partium æqualitate consurgit) trinus est. Cum tamen econuerso haud oporteat omnem trinum seu trigonum: esse ꝑfectum. Senarius enim & vigesimus octauus: ambo quia perfecti: ideo & trini sunt. Denarius autem ac decimus quintus / trigoni quidem sunt: non tamen perfecti. Hac enim lege cum frequens trinitas extra perfectionem reperiatur: nulla tamen perfectio extra trinitatem manet: nulla itẽ in minore numero q̃ ternario / castrametatur. Et non solum perfectio infra ternarium non reperitur vlla: sed omnis vt huiusmodi perfectio / maiorem omnem numerum repudiat seq; in trinitate coercet.

Ipsam etiam perfectionem vt ãnexam 116
& alligatam trinitati vt ve ab ipsa trinitate inseparabilem: in quibusuis oppositis apparere.

Licet etiam perfectionem / vt iugiter annexam & alligatam trinitati / vt ve ab ea insepa


rabilem: in quibusuis oppositis experiri. Nam vt in arte oppositorum latius pertractauimꝰ: cum vniuscuiusq; oppositionis & dualitatis extremorũ oppositorum; aliud sit perfectum aliud vero imperfectum: perfecti oppositi de seipso enuntiatio/sub trina quadam identitate fit. cum tamen imperfectum/de seipso: p se ipsum minime enuntietur. Dicimꝰ enim ad specialiora opposita disciplinæ gratia descendentes: verum veraciter esse verũ: falsum autem non falso falsum/sed vere falsum esse. Nã veritas perfecta ẽ: falsitas verò imperfecta. Veritas igitur in quadam trinitate seipsam enuntiat: dum suæ enuntiationis est & subiecti & copula & ꝑdicatum: vt veritas est vera veritas. Proprio quippe vinculo sibimetipsi agglutinatur: nihil alteritatis extra seipsam disquirens. At falsitas sese hactenus imperfectam asserit esse: ꝙ vinculum a seipsa non habet: quæ quoties de seipsa enuntiatur: ipsa suæ prædicationis copulam/ac vinculum a potiore & ꝑstantiore veritate emẽdicat. Est enim falsitas: vera falsitas. vbi extremas falsitates subiectam scilicet & prædicatam: intercurrens veritatis copula cõnectit. Hæc vero in præsenti figura sub oculis habentur: in qua veritatis de seipsa



prædicatio/rectam quandam lineam conflat trina veritate insignem. Prædicatio autẽ falsitatis angulum componit: extremis falsitatibꝰ & media veritate conscriptum. Eadem porro dicito de luce & tenebris: & quibusve aliis oppositis. Lux enim lucida lux est: et tenebræ lucidæ tenebræ. Nam lux cum perfecta sit: hac de causa triniter ad seipsam enuntiatur. Tenebræ vero de seipsis haud aliter: ꝗ per mediam lucem prędicantur. Et in omni sane oppositorum extremitate ac dyade: hac vtere immutabili serie: vinciens id eorum quod perfectiꝰ est: proprio pari ac simili vinculo id est seipso. id vero quod imperfectum est: alieno hoc est perfectioris oppositi nodo adiungens inferensq; sibiipsi.

Sola oppositorum perlucida signa: ad dinoscendum arcanum diuinæ trinitatis mysterium suppetentissima esse. 17.

Clara & perlucida oppositorũ indicia: ad dinoscendum diuinæ trinitatis arcanum mysterium: vel sola suppetentissima sunt. Nam si deum & creaturam (vt quandam oppositorũ perfecti & imperfecti speciem habentia) in alterutrum contuleris: enũtiabis deũ de seipso



per seipsum: dicens deum diuinitus esse deũ. At creaturam nequaꝗ de de seipsa/perseipsam enuntiaueris: sed diuino solo medio ac vinculo: illam sibi inferendam esse iudicabis. Enuntiabis enim creaturam haud per se: sed solum diuinitus esse creaturam. Hæret nempe creatura sibiipsi non proprio: sed diuino solo vinculo. cum nequaꝗ ipsa a seipsa: sed a solo deo acceperit esse. Diuina autem enuntiatio/nihil alteritatis apprehendit. vtpote in qua deus est vt subiecta vnitas: deus vt prædicata æqualitas: & deus vt media copula ipsave amborum connexio. Est enim deus per seipsum: siue a seipso deus. Creatura vero haud a seipsa: sed a deo est id quod est/id ẽ creatura. Manifestum est igitur iterum euidenti & aperto cunctorũ

oppoſitorum argumẽto:omni perfectioni an-
nexam eſſe trinitatem.& illic deeſſe perfectio-
nem:vbi in primis generalior trinitas deſit.

118 Vtriuſq; vitæ:actiuę ſcilicet & contem platiuæ differentias recenſere.

Hanc propoſitionem diluendæ cuiuſdam
inſtantiæ cauſa adiicere voluimus. Quia em̃
actiua vita/contemplatiuæ vitæ comparatio
ne imperfectum quiddam eſt:hinc pleriq; ar-
bitrari poſſunt deeſſe in deo/ipſius actiuæ vi-
tæ exemplaria:atq; in eo ſupereſſe ſolius vitæ
contemplatiuæ ſigna. Dicimus igitur in deo
eſſe vtriuſq; vitæ:tam actiuæ q̃ contemplati-
uæ/clara & perlucida exemplaria.quorum hę
quæ ab hominibus aguntur perfunctoriæ vi-
tæ:ſubobſcura & vmbratilia cernuntur eſſe ſi
gna.Sed in primis ex humanis & ſenſibilibus
ſignis noſtro more: vtriuſq; vitæ differentia
eſt expetenda ac elicienda.vt ex his demũ vtrã
q; in deo vitã:facilius perſcrutemur. Differt
autem in humanis actiua vita/a ſpeculatiua:
q̃tum id quod eſt eſſe ſimpliciter/ab eo quod
eſt bene eſſe:ſeu quantum naturalis ſubſtãtia/
a virtute & ſapiẽtia:aut quemadmodum ge-
neratio a cõtẽplatione.Sicut em̃ gñatio prior
eſt cõtẽplatione: ſicut itẽ naturalis ſubſtantia
quæ generatione acquiritur:prior eſt virtute
& ſapientia/quæ contemplatione aut acquiri
tur aut ſaluatur:ita & vita actiua contempla
tiuam anteit quidem tẽpore:ſequitur tamen
perfectione.Nam & eſſe ſimpliciter: prius eſt
ipſo bene eſſe.Bene tamen eſſe: ipſo ſimplici eſ
ſe/dinoſcitur eſſe præſtantius.Rurſum quem
admodum acquiſitio aut ſubſtãtiæ aut cuiuſ
uis accidentis:prior eſt conſeruatione eiuſdẽ

Differentiæ vtriuſq; vitæ.

Vita actiua	Contemplatiua
Eſſe ſimplex	Bene eſſe
Naturalis ſubſtantia	Sapientia
Generatio	Contemplatio
Acquiſitio	Conſeruatio
Prius tempore	Poſterius tempore
Poſterius perfectione	Prius perfectione.

ita & actiuæ proprietas vitæ/eſt acquiſitio q̃-
dam aut ſubſtantiæ aut virtutis.cuius tamẽ
conſeruatio ad ſpeculatiuam attinet vitam:il
liuſq; proprietatem nobis exponit.Nam & hu
manus intellectus:interdum practicus inter-
dum vero ſpeculatiuus appellatur. Practicus
quidem dum adhuc circa mundum in diſqui
ſitiõe intellectualium ſpecierum negociatur.
Speculatiuus vero dum ſaluti & conſeruatio
ni partarum a mundo diuitiarum intendit:
dum illas intus in ſuæ aulæ penetralibus reuo
luit:eiſq; in contemplationis officio ęuiterne
perfrui gaudet.

In deo & actiuę & contemplatiuæ vi tæ exemplaria nequaq̃ deeſſe. 119

Hæ enim(quas recenſuimus) vtriuſq; vi-
tæ differentiæ:ſcrutabiles in deo ſunt. Ac pri
ma quidem in eo relucent actiuæ vitæ exẽpla-
ria:per id q; & pater in primis filium gignit:&
ambo deinceps proferunt ſpiritum ſanctum.
Nam patrem gignere filium: eſt patrem dare
eſſe filio. Vtrunq; vero proferre ſpiritum ſan-
ctum: eſt ambos ſpiritui ſancto ſuum pariter
eſſe/non generationis ſed ſpiraminis ordie lar
giri.Hęc ergo ſunt lucida & prima diuinę acti
uæ vitæ exemplaria.Diximus enim actiuam
vitam per eſſe ſimplex nobis exponi : contem-
platiuam vero per bene eſſe. At cum diuinas
tres perſonas in ſpecie vultuum aut oculorũ
ſeſe æterne ſpeculantium effingimus/quoti
es patrem ſpeculari ſeipſum in filio tanq̃ veri
tatem in conſubſtantiali imagine: & rurſum
patrem & filium per ſpiritum ſanctum ſiue in
ſpiritu ſancto:tanq̃ in media ipſorum ambog
ſpecie:ſe mutuo contemplari pdicamus: tum
diuinis tribus perſonis contemplatiuam inſe
rimus vitam.Eſt enim pater vt filii ingenita
veritas:filius vero vt genita patris imago.Spi
ritus ſanctus autem vt ambog ſplendor ignis
ac relucentia.Edocuimus igitur diuinitatem
haud eſſe expertem exemplarium vtriuſq; vi
tæ.Actiua enim vita in deitate tota:per gene-
rationem filii & emanationem ſpiritus ſancti
palam relucet. Cõtemplatiua vero per ſpecu
latorias ipſarum perſonarum acies:in vulti-
bus aut oculis figuratas.Eſt enim actio actiuę
vitæ:ſpeculatio vero ſiue ſapientia contẽplati
uæ propria.

120 **Actiuam & contemplatiuam vitam in deo nequaq̃ reipsa aut substantialiter abinuicem differre.**

Haud enim aliam esse volumus generationem filii a patre: q̃ speculationem patris in filio. Nam pater dum seipsum speculatur in filio: filiũ gignit. Et dum rursum filium gignit: seipsum quoq; in filio speculatur. Vt carnalis oculus/seipsum cernens in materiali speculo simul atq; seipsum videt/suam quoq; in speculo imaginem profert. & simul atq; illam deriuat in speculum: ipse quoq; verus & exemplaris oculus/seipsum in æquali sibi imagine contemplatur. Non est igitur prior in deo actiua q̃ contemplatiua vita. nec alio radio contemplatiuam & alio actiuam in deo astruẽdam essemur. quandoquidem idem numero diuinus radius est/quo gignitur a patre filius: & quo seipsum in substantiali sua imagine/pater intuetur. Iidem quoq; radii sunt/quibus a patre & filio spiritus sanct⁹ procedit: & quib⁹ ambo in eodem spiritu tanq̃ in amborum specie & substantiali splendore refulgent. Si igit̃ diuina substantia & diuina sapientia reipsa idem sunt: manifestum est & vtranq; in deo vitã/re ipsa vnicam esse & indifferentem.

121 **Actiuam & contemplatiuam vitam ratione sola in deo differre: atq; hanc illa apud intelligentiam posteriorem esse.**

Nihil ẽ incommodi dicere actiuam in deo vitam/ratione & intelligentia differre a cõtẽplatiua: & hanc posteriorẽ/illam vero esse priorem. Nam prius intelligitur pater gignẽs filium: q̃ videns seipsum in filio. cum generatio filii: ratione & intelligẽtia ipsam paternam speculationem præcurrat. Quod enim in creaturis priori & posteriori tempore differt: id ĩ ipã deitate (in qua sunt omnia sempiterna) aut solius ordinis/aut intelligentiæ differẽtiam habet. Nam humanus intellectus q̃q̃ idem nũero sit/& practicus & contemplatiuus: lõge tamen prius practici q̃ speculatiui exercet officium. Deus autem cum æterne & gignat & seipsum videat: haud prius gignẽtis/q̃ seipsum contuẽtis fungitur actu. Verũtamẽ sicut pater ordine filium præcellit: & spiritus sanctus ordine atq; intelligentia/patrem filiumq; comitatur: vt qui etiam ex ambobus profertur atq; procedit: ita & prius intelligitur pater gignere filiũ/q̃ speculari seipsum in filio. Et rursum pater & filius prius intelliguntur spiritũ proferre: q̃ suos ipsorum vult⁹ in ipso spiritu concorditer intueri. Contingit enim ibi esse discursum rationis & intelligentiæ: vbi null⁹ est discursus naturæ & substantiæ. Etenim q̃ q̃ diuina substantia & sapiẽtia sint reipsa idẽ: hæc tamẽ ratione posterior/illa vero ratione prior iudicatur.

Patrem haud ab æterno sic filium genuisse vt nunc desinat eundem gignere. Et spiritum sanctum haud ita ab æterno ab vtroq; pependisse: vt impræsentiarũ procedere desierit aut aliquando procedere desiturus sit. 122

Hæc pendet ex præcedente. Nam præcedens vtrãq; vitam in deo discreuit: actiuam & contemplatiuam. Actiuam in generatione filii & processu spiritus sancti constituens. Contemplatiuam vero: in radiis speculatoriis/siue in oculorum aut vultuũ figura. Proponit ergo præsens propositio: perseuerare ipsum deũ in vtraq; vita æternum: tanq̃ semper & actiuam & speculatiuam vitam gerentem: nec vsq̃ alterutrius earum officia laxantem. semperq; illum fore & practicum/id est gignentem & spirantem/& rursum iugiter contemplatiuum: id est mutuorum vultuum speculatione gaudentem. Haud enim sic ab æterno practicus extitit deus gignens & spirans aliquid: vt impræsentiarum practicus esse desierit: sitq; nunc solum contemplatiuus. Q̃q̃ id fieri videamus in humano intellectu: vt qui cum speculatiuus euasit: a praxi illico supersedet. Postq̃ eñ hũan⁹ animus interna sui prõptuaria pris a mũdo specieb⁹ referciuit: tũc ĩ seipm

conuertitur.& contemplatiuus esse incipiēs:
practicam vitam intermittit/desinitq; practi
cus esse & circa mundū negociari. Ex hac igi
tur humani intellectus analogia:contrarie pe
nitus ac dissimiliter in deum assurge dicens
haudquaq̄ in deo contingere/sicut in huma-
no intellectu.vt pater tantum semel id est ī ali
quo totius æternitatis instanti filium genue-
rit:& in sequenti tota æternitate/nequaq̄ am-
plius illum gignat; sed solū illius contempla-
tione fungatur.Similiter & vt spiritus sanct⁹
semel tantum/& in aliquo æternitatis æuo a
patre & filio processerit:& in totius deinceps
æternitatis discursu procedere desierit. Sunt
enim diuinæ actiones & contemplationes:fi-
xæ iuges ac sempiternæ:quibus nulla period⁹
metam imponet.

123 Filium a patre semper genitum esse:
semper gigni:semper quoq; gignendū.
Spiritum vero semper ab vtroq; pro-
cessisse:semper ꝓcedere: & assidue ab
eis processurum.

Hæc propositio haud multum a præceden
te differt:adiecta vero est ob cuiusdam instan
tiæ discussionem.Instaret enim aliquis hoc pa
cto.Is qui dicit filium ab æterno genitum fuis
se a patre:ac nunc etiam eundem ab eodem gi
gni:irritam prorsus & semper inconsummatā
facit ipsius filii generationem.vt qui assidue
gignetur:& genitus erit nunq̄.Quod eñ gi-
gnitur genitum non est.Et quod adhuc sub-
stantiam accipit:incompletum est & imperfe-
ctam habens substantiam!Identidem & q spi-
ritum æterne ab vtroq; processisse:& nūc quo
q; assidue ab vtroq; procedere dixerit. Hāc in
stantiam dissoluere arduum non est.Nam di-
cimus omnem diuinam operationem(quæ &
generatione filii & procedentia spiritus sancti
explicatur)semper esse in esse & semper in fie
ri.Illamq; ab initio æternitatis & consumma-
tam fuisse:& assidue simul in tota æternitate
consummari:perfici:absolui.Semper enim pa
ter genuit filium:semper item filium gignit:
semper demum filium geniturus est.Spiritus
sanct⁹ vero inæternū pariter processit ab vtro
q;.Nunc item assidue ab vtroq; procedit:inæ-
ternum etiam ab vtroq; processurus.

Diuinam arcanam operationē:vtrius- 124
q; qualitatis id est permanentis & suc-
cessiuę naturam ęmulari.

Imitatur perpulchre diuina arcana opera-
ratio:vtriusq; qualitatis hoc est permanentis
& succedaneę semperq; fluentis naturā. Simi
lis enim est permanenti qualitati: in perfecto
esse.Similis vero fluxæ succedaneæ ac semper
nouæ qualitati:in assidue fieri.Nam idem est
dei fili⁹ quem ab æterno pater genuit:cum eo
qui semper gignitur & assidue gignetur.Hoc
rursus diuinum verbum quod caro factū est:
hæc patris sapiētia quę pro nobis in vtero vir
ginis ędificauit sibi domum:quę sub humanę
carnis amictu in terris apparuit:ante sui īcar-
nationē ab æterno a patre genita est:a quo eti
am:in ipsius suæ incarnationis instanti gigne
batur:ab eodem demum inęternum gignēda.
Vt enim genita:qualitates permanentes imi
tatur:vt vero assidue gignenda succedaneis
fluxisq; comparatur:quæ semper sunt in fieri
& nunq̄ in esse.

Analogiam oculi seipsum videntis in 125
speculo:hand exacte diuinis personis
posse cōferri.

Analogia oculi seipsum videntis in specu-
lo:qua prius ad depromendam generationem
filii a patre nos vsos meminimus:in statu/per
manentia/& identitate filii/semp geniti semp
q; gignendi aliquantisper nos fallit.Haud eñ
eadem est oculi imago/prior & posterior ī spe
culo.nec vnica numero:quæ prius & posteri⁹
ab oculo:in speculū deriuatur.vt quę nequaq̄
vtriusq; qualitatis:sed solius fluxæ semperq;
labentis naturam ęmulatur. Eo etenim modo
se habet oculi excepta ī speculo species ad ocu-
lum:quo & solare iubar ad ipsum solis orbem.
a quo sicut nouus splendor & assidue alia nu-
mero spargitur lux:ita & ocul⁹ aliam iugiter
sui speciem/in speculum traducit.Diuin⁹ ve
ro internus radius & semper nouus est:& sem
per fixus atq; idem.Fluit eñ & permanet assi-

due:vtriusq; qualitatis naturam miro vinculo complectens. Quapropter is vt semper idē/ vtve stabilis & immutabilis: permanētem: vt vero semper a fonte emergens: succedaneā fluxamq; qualitatem imitatur. Permanentes quippe qualitates vt huiusmodi: esse non desinūt. Attamē desinunt proferri atq; a suo fonte emergere. Succedaneę vero ac labiles cōtra cū mox ac repente elabantur desinātq; esse: assidue tamen reparātur: nec a suo fonte proferri aliquādo cessant. Quia enim permanentes qualitates manent: ideo & assidue reparari non egēt. Et contra fluxæ qualitates: quia nunq̄ permanent eędem: quia item mox vt fiūt euanescūt: ideo & assidue proferri illas oportet. Apprehēdit igitur diuinus radius/vtriusq; huiusmodi qualitatum naturam: cum & semper idem maneat & assidue vibretur.

126 Integram diuinæ vnitrinitatis scientiam quæ in septem præcipuis insignibus consistit: nequaq̄ ex vnica analogia sufficiēter depromi & colligi posse.

Quæ enim in Adam Aeua & Cain consistit analogia: trium quidem personarū & numerum & ordinem q̄q̄ sufficienter explicet: cęterorum tamē quinq; insignium/nulla fert sibi impressa vestigia. Non enim trium personarum æqualitatem aut substantiæ aut durationis ostendit. cum prior tempore factus sit Adam e limo terræ: q̄ e costa illius mulier Aeua prodierit. Et rursum filius amborum Cain haud statim ab sua origine æqualis & similis fuit vtriq; parenti: sed & quantitate minor & qualitate dissimilis. Nominum item proprietates in ea dissidere arguuntur. quandoquidem secunda humani generis persona vt mulier Aeua/ex natura sui sexus haudquaq̄ filius/sed mater nuncupatur. q̄q̄ illi nullo pacto ad primam personam vt ad Adam: sed ad tertiā id est ad Cain ea cōgruat appellatio. Quāobrem in humana trinitate prima persona vt Adam: eo modo quo & pria in diuinis appellatur. Est enim Adam pater humani generis. Id tamen nomen nequaq̄ ad secūdam personam vt ad Aeuā/sed ad tertiam gerit: vt ad Cain, cuius Adam patrem/& Aeuam matrem appellamus. In humana igitur trinitate res quidem congruit: nomina tamen dissidere cernūtur. Et profecto nulla alia ex humanis rebus & sensibilibus creaturis analogia sumi potest/ tam exacta tā diuinitati propinqua: vt ea septē quæ posuimus diuinę vnitrinitatis insignia scilicet trinitatem/vnitatem/æqualitatem/similitudinem/ordinem/proprietatem & sufficientiam cōplectatur: sed partim omnis analogia eligenda est: & partim fugienda ac reiicienda.

Quo pacto compluribus analogiis diuinæ vnitrinitatis scientia depromēda sit: explanare. 127

Docuit pcedens non posse diuinæ vnitrinitatis scientiam per ea quę dicta sunt septem insignia: ex vnica analogia subduci. Hæc vero quod per vnam effici ac tradi nequit: ostendet quomodo per plures sit efficiundum. In libro enim de sapiente: complures ad eam sciētiam spectantes analogias inscripsim9: quarum nō nullas in memoriā reuocasse: sua vtilitate non careat. In primis vero sol/luna/terra/ tria quędam sunt entia/aut suapte natura lucida aut lucis capacia. quæ etiam per naturam & officium tradendæ aut suscipiendæ lucis: diuinarum trium personarum ordinem & progressionem imitantur. Nā sol fons & origo lucis est: in quo lux per se scaturiens orit: & qui ab alio nullo lucido corpore/lucis accipiens munus: id obscurioribus corporibus impartit. Luna quoq; & ipsa lucis est capax: sed cum a seipā luminosi sit expers radii: illum a solis lampade emendicat. Terreus autem orbis cum aliquo pacto vt superficietenus/sit luce oppleri nat9: ab vtroq; lucidiore corpore vt a sole & luna lumen capescit. Est igitur sol vt pater: luna vt filius: terra vero vt spiritus sanctus. Hæc enim analogia & trinitatem & ordinem diuinarū personarum satis innuit: ad earum vnitatem æqualitatem & similitudinem pandendam incongrua.

In specie animarum: trinitatem reperire. 128

Anima cum perfectum quiddã sit: nequaq̃ est exors trinitatis: nec a lege trinitatis reperit aliena. Animarũ enim: alia est vegetatrix/ alia sensitiua/alia rationalis: quam intellectricem & humanam appellamus. Et hæ tres animæ q̃q̃ in graduum diuersitate substantialiter diducant: humano tamen in gradu sunt vnica anima. vna quidem secundum substantiam: viribus vero trina. Et sicut in diuersis gradibus vegetatrix anima sensitiuã & rationalem tempore præcellit: & sensitiua rationalẽ: ita & in gradu hominis vis vegetatrix prior est in opere atq; in officio: deinde sensitiua virtus exercetur. Postrema vero ratio maturescens: præclarissima actione potitur. Rursum ab his tribus animabus/omnis etherogeneitas & capitũ differentia: in rebus naturalibus procedit. Nam plãtarum capita in imum vergunt/in terra suffixa: vt in quibus radix ẽ capitis æmula. Animalium vero capita/in medium & in latus spectãt: inter sursum & deorsum. Hominib⁹ autem capita ex opposito dyametri: sublimia & sursum spectãtia sunt. Hoc enim modo animæ substantia: sensim se ternis gradibus/ad perfectionis culmẽ & cœlestium agnitionem erigit. Dum ea quę in plantis stat suffosso ac demerso in terra vultu/totius luminis & cognitionis expers: in animalib⁹ paulo eleuatior/exertis a terra oculis ac toto capite: iam lumine aliquo feritur: & sensitiuæ cognitionis particeps fit: libereq; super ipsius telluris areã discurrit. Ac postremo in hoĩe: ad pfectiõis culmẽ euehitur. in quo & speciosissimũ corpus & erectum intendensq; in cœlum caput: in totius corporis fastigio collocatum cernitur assequuta.

Animam non tantum in genere: sed & specie eadem vt in specie rationalis animæ esse trinam.

Non modo anima simpliciter & secũdum genus est trina: sed & secundum speciem/propter rationalem animam: trina est & perfecta Relucent enim in homine inferiorum gradus entium: nõ modo eorũ q̃ sunt animæ pricipia: sed eorum etiam: quę sunt animę expertia. Nã homo in materno vtero & cõceptionis suæ loco: cum neq; pedibus neq; capite/a matre auellatur/cum nondum aliquid sui e minoris mũdi tenebris in maioris mundi lucem prouexerit/abditus inuolutusq; in matrice: hic merito in eo statu mineralibus/quæ iugiter in ipsis terræ visceribus abdita manẽt: comparatur. At in ætate infantili cum maternis hæret vberibus: plantarum more quæ terrena iugiter exugunt vbera: vegetantia ac plantas imitatur. Postea vero cum paulo solidior per seipm cursitat atq; inambulat/pedib⁹ manibusq; (vt pueri solent) seipsum fulciens: ac more adhuc quadrupedum progrediens: tum in gradum euadit animalium. At cum in virilẽ proficit ætatem: seq; in plantas erigit: humano demũ pprio ve gradu consummatur. In statu igitur animarum triuiter homo proficere declaratur: ab anima vegetatrice/per sensitiuam: ĩ rationalis animæ vsum atq; officium sese attollens ac scandens.

In humano corpore: ex variis animę officiis: trinitatem inuestigare. 130

Cum naturalis anima & inferiorum duarũ animarum viribus polleat: & propriam insup vim intelligentiæ obtineat: has tres vires aliquo pacto ipsa in humano corpore distinguit. Nam vegetatiuam in ventris concauo collocat. Rationali vero: mediam pectoris aulam attribuit. Sensitiuę demum: ipsum capitis palatium totiusq; corporis cœlum offert. Hoc eñ pacto in tribus humanis orbibus: ternæ animæ vires deputatã sibi mansionẽ obtinuere. In imo ventris orbe: vita ab anima exercetur. In sũma capitis sphera: residet vis sensitiua/in quinos excutaneos sensus: & subcutaneũ vnũ omnibus communem ac iudicem distributa. In tacito vero pectoris orbe/arcana clauditur intelligentia. quæ q̃q̃ propriam operationem habeat abiunctam a materia & corporeo organo: ex aliarum tamen comparatione & iuxta positione viriũ: ipsa in hũani corporis medio vt in corde & pectore/residere promulgatur.

In hominis perfectione & consũmatione: non deesse trinitatem. 131


In promptu em̄ est ternus hominis status: qui iuxta naturam trium præcipuorum & realium prædicamentorum/substantiæ/quantitatis/ & qualitatis: digestus est. Hominũ nempe alii sunt homines solum substantia: quia rationalis animę participes. vt infantes & pueri qui nondum & humanam quantitatem & veras hominis qualitates/hoc est virtutes (ad quas homo natus est) adepti sunt. Alii autem sunt homines substantia & quantitate solum non qualitate. quicũq; ad virilem ætatem peruenere: iustamq; hominum magnitudinem & corporis robur sunt assequuti: nondum tamē in eorum mentibus virtutum & disciplinarũ germina effloruere. Sunt enim apti ad vires mineruæ corporeas: vt ad bella: at nondum p̄stantior literaria minerua illos reddidit studiosos. Supremi autem hominum: hi sunt qui substātia/quātitate & q̄litate sunt hoīes. Substātia quidē: quia rationalis aīę p̄ticipes. Quātitate: quia ætate & corporis robore ac magnitudine/robusti maturi & viri. Qualitate vero: quia & per virtutum & disciplinarum habitus: studiosi/literati/& sapientes euaserunt. Sicut enim non habetur iusta hominis magnitudo sine priore substantia: ita & perfectæ hominum qualitates/haudquaq̄ in hominibus nondum adultis/nondum magnitudine consummatis florere solent. Primi homines sunt vt homines toto homine: id est anima & corpore. Secundi vt homines corpore. Tertii vero vt homines anima. Primi simpliciter & vnice homines sunt. Secundi humanitatem cōgeminant: suntq; bis homines. Supremi vero triniter humanitatem inuoluunt: deq; ipsis hominis nomen ter enũtiatur. Est enim puer/tātum semel homo. Vir autem est vt homo homo. At sapiens vt homo homo homo. Puer homo est substantia: vir homo ætate: sapiens homo virtute. Hæc igitur sunt perlucida diuinæ trinitatis vestigia: in præstantissimo animantium vt in homine naturaliter expressa.

Homo	Homo	Homo	Sapiens	Substātia	Quanti tate	Quali tate
	Homo	Homo	Vir	Substātia	Quanti tate	
		Homo	Puer	Substantia		

Complura alia diuinæ trinitatis signa recensere. 131

Rursum nubem cernis esse vnam quidem aliquam substantiam/attamen triniparam: vt quæ trino prouentu/pluuia/niue & grandine

Nubes triniparа.



terram irrigans ac fœcundans: illius sterilitati medetur. Arborem pariter cernim⁹ esse triniparam: foliis/floribus/& fructib⁹ annuatim solitum ornatum reparantem. Et si ab his ad humanam mentem diuersaberis: illius quoq; explicationem deprehendes esse trinam. Omne siquidem doctrinale signum: vel scriptura est quæ manibus exaratur: aut vox quę ab oris fonte manat ac profluit assidue: vel interna notio quæ a mentis palato nunq̄ digreditur: quæ ve semper pro scientifica specie intus asseruatur. Nam mens quæ velut prægnans/& fœcundissima nubes seipsam solis pluuialib⁹ notionum vndis irrigat: quæ in

iterno gremio/intellectuales pluit species: ob alterius mentis literariū profectū: & vocū niues & scripturarum grandines clementer effundit. Quæ si omnes quæ passim occurrunt diuinæ vnitrinitatis analogiæ/essent recensendæ: mox in immensum præsentis libri moles excresceret. Plures igitur quæ ad eam scientiam manuducāt similitudines: & breuitatis causa supprimimus: & solertiæ atq; inuestigationi vniuscuiusq; commendamus.

Theologicarum Conclusionum Quinti Libri de trinitate dei finis. XVII. Octobris. M.D.XII.

Theologicarum Conclusionum Sextus Liber de creatione vniuersorum.




Creatoris appellationem: haud esse absolutum dei nomē sed potius ad creaturas respectiuū.

Hactenus diuinæ soli substantiæ vt singulari/vt per se & simpliciter existenti/vt vnicæ & soli/vt infinitę/vt æternæ/vt demum trinæ: nostra famulata est oratio. quæ iam velut denartata diuinorum absolutorum nominū serie/diuinas fores ac ostia pulsitare inchoat: e summæ deitatis penetralibus ac septis: per creatoris nomen/in ipsam creaturatum alteritatem deuoluēda. Nam q̄ diuinū in primis circulum quinq; superioribus libris circunflexit: ea quę solius dei propria sunt eloquuta: nunc demum opus est vt & creaturas eloquatur/earumq; a deo ortum & emanationem aperiat. Etenim superiorum librorum tituli/qui sunt substantia/vnitas/infinitas/ęternitas ac trinitas: nihil ad creaturas attinent: sed de solo deo ad seipsum enuntiantur. Nomen autem creatoris q̄q̄ ad solum deum enuntietur: sitq; creaturis incommunicabile (nam soli sibi ipsi deus creandi facultatem voluit esse propriam) competit tamen deo haudquaq̄ absolute: sed dūtaxat ratione & consideratione creaturarum. Haud enim deus creator sui ipsius est: sed creator & opifex creaturarū. Cęteri itaq; tituli nullo pacto extra diuinitatis valuas profecti sunt: seq; intra diuinæ circunferentiæ ambitū cōtinuere: nulli q̄ sibi ipsi ipsam diuinitatem notam & participabilem facientes. Præsentis autem titulus libri/nomen

inquam creatoris: iam extra diuini orbis ambitum se profert: estq; velut clauis quædam diuinæ substantię, eandem aperiens / illius seras resoluens / & illam extra seipsam communicabilem efficiens.


2 Creatoris nomen quoquo pacto diuini totius ambitus ac cicli circunferentiam obsidere: tanq̄ neq; penitus externum neq; omnino internum.



In diuini circuli ambitu: quinq; priorũ librorum tituli clauduntur: nihilo ad diuinæ circunferentiæ contactum prodeuntes. Creatoris autem nomen / neq; ex toto intra diuinũ circulum: neq; secundum totũ extra eundem: sed in eius circunferẽtia valuarum ostiorum & clauium vice adaptamus. At creaturæ nomen / in paruo circulo: extra diuinum totum orbem inscripsimus / per id designantes omnẽ creaturam: substantiam esse penit⁹ diuinę substantiæ inconsubstantialem / nullo pacto cum tota deitate substantialiter communicantem: nec alio vllo vinculo: q̄ aut voluntatis aut sensibilis affectus aut naturalis instinctus (p quẽ omnia appetere ipsum esse promulgantur) illi cohærentem. Vbi enim deest substantiale viculum: illic supplet nexus eorum trium quæ diximus: scilicet voluntatis / sensibilis affectus aut naturalis instinctus. Diuinæ enim tres psonæ vt præcedens liber mõstrauit: & substantiali / & volũtatis / vinculo sibiinuicem agglutinantur. At creaturarum species neq; cũ deo neq; inuicem substantiali nexu vinciũtur. sed angeli quidem & homines volũtate: bruta animantia sensibili affectu: inferiora vero quæq; entia solo naturali instinctu & inter se & ad deum conspirant.

Omnium rerũ nexus vincula & vnitates esse quatuor: substantiam: voluntatem: appetitum: instinctum. 3

Vniuersorum simpliciter entium sunt vincula & vnitates quatuor: substantia / volũtas / appetitus / instinctus. Substantia enim & volũtas: nodi sunt & conspirationes diuinarũ triũ personarum inter se. Simplex autem voluntas



nodus nexus ac vinculum est angelorũ & hominum: tam adinuicẽ q̄ cum deo. Porro sensitiuus essendi appetitus / facit: vt bruta animantia tam cum suo opifice deo / q̄ cum omni creaturarũ genere consentiant atq; conspirent. In cæteris autẽ quibus deest sensus: superest vt naturalis essendi instinctus causa sit conspirationis eorum cum omni entium vniuersitate tam creatoris q̄ creaturarum. Cunctis enim rebus: nihil præter ipsum esse (quod voluntarie a deo indultum est) solet esse expetibilius: vsq; adeo vt vna cum suæ substantiæ adeptione / videantur creaturæ / suæ quoq; salutis / cõseruationis / & tutelæ / immutabilem aut volũtatem aut desiderium aut instinctum assecutæ. Quas enim creauit deus vt essent: nequaq̄ eas præclaro essendi appetitu destituit: sed illum vnicuiq; substantiæ inditum: simul cũ ipso esse largitus est.

Diuinum quoddam absolutum nomẽ 4
creatoris appellationi tã vicinũ: vt illã

intulisse vtve deũ extra seipsum in vni-
uersorum creationem exciuisse videa-
tur: inuestigare.

Antepræcedens docuit ipsum creatoris no
men pene exterum esse dei prædicatum: quan
doqdẽ illud nequaq̃ itra diuini orbis ãbitũ re
sidere: sed illius circunferẽtiam valuas & ostia
(pro clauium deitatem reserantium vice) ob
sedisse videatur. Hæc autem exquirit quod-
dam dei nomen quod absolutum quidem sit
quodve de deo ad seipsum solum enuntietur.
Attamen quod fere etiam in exitu ac processu
deitatis ad exteriora cõmoueat: qđ itẽ sit tam
creatoris appellationi vicinum: vt illam intu
lisse vtve deum extra seipsum ĩ vniuersorum
creationem instigasse & exciuisse videatur. Di
cimus igitur hoc esse bonitatis nomen: quod
q̃q̃ & absolutum sit & deo competẽs ad seipm̃
pene tamẽ in diuinis ianuis situm est: & tam
internæ q̃ exteræ dei operationi/videtur obse
quutum. Instigauit enim permouitq; deitatẽ:
vt tam extra se q̃ intra se/communicatione &
propagatione sui aliquid moliretur. Nam ve
rissima ac syncera boni ratio: communicatio
suiipsius est. quẽadmodum & contrarii diffi-
nitio mali: est proprii radii intra se retentio il-
liusq; denegatio. Si enĩ phœbe⁹ orbis ꝓprię lu
cis radios ita ĩtra se retẽtaret: ita illos dũtaxat
ĩ seipm̃ cõuerteret: vt illi in mũdũ neq̃q̃ spar-
gerentur: haud esset phœbus a mali nomine
alien⁹: vt qui denegatiõe suę lucis/sineret mũ
dum esse in tenebris. Attamen hactenus sol bo
num deum imitatur: q; proprię lucis iubar af
fatim extra se fundit: illudq; in omnia inferio-
ra abire permittit. Et si sacratissima patris per
sona/quæ naturali & immensa bonitate sua fi
lium gignit: substantialem suum radium in se
ipsa figeret: adeo vt interna eiusdem (nusq̃ di
uinæ substantiæ limites excedendo) profusio
ne filium non gigneret: tum etiam ipsa patris
persona ex denegatione sui & retentione pro-
prii radii (quod absit) diceretur a bonitate se
parata: q̃ tamen æterna pollens bonitate/sub-
stantialem radium filio æterne impartita est.
& ambo ipsi: pares quoq; arcanos radios ĩ spiri
tum sanctum æterne profuderunt.

Quæ sint boni ac mali rationes: expla 5
nare.

Bonum est quod semetipsum impartit: to
tius fœcunditatis causa. Malũ vero quod de-
negat seipsum: causa totius infœcunditatis.
Sicut enim mali ratio deum assereret infœcũ-
dum: diuinamq; internam operationem succi
deret: tanq̃ obex & pessulũ internæ profusio-
nis/ꝓpagationis/ & communionis paterni ra
dii: ita & appellatio boni/eiusdem diuinæ in-
ternæ operationis causa est & assertrix: adape
riens patris personam/in communicationem
sui/in generationem filii/in consubstantialem
sui radii profusionem: & vtranq; demum per-
sonam instigans/in prolationem spiritus san-
cti. Vnde fit vt cum diuina substantia ab æter
no bona sit: ita & ab æterno non infœcunda ꝑ
manserit: iugiter & semper proprii iubaris in
tra seipsam diffusiua. Et quemadmodum ipsa
bonitas in æternitate/in veritate/ & necessita
te quadam diuinam internam operationem
astrinxit; ita & demum exteram dei opationẽ
eadem bonitas: non in æternitate sed in tem-
pore/non in veritate sed in imagine et simili-
tudine: non deniq; in necessitate sed in contin
gentia seu spontanea profusione sua/miro mo
do subintulisse arguatur. Sicut itidem æter-
na dei bonitas/nusq̃ ab orbe diuinæ substan-
tiæ excedendo: ex monade profecta est in dya-
dem: & ex monade ac dyade in triada: ita & ea
dem æterna bonitas/non æterne sed secundũ
tempus/non necessario sed voluntarie: ex diui
næ totius substantiæ aditis progressa/omni-
um creaturarum intulit alteritatem. Est igi-
tur boni appellatio/absolutum quidem dei no
men: sed creatoris nomini tam propinquum:
vt pene illud intulisse eiusq; causa esse videa
tur. Nam si deus vt fœcundus creauit vniuer
sa: quanto magis vt bonus: cum sit æterna na
turalisve eius bonitas: tam æternę q̃ tempora
lis diuinæ fœcunditatis causa?

Deum vt bonum: tam intra seipsum q̃ 6
extra seipsum profectum esse.

Nā ęterna diuina bonitas intrinsecus sumpta: eodem modo se habet ad ipsius patris personam: quo eadem extrinsecus dicta/se habet ad deum simpliciter/vt totum/vt indistinctum & cōiunctum. Persona enim patris fons est totius deitatis. Deus vero simpliciter & cōiuncte sumptus: fons est & origo omnium creaturarum. Nam quemadmodum a patre/quicquid superest/diuinitatis initium sumit (vtpote a cuius persona/diuinus radi⁹ exoritur) ita & a deo/quicquid est aliud/ortum ducit. Sicut igitur per solam bonitatem diuina monas progressa est in dyadem: & tam monas q̄ dyas simul profectę sunt in triadem: ita sub ratione solius boni/deus extra seipsum profect⁹ cuncta exteriora vniuersi opera patrauit. Interest tantumq; licet per eādem & æternā bonitatem: tam intra seipsum q̄ extra seipsum ꝓfectus sit deus: illum tamen motum ab ęterno & naturaliter adeptus est: hunc vero temporaliter & vltro est exequutus.

7 Diuinam internam operationem duplici radio: exteram vero operationem simplici & vnico radio absolutam esse.

In interna dei operatione alius est generationis/alius procedentiæ radius: cum sint hi radii personaliter in deo discreti. Nam hic vt spiritus sanctus est: ille vt persona filii. In externa autem operatione dei: nullam facimus huiusmodi radiorum differentiam: cum dicamus vniuersa a deo/eodem modo de nihilo esse procreata. Est enim simplex creatio: diuinæ toti⁹ exterioris operationis explicatio. Sed vt nobis ratio bonitatis tanq̄ omnium diuinarum operationum īterpres ac causa dilucescat: audiamus de illa diui Dionysii in diuinorum nominum libro testimonium. Diuinam inquit totam substantiam quicquid illa est: ipsa bonitas definire atq; aperire a sacris eloquiis dicitur. His enim verbis bonitatis nomen appellationi creatoris fere coniungit: cum dicit diuinam substantiam: a bonitate definiri atq; aperiri. Et rursum ex alio capite ampliora & euidentiora eius testimonia depromemus. Ac primam quidem inquit perfectissimam omniumq; dei processuum interpretem boni appellationem intueamur: omnes suas benigne exponentem prouidentias. Hoc pacto omnem diuinum processum/progressionem/& propagationem sui: tam internam q̄ extrinsecam: sub ratione & appellatione bonitatis elici testatur.

Fœcunditatem comitem esse diuinæ bonitatis: & ratione posteriorem. 8

Quāq̄ diuina & bonitas & fœcunditas ambæ æternæ sint (semper enim deus & bonus extitit & fœcundus) dicimus tamē ipsam fœcunditatem comitem esse bonitatis: & aliquātisper inferri ex bonitate. Haud enim de⁹ quia fœcundus/ideo bonus est: sed quia bon⁹/ideo fœcundus est arguendus. Naturam quippe & rationem bonitatis: ipsa fœcunditas explet & in operationis actum resoluit. Quia enim bonus est deus: ideo est & communicabilis & sui profusiuus. Et quia communicabilis: ideo & fœcundus euadit. Distant nempe abinuicem bonitas & fœcunditas: quemadmodum potētia & actus: vtve communicatiuum a communicante & seipsum actu impartiente. Nam cōmunicatiuum appellamus: quod seipsum cōmunicare potest. Communicans autem quod iam actu commune fit: seipsum impartiendo Est itaq; fœcunditas velut quædam executio bonitatis: statuens in actu & opere/id quod per simplicem bonitatem in quadam priore potentia esse significatur. Et cum in deo nunq̄ fuerit potentia ab interno actu separata (vt qui semper & ab æterno id quod potuit intra seipsum/duplici radio generationis & procedentiæ expleuit) hīc etiam liquet bonitatem nunq̄ a fœcunditate in deo fuisse separatam. Hic enim qui ab æterno seipsum sibimetipsi impartiri potuit: æterne intra seipsum communis fœcundusq; fuit. Est igitur fœcunditas comes bonitatis: & ratione posterior.

Diuinam bonitatē haud eē vt simplicē 9

quandam potentiam: a voluntate separatam: cuius actus & executio sit ipsa fœcunditas.

Præcedens bonitatem & fœcunditatẽ adinuicem: sub potentiæ & actus ratione contulisse visa est. dicens bonitatem esse vt habitum cuiusdam/ratione & mente prioris potentiæ: fœcunditatem vero illius expletionem & exequutionem: per quam ipsa potentia ratione prior/in actum transfertur. Præsens vero propositio paulo specialiorem de diuina bonitate texit sermonem. afferẽs ipsam bonitatẽ: haud esse simplicem potentiam a voluntate separatam. Si quid enim seipsum quidem impartiri queat/quod tamen commune fieri nolit: id illico a bono probabitur alienum: & haud absimile malo seipsum deneganti: propriumq; radium intra se retentanti. Vt si mens aliqua docta atq; erudita/scientiarum opibus non vacua/ cum possit alterius indoctæ mentis eruditioni præesse/seipsam compari menti denegabit: hæc ex defectu solius voluntatis protinus non bona sed mala & infœcunda dicetur. Potest enim aliam edocere: quam tamen ad ꝓpriæ sapientiæ culmen euehere renuit: in præclaro suæ scientiæ thesauro permanens infœcunda: & in sapiẽtia insipiens. Cum ergo a simplici potentia absq; voluntate nulla exequutio/nullus actus/nullave operatio procedat: manifestum est diuinam bonitatem (quę diuinam intulit fœcunditatem tam internam q̃ peregrinam) haudquaq̃ esse vt simplicẽ dei potentiam: sed vt copulam diuinæ potestatis & voluntatis: vtve potentiam annexam voluntati.

10 Simplicem potentiam remotiorem a fœcunditate & exequutione operis esse: potentia annexa & coniuncta voluntati.

Simplex potentia remotior est a fœcunditate/ab exequutione/ab actu & opere: q̃ potẽtia & voluntas. Nam a simplici potẽtia vt huiusmodi (hoc est vt vel re vel ratione a voluntate separata) nequaq̃ procedit ipsa fœcunditas actus/exequutio/& operatio. Haud enim ideo si quisq̃ aliquid potest: mox illud patrabit: sed addendum est ad posse/id etiam quod est velle idve quod est bonum esse. Mens nanq; erudita si bona est: illico scientificos thesauros alteri menti impartietur: seq; ipsam eiꝰ eruditioni præficiet: adiciens potestati voluntatem: & ex vtroq; actum ipsum eruditionis eliciens. Quapropter bonitas aliquo pacto media est inter potentiam & voluntatem: iungens adiciensq; voluntatem priori potestati: vt ex ambabus/supremus actus & operatio ꝓcedat. Idem enim fere est bonum esse: & velle iuxta potestatis modum & quantitatem operari. Sicut etiam ex opposito eadem sunt/nolle iuxta posse & vires agere: & malum esse. Is nanq; censetur malus: qui a potestate/abiungit voluntatem: potens aliquid & nolens illud. vt potens docere: & nolens docere. Bonus vero quisq̃ appellatur ex amborum nodo & vinculo: vt qui simul & potest & vult: quiq; priori potentiæ voluntatem adiungit: qui ex potentia educit voluntatem: & demũ ex vtrisq; hoc est ex potentia & voluntate/actum operationem & exequutionem profert.

Ex natura bonitatis: nobis diuinæ trinitatis mysterium exponi. 11

Admiranda hactenus est ratio bonitatis: q; arcanum diuinæ trinitatis mysterium/nobis euidenter exponit. Ipsa quippe bonitas: vtrũq; diuinæ internæ operationis radium intulit: ab æterno causa existens/& generationis filii a patre: & procedentiæ spiritus sancti ab vtroq;. Reserauit enim bonitas: fontem in primis totius deitatis: id est paternam personam: ex illa educens filium: & vtranq; demum extremarum personarum/in medię personę prolationem instigauit. Quid ergo ex his dicemꝰ esse bonitatem: nisi & potentiam volentem: & potentiam vna cum voluntate agentem? Nam potentia cum sub ratione bonitatis sumitur: hoc est/vt potentia bona: mox

non tantum potens / sed potentia volens est. Vt enim potentia: solum potest: & vt demum bona ac bonitati coniuncta: id quod põt vult. Confestim vero eadem quoque potentia vt potentia potens & volens: instigante bonitate in actionem descendit: idque exequitur: qđ & posse & velle prędicitur. Ad hunc modum vt diuus Dionysius ait: bonitas interpres est diuinorum omnium processuum. dum & patris personã ipsa adaperiens ac referans: substãtiales illius thesauros in filium primitus effudit. ac dein extremarum quoque personarum patris & filii plenitudinem: in vnius tertiæ personæ vt spiritus sancti amorem resoluit. in quo & diuinæ internæ progressionis modum constituit.

12 Malitiam: ociosam: infœcundã & nulliparam esse.

Ex solius bonitatis natura perfacile est totius contrariæ malicię rationem colligere: eã inquam esse: quæ suum denegans radium / illum in seipsa vsqueadeo figit: vt eundem tam sibiipsi q̃ alteri enti deneget & elargiri nolit: sicque illum penitus esse ociosum: neque interna neque extera communicatione fœcundũ. Quapropter malitia: & ociositati & infœcunditati semper annexa est. perinde atque contraria bonitas: haudquaq̃ a fructu / opere & fœcunditate abiungitur. Qui enim paternum radium sisteret in patre: nequaq̃ ex illius profusione filium eliciens: hic paternæ personæ malitiam seu denegationem sui / & proprii radii ociositatem atque infœcunditatem inferret. Et qui extremas quoque personas diceret in seipsis absque medii prolatione persistere: hic pariter diuinis in extremis / ipsum malum & infœcundũ astruere diceretur. Si igitur bonitas diffinitur esse & potentia volens & potentia & volũtas agens: dicenda est contraria malitia / eẽ nõ modo potentia nolens: sed & potentia atque voluntas nihil agentes. Nam & potẽtia absque voluntate mala est. Et rursum potentia volũtasque sine exequutione actu & opere: non procul a malo sunt.

13 Perfectam & cõsummatam bonitatẽ: in sola triade consistere.

Perfecta & consummata bonitas: in sola trinitate potentiæ voluntatis & operationis coalescit. Infert enim ex monade dyadem: & ex ambabus triadem. Nam monas est vt simplex potentia & persona patris. Dyas vero vt volũtas: & persona filii. Trias autem vt act⁹ / exequutio / operatio / & persona spiritus sancti. Neque obest q̃ in superiore libro ipsam voluntatem spiritui sancto respondere & persimilem esse voluim⁹: quia id accidebat in proportione & analogia trium personarum ad vires animi: vt ad intellectum / memoriam & voluntatem. Tunc enim intellectum patri: memoriam filio: & spiritui sancto voluntatem conferebamus. Nunc autem alia comparatione vtimur: per hæc tria potentiam voluntatem & exequutionẽ / diuinas tres personas referantes: Et patri quidem potestatem: filio volũtatem: spiritui sancto ipsam exequutionem conferentes. Dicimus enim quoniam sicut a solo patre gignitur filius: ita & voluntatem pendere a priore potestate. Et sicut spiritus p̃cedit simul a patre & filio: ita & ipsam operis exequutionem / congressione vtriusque potestatis & voluntatis proferri.

Binis de causis in interna dei operatione inesse bonitatem. 14

Toties enim in deo concluditur inesse bonitas: quot radiis diuina interna operatio clauditur absoluiturque. Atqui iterior dei progressio geminis radiis consummatur: radio scilicet generationis filii: & radio procedentiæ spiritus sancti. Nam spiritus sanctus q̃q̃ duobus radiis & omnino inconfusis: a patre filioque procedat: horum tamen duorum radiorum & vnica est appellatio: & eorum cõcursus / vnica spiritus sancti persona vocatur: quæ est tam patris q̃ filii sacrum spiramen. Quia igitur omnis radius est vt profusio communicatio & impartitio sui: profusio autem sui quædam bonitas est: hinc binis de causis diuina interna operatio annexam gerit bonitatem. Semel in generatione fi-


lii a patre: & ſemel in proceſſu ſpiritusſancti ab vtroq;. Nam pater vt bonus: filium gignit ſibi ſimilem & æqualem. Et rurſum pater & filius quia boni & ſeſe impartiẽtes/ ſpiritumſanctum producunt. Educit enim bonitas vtrunq; diuinę internæ operationis radium: tam directum q̃ reflexum: tam diuinam lineam quæ eſt a patre in filium: q̃ diuinam ſuperficiem quæ in progreſſu a patre & filio ſimul in ſpiritũ ſanctum/conſiſtere monſtrata eſt.

15 Non ſicut diuina linea diuinaq; ſuperficies ſub ratione fœcundæ bonitatis aſtruũtur: ita & diuinum profundum.

Hæſitãti forte ac ideo percontanti: an ſicut diuina linea diuinaq; ſuperficies/ſub ratione fœcundę bonitatis aſtruuntur: ita & diuina profunditas in eiuſdem fœcundę bonitatis ratione veniat aſtruenda? (Eſt enim diuina linea generatio filii: diuina vero ſuperficies/proceſſus ſpiritusſancti. Diuinũ aũt pfundũ triũ pſonarũ in vnitate diuię ſubſtãtię cõcurrentia.) Reſpondendum quoniã in diuino profundo/nullus eſt fœcũditati locus: ppterea q; diuinũ profundũ ſterile ē & ĩfœcũdũ/nihil aut gignẽs aut ſpirans. In deo enim primus vnius in vnũ motus filium gignit: duorum vero in vnum motus ſpiritũſanctũ profert. At trium in vno mãſio & ſubſtantialis copula: per quam/diuinę trinitatis exprimitur interuallum: nulli perſonæ præſtat originem nullumq; diuinum radium elicit aut profert. Haud immerito igitur fœcũdæ bonitatis ratio p ſe/diuino profundo abeſt.

16 Bonitatis rationem diuino profundo duntaxat ſecundum accidens ineſſe.

Præcedens in diuinæ totius ſubſtantię profundo: id eſt in trium perſonarum concurrentia: negauit bonitatem per ſe: id eſt fœcundam bonitatem ineſſe. Hæc vero eidẽ profundo bonitatem ſecundum accidens ineſſe docet: ſcilicet ſubſtantialis vnitatis & connexionis cauſa. Eſt enim bonum: diuinas tres perſonas/vnicam eſſe ſubſtantiam: q̃q̃ id tamen bonum/ſit abiunctum a fœcunditate: nihil in eo interuallo: quo tres perſonæ vnus deus ſunt: pariens aut proferens. Excluditur igitur ab omni diuina magnitudine atq; interuallo: contraria bonitati malicia. A linea quidem. A.B. per ſe. A ſuperficie vero. A.B.C. itidem per ſe. Et a profundo. A.B.C.D. dũtaxat ſecundum accidens: id eſt nõ in ea ratione qua bonitas annexa eſt fœcunditati. Et cum toti deitati nullo pacto ex natura ſui inſit malicia ſi illam diſciplinę gratia per impoſſibile imaginari cupis: hoc modo eam cõfinge: dicens malũ in deo per impoſſibile eſſe: ſi pater eſſet abſq; filio: & ſi pater & filius/abſq; ſpiritusſancto. Si diuinum punctum hoc eſt pater: perſeueraret abſq; linea. Et ſi diuina linea patris & filii: abſq; ſuperficie permaneret.



Humanam mentem vt ori cõiunctam bonam: vt vero ab ore ſeparatam vel proprias conceptiones corporeo oris organo reſerare nolentem: malam eſſe. 17

Hæc analogiam inter diuinam ſubſtantiã & humanam mentem texit: ex natura & ratione bonitatis pendentem. Nam quia bonitatis ratio eſt/propagatio ſui ac proprii radii diffuſio: hinc ipſa bonitas pro diuinis quibuſdam foribus/valuis/oſtiis & clauibus ſumi poteſt: per quas adaperit̃ reſeraturq; diuina ſubſtantia: vt aut extra ſeipſam aut ĩtra ſepta propria (vt diuus ait Dionyſius) benigniſſime multiplicetur ac prodeat. Tolle enim a ſapiẽte & erudita mẽte bonitatem: tollis & ab illa ipſum eruditionis actum: tanq̃ quæ in ſeipſa arcanę ſciẽtiæ radium figit: indultumq; ſibi a deo lumen abdere: & compari mẽti denegare gaudet. Eſt itaq; bona mens: tanq̃ ea quæ corporeo oris organo copulatur. hoc eſt mens quæ abſq; ore nõ eſt: & conceptus/qui non eſt abſq; voce. Oris ſiquidem palatum/reſeratio & adapertio mentis eſt: ſicuti & vox/abditæ conceptionis eſt explicatio. Et ſicuti diximus prius bonitatem copulam eſſe poteſtatis cum volũtate (Nã poſſe ſimpliciter abſq; velle/malum quiddam eſſe:

posse vero cum velle, illico esse bonum) ita & in humana mente dicendum. Mentem quidẽ aut abiunctam ab ore/aut corporẽum os occludentem/suasve notiones reserare & aliis ipartiri renuentem: malum quiddam esse. Eãdem vero ori coniunctam internasq; & proprias species vocibus eloquẽtem: mox vt benignam bonamq; apparere.

18 Filium seu secundam dei personam sub ratione bonitatis a sacris eloquiis verbum appellari.


Pręcedens de hac mente loquuta est: quę corpori addicta: vt de humana: quę ob naturalem assistentiam corporei organi: internas notiones est vocibus enunciare nata. De angelica autem mente secus est: quam nemo ideo malã censuerit q; suę sapientię thesauros hominum more/nequaq̃ vocibus aut scriptis enunciet. Cum enim hęc mens sit naturaliter abiuncta a corpore: quomodo voces aut scripturę erunt illius proprię? Sentiendum vero satius est hãc solis nutibus & conceptibus arcane & intime sese insinuare natam. Assurge igitur ex humanæ mentis analogia: ad patris personam seipsam naturali bonitate in filii persona tanq̃ in verbo & voce eloquentem: & ex ea assurrectione: cur dei filio/qui secũda dei persona est: summopere verbi & vocis congruat appellatio: tibi illico patescet. Agnosces enim diuinam substantiam esse vt mentem vnicam: in signis tribus: vt in notione voce & scriptura explicitã discretam numeratam: ipsamq; notionem patri vocem & verbum filio: spiritui vero sancto scripturam esse conferendam.

19 Diuinam internæ operatiõis discretionem: a paterna persona exoriri.

Diuina interna operatio quę est & filii generatio & spiritussancti prolatio: consideratione diuinę totius substãtię intra cuius penetralia procedit: interior appellatur. Quã si ad solius patris personã cõtuleris: a cuius personali esse proficiscitur: hoc pacto sumes ab ea totius diuinę discretionis initium. Nam radius generationis filii fundit quidẽ seipsum a persona patris: non tamẽ abit extra diuinam substantiã. Si enim radius ille clauderetur figereturq; in paternę personę gremio: aut nil pater gigneret: aut id quod ab eo gigneretur/esset cum eiꝰ persona confusum & ab ea indiscretum. At vero persona filii/personaliter discreta est a persona patris: & cum illa penitus inconfusa: non tamen subsistit extra septum aut circulum diuinæ totius substantię. Quamobrem & diuinus radius generationis filii: simul quidem progreditur a persona patris & simul manet in diuina tota substantia. Et rursum radius procedẽtię spiritussancti simul exit a personis patris & filii tanq̃ ab vnico sui principio. Nam si in illis retineretur: tum spiritussanctus in amborum personis confunderetur: nihilq; proprietatis seu personalis discretionis haberet. Idem tamen radius nequaq̃ extra diuinam substantiam pergit.

Diuinæ internæ operationis discretionem: sensibiliter explanare. 20

Circunscribo diuino isopleuro. A.B.C. circulum. A.B.C. in cuius circunferentia tres parui circuli. A.B.C. sint quędam trium personarum/vt huiusmodi/proprietates adinuicem incõfusę & personaliter abinuicẽ discretę: ita vt persona patris nõ sit cõfusa in persona filii: neq; spiritussancti psona/sit in extremis cõfusa. Clarius videbis radium. A. B. proficisci



quidem a persona patris vsq; in personam filii eundem tamẽ sisti: claudi: ac colligi: in diuinæ totius substantiæ circulo. A. B. C. Similiter & lineæ. A. C. & B. C: a circulis. A. & B. vsq; i. C. procedunt: cum tamen hæ nequaq̃ maioris circuli. A. B. C. (qui est vt septum diuinæ totius substantiæ) terminos excedant. Diuina itaq; interna discretio sola ratione & consyderatione diuinæ totius substantiæ vt maioris circuli. A B. C. interior vocatur: quam tamẽ sub iudicio & intuitu solius paternæ personę in generatione filii: aut respectu extremarum personarum in processu spiritussancti: aliquo pacto digredientem appellare non est incõmodum. Aliud enim est diuinum radium ferri de persona in personam: & aliud eundem de substantia in substantiam progredi. Nam per hũc eius progressum / mundi creatio: per illum vero interna dei operatio definitur. Quamobrem diuina interior operatio / simul & substantialiter interna: & personaliter digrediens appellatur.

21 Ex analogia animi: internam diuini radii progressionem dicere.

Nam intellectualis species quæ est in memoria: dicitur quidem esse extra intellectum: non tamen extra totum animum. Vbi enim intellectualem speciem / sui oris forcipe captauit intellectus a mundo: mox illam traducit funditq; in memoriam. Et cum ea species migret ac digrediatur ab impassibili intellectu in ipsa memoriæ scrinia: agaturq; extra ipsius intellectus acumen: non tamen abit extra animum: sed extra discretionem & proprietatem solius intellectiuæ partis: cum postea in memoria residere dicatur. Fit ergo in animo clara & manifesta intellectualis speciei / a parte in partem / a facultate in facultatem digressio: cum tamen non fiat eius digressio ab aula totius animi. Ita profecto & diuinus radius in paterna persona fontanaq; deitate exoriẽs: in personam filii traducitur: qui rursum simul ab extremis emergens personis: in spiritussancti personam procedit. In quo suę progressionis finem / statũ / modum / ac terminum offendit: neq; vltra quidẽ progrediens: neq; ab ea resiliens. Et hæc radii tam progressio q̃ reflexio: nullo pacto diuinæ totius substantiæ limites excedit. Sicuti neq; internæ motiones ac digressiones intellectualis speciei: extra ipsius animi thalamos euagãtur q̃q̃ de facultate in facultatem & de potentia in potentiam: ipsa intellectualis species semper in animo manẽs: traducatur: sicuti & diuinus radius de persona in personam / nusq̃ diuinã substantiam excedens / fertur.

Q̃q̃ pater gignens filium eius generationem æterne & potuerit & voluerit & exequutus sit: nihilo tamen secius patri potestatem: filio voluntatem: spirituisancto ipsam exequutionem in analogia accommodamus. 22

Quando de deo per animum philosophamur: dicimus patrem esse vt intellectũ: filiũ vt memoriã: spiritũsanctũ vero vt voluntatẽ. At cũ per naturã actionis diuinã trinitatẽ pscrutamur: tũ ea quæ in omni actione sunt necessaria triniter discernẽtes: in iuũ ile io; fitte in potestatem voluntatem & exequutionẽ: patri potestatẽ: filio volũtatẽ: sancto vero spiritui ipsi⁹ exequutionis actũ dicimus esse psimilẽ. In præcedente vsi sumus analogia animi: hoc est intelligentiæ memoriæ atq; voluntatis. In præsenti autem / similitudine & proportione actionis vtemur. Nam & pręsens propositio ad hanc secundam similitudinem: quandam quę exoriri potest instantiam dissoluit. Rogabit enim forte quisq̃ quomodo possunt hæc tria in diuina



actione discreta potestas volūtas & exequutio/ rite diuinis tribus personis conferri:cum tamē soli paternæ personæ propria esse videantur: quippe quæ & fons est diuinæ totius internæ actionis: & initium (vt facer Dionysius ait) cūctorum diuinorum processuum. Si enim pater genuit filium:cum filii generatio sit paterna q̄dam actio:necesse est in actione paterna hoc est in filiali generatione / hæc tria / potestatem voluntatem & exequutionem concurrisse. Et patrem solum in primis tam potuisse q̄ dein voluisse q̄ demum expleuisse exequutūq; esse generationem filii. Erūt igitur solius patris propria hæc tria:potestas voluntas & exequutio: quæ si solius patris sunt:quo pacto signa erunt & vestigia trium diuinarum personarum:potentia scilicet patris/voluntas filii / & exequutio spiritussancti? Hui⁹ obiectionis dilutio nō multum ardua est. Nam cum pater sit totius deitatis fons & initium:qui & per se filium gignit & vna cum filio spiritumsanctum profert manifestum est diuinam internam actionem / generationem scilicet & processionem: quādā esse & paternæ personæ & extremarum personarum explicationem. Explicatur enim pater in filio tanq̄ in consubstantiali imagine. Et pater & filius explicantur ac relucent in spiritusancto:vt in media & cōsubstātiali amborū ipsorū specie. Omnis aūt explicatio: aut tēpore aut intelligentia priorem habet complicationem:a qua deriuatur ac proficiscit. Haud ab re igitur hæc tria potestas voluntas & exequutio (q̄q̄ implicite & arcane solius paternæ personæ sint peculiaria) tres nobis diuinas personas explicare videantur.

23 Omnes explicationes:a priore implicatione deriuari.

Si enim Eua ex Adam sumpta est:cum hæc sit quædam ipsius Adæ explicatio:vtiq; oportet Euam intellectualiter in Adam fuisse: tāq̄ nondum sensibiliter explicitam: nondū in sua ꝓprietate subsistētē. Et Cain qui ab vtroq; genitus est: cū sit explicatio amborum:aliquo pacto ante sui ortum & sensibilem emersionē pręfuit in ambobus:in Adam quidem virtute seminis:in matre vero Eua vi conceptionis. Nā & semen in patre: & vterina conceptio in matre:ipsius filii Cain natiuitatem & apparitionem tempore præcessere : ideoq; sensibilis natiuitas filii Cain:explicatio quædam est ei⁹ qđ prius arcane & implicite in parentib⁹ delituit Omnis igitur sensibilis explicatio:a priore arcana implicatione originem atq; initiū sumit.

Omnes diuinas personas ab intelligentia vt in sola patris persona implicitas fuisse deprehendi. 24

Præfuisse ac delituisse filium in patre: post ea vero eundem ab illo emersisse:est prius & posterius non durationis aut temporis:sed soli⁹ nostræ mentis atq; intelligentiæ. Si eñi ab ęterno pater genuit filium:nunq̄ dicere verū fuit: filius abditus est in persona patris/nondum genitus/nondum apparens/nondum discretus/ nondū in actu & proprietate suæ personæ subsistens:vt qui semper fuit in actu & proprietate suæ personæ:ab æterno genitus / discretus / apparens / inconfusus / semper explicitus. Modus tamen nostræ intelligentiæ cum & æternitatem minime claudere & apprehendere valeat:cum non simul multa sed sensim plurima intelligat:temporaliter & successiue a patre in filium discurrit:offerens in primis ac obiiciēs sibimet ipsam solam fontanam deitatē : velut ante generationē filii: & velut ante processum spiritussancti. Hoc enim modo nostræ intelligentiæ infirmitas ab vno in alium discurrens: cunctas diuinas personas in solo patre eminenter cōplicat:has illi vt abditas vt occultas / priusq̄ emergant / inesse indicans.

Nostræ mentis discursum per diuinas personas : ab implicito ad explicitum explanare. 25

Nostra enim mens:affixa in primis speculationi so'ius paternæ personæ tanq̄ fontanę deitatis & primogeniæ diuinæ monadis:illam solam & per se ante generationem filii & ante ꝓcessum spiritussancti speculatur: dicens hanc esse fontanam deitatem ac totius diuinę progressionis originem:cætera totius diuinitatis supposita mentaliter in se antea complicantē/

abdentem includentem. Poſtea vero eandem paternam perſonam meditari incipit: velut iā ſeſe primordiali radio explicantem: hoc eſt vt filium gignentem: vt illum e ſeipſa eq; proprio vtero educentem & perſonalis proprietatis eſſe illi benigne indulgentem. Demum vero extremas quoq; perſonas patrem & filium mentis ſpeculatio interim abiungit a tertia/id eſt a ſpirituſancto. Dum velut ante emerſionē ſpiritusſancti ambas ſimpliciter per ſe abſoluteq; ſpeculatur: educens deinceps earum congreſſione ipſum medium id eſt ſpiritumſanctum: quem prius in ambarum viſceribus vt abditū latentem occultūq; intuebatur. Hanc enī quā inter diuinas tres perſonas facimus ſucceſſionem: haud durationis eſt/ſed ſolius noſtrę mētis viciſſitudo & alternatio: vt quæ diuinā progreſſionem/haud vnice & ſimul intelligere ſufficit: ſed varie ſenſim perq; partes illam apprehendit: ſtatuens in primis ſolum dei punctum ſeu monadem: deinde e puncto & monade educens lineam ac dyadem: ex linea vero ac dyade expromens ſuperficiem ac triadem: & ſuperficiem demum reſoluēs in vnius pyramidis corpus: per quod de tota diuinitate prius philoſophati ſumus. Qui has itaq; diuinas & complicationes & explicationes/in ſucceſſione nō durationis ſed ſolius mentis agnouerit: perfacile & abſq; incommodo omnia ad patris perſonā referet: quæ tamen ſunt trium perſonarum peculiaria & propria.

26 Vi diuinarum complicationum quicquid eſt diuinitatis: paternæ perſonæ rationabiliter ineſſe.

Si enim diuina diſcretio: explicatio quædā eſt paternæ perſonæ: mens noſtra ſicut eam totam explicationem ſenſim ex paterna perſona & ab extremis educit: ita & eādē totā in paterna perſona complicat: abdens occuleſq; & filiū in paterno vtero: & ſpiritū ipſum in extremis perſonis: immo vero in ſola patris perſona tāq̄ in fontana deitate diuinoq; puncto/abdens diuinitatis omnia/tam filium q̄ ſpiritum. Si enī medium eſt in extremis: & extremorū alterū in altero eſt: vtiq; omnia in vno extremorum ſunt. Et ſi rurſum extremorum vnum ab altero pendet: & mediū ab extremis procedit: vtiq; opus eſt vnum aliquod extremorū eſſe primū & aliorū fontem. Hoc ergo modo noſtra mens diuidue pergit: ex ſolo patre in primis educēs filium. Ex patre vero & filio ſpiritum eliciens: qui per proceſſum ſui ab extremis: in iiſdem extremis delituiſſe intelligitur. Et hæc vt diximus in deo non ſecundum ſucceſſionem durationis: ſed ſecundum apprehenſionem noſtrę mentis ſunt intelligenda.

Exteram dei operationem ſeu creationem vniuerſi: eſſe diuini radii profuſionem: non tantum a perſona in perſonam: ſed a ſubſtantia in ſubſtantiam. 27

Digreditur internæ diuinæ operationis radius/duntaxat a perſona vna in perſonam aliam: non tamen a ſubſtātia vna in aliam ſubſtantiam. Fit enim hæc operatio tantum inter diuerſitatem perſonarum: non autem in alteritate ſubſtantiarum. Extera vero dei operatio: quæ eſt vniuerſi creatio: vtroq; modo peregrina & exotica eſt: tam inquam perſonaliter/q̄ ſubſtantialiter extrinſeca. Hęc enim radium & extra perſonam fundit & extra ſubſtantiam Per internam dei operationē/perſona vna alii dat originē: vt pater filio: & ambo ſpiritui ſancto: non autem ſubſtantia vna ſubſtantiæ alteri. At exteriore dei operatione: ſubſtantia vna/diuerſę penitus ſubſtantiæ præſtat initium. Eſt enim mundus alterius ſubſtantię a deo: & a diuina ſubſtantia ſeparatum. Conſtat igitur exteram dei operationem: eſſe profuſionem diuini radii non tantum a perſona in perſonam: ſed a ſubſtantia in ſubſtantiam.

Diuinæ internæ operationis proprietatem ſolum perſonaliter: exterioris vero proprietatem: ſubſtantialiter eſſe explicandam. 28

Ex pręcedente manifeſtum eſt proprietatē diuinæ internæ operationis: ſolū perſonaliter eſſe explicandam: vtpote quæ eſt a perſona in perſonā: aut a perſonis in perſonā: & nō a ſubſtantia in ſubſtantiam: diuini radii profuſio.

Hec isup operatio aut ad ipsi⁹ patris psonā aut ad vtrāq; extremarū tāq̄ ad sui initiū referēda est. Ois em̄ iterna dei operatio aut actio patris est: aut extremarum actio personarum patris & filii. Actio em̄ patris est generatio: actio vero amborum procedētia appellatur. Vnde fit vt spiritussanctus in interna operatione nihil agere dinoscatur. Hic em̄ status est & meta diuini radii: nihil vlterius aut gignens aut spirans. Extera autem dei operatio/quam creationem vocamus/personalibus proprietatib⁹ nequaq̄ est retegenda: quandoquidem ipsa non fiat de persona in personam: sed de substantia vna in aliam substantiam: habens quidem initium & originem in vna substantia: & finem statumq; in substātia penitus diuersa. Fit em̄ non a deo in deum: sed a deo in creaturam.

29 Exteram dei operationem seu creationem vniuersi: omnium trium personarum esse communem.

Exterior dei actio q̄ creatio vniuersi/cōmunis est trium personarum operatio: quas vnico ac simplici dei nomine seu diuinæ totius substantiæ appellatione complectimur. Nam mūdi creationem ita coniunctim ad deum diuinā q; totā substantiam referimus: dicētes diuinā totā substantiam/omnium creaturarū esse opificem: id est deum procreasse vniuersa. Non autem ita discrete dicendū: pater creauit omnia: filius omnia protulit: spiritussanctus vniuersa produxit. Nempe huiusmodi personalium nominum discretio: satius in æterna dei actione/ q̄ in extera operatione venit obseruanda. Rite enim dicimus patrem genuisse filiū: & rursum patrem & filium: spiritumsanctum protulisse. Spiritum vero nihil demum aut gignere aut proferre. Exteriorem vero dei operationem signaturi: rite loquimur dicentes deum diuinā q; substantiam omnia procreasse. Hoc enim pacto sub vnica & communi appellatione / cunctas diuinas personas complectimur: atque ad omnes tres sub ipso dei aut diuinæ substantiæ nomine: mundi & vniuersorum creationē referentes. Sanctus enim spiritus qui intra diuinæ substantiæ septa nihil agit molitur q; in extrinseca dei operatione vt in mundi creatione cum personis extremis concurrit simul creans deq; nihilo omnia producēs. Haud igitur de⁹ sub tantum vna suarum personarum: sed secūdum omnes tres vniuersa procreauit. Estq; diuina exterior operatio/haud vnius aut duarum personarum peculiaris: sed omnium triū communis actio.


Inter ipsa creaturarum genera: diuinū mysticum numerum relucere. Et alia quidem patri: alia filio: alia vero spiritui sancto esse similia. 30

Diuinus arcanus trium personarum numerus: in variis creaturis perlucide expressus est: quandoquidem in generibus ordinibusve creaturarum: alia patri/alia filio/alia spiritui sancto congrue respondere visuntur: qualia sunt ea/ex quibus diuinarum trium personarum analogias ac similitudines: crebro depromere solem⁹. Sol enim patrem/luna filium/terra spiritūsanctum æmulat. Adam rursum est vt pater/Eua vt filius/Cain vero vt spiritussanctus. Et ita in aliis innumeris creaturarum generibus: videbis signatum ac sensibiliter expressum diuinarum personarum numerū: ex quo tanq̄ non obscuro & aspernando vestigio & in vmbra clarius refulgente signo: ad diuinas personas vi analogiæ & assurrectionis euolamus & scandimus. Si enim omnis creatura a discreta/ab inconfusa & ordinata diuinitate pependit: necesse est & arcanam diuinæ substantiæ discretionem seu sacrum personarum mysticum penitus ordinem ac numerum: vmbratiliter in ipsis creaturarum generibus relucere.

Etsi inter ipsa creaturarum genera alia quidem patri: alia filio: & alia spiritui sancto sint similia: cuncta tamen ab omnibus personis vt vno principio & vnico diuino agente esse procreata. 31

Diuina substantia haudquaq̄ ita diuisim aut sigillatim omnia procreauit: vt alia quidem entia sibi similia & respondentia solus

creauerit pater/alia vero solus filius/alia quo q solus spiritussanctus. Nam diuinæ tres personæ nequaq̃ sigillatim sed vnice & sub communi diuinæ totius substantiæ vinculo:mundanæ creationi affuere. Qui enim illas singulariter aut sigillatim mũdanæ creationi affuisse contendit:necesse est vt alia a patre velut patre/procreata fateatur:alia a filio vt filio/alia a spiritusancto vt spiritussanct⁹ est: quod pro non paruo incommodo habemus. Haud enim angelos solus pater:neq; materiam aut sensibilia solus filius:neq; humanum genus solus spiritussanctus produxit. Haud etiam intellectũ pater solus:memoriam solus filius:voluntatẽ vero spiritus sol⁹ ad esse instituit. Nec rursum Adam est solius creatura patris:Eua solius filii:Cain vero solius spiritussancti. Hæc enim velut inepta & toti⁹ discordiæ diuisionisq; plena respuimus: dicentes quamlibet personam sub communi atq; vniformi dei appellatione procreasse vniuersa. Vnde fit vt quælibet creatura/sit personæ cuiuslibet opus: & quælibet ad quamlibet referenda. Fit iterum vt ex analogia creaturarum ad diuinarum trium personarum beatitudines:nullus ipsius creatiõis




Quælibet cuiuslibet.

differẽtiã elicere debeat:dicẽs p̃sonas singulas dũtaxat sibi similiũ & in analogia respõdẽtiũ creaturarũ esse opifices:aut creaturas tãtum ab sibi parib⁹ & respõdẽtib⁹ p̃sonis/esse platas.

32 In supremam totius euersæ pyramidis partẽ: id est secũdũ eius basim:nequaq̃ factam esse vniuersorũ creationem.

Diuina tota euersa pyramis vt. A.B.C. D. quam in superiore libro construere docuimus:diuinam nobis totam exprimit substantiam:vt vnicã & trinam/vt coniunctã & discretam. Vnicam quidem atq; coniunctam secũdum conũ & inferius acumen:discretã



vero trinamq; in superna & eminenti supficie. A.B.C. quæ est totius euersæ pyramidis basis:in qua & diuina quoq; interna operatio tota consummatur:a patre pergens in filium:& ab vtroq; reflexa in spiritum sanctum. Præsens ergo proponit in summam partem diuinæ eiusce pyramidis/perfectã esse & absolutam mundi creationem: secundum eminẽtem sublimemq; basim. A.B.C. potiusq̃ secundum acumen & conũ. D. Nam vt p̃mo nuimus ipsa mundi creatio facta est inconsubstantialiter:hoc est a substantia in substãtiam: & non a persona in personam. Sicut enim interioris diuinæ operationis extrema sunt persona & p̃sonalita & exterę actionis extrema sunt substantia & substãtia:hoc est diuersę prorsus substantiæ:creatoris & creaturarum/opificis & sui opificii. Dicimus ergo exteriorẽ dei operationem/satius secundum diuinę pyramidis conum:q̃ in partem sublimioris eminẽtisq; basis. A.B.C. esse perfectam. Nam in totius pyramidis basi vt in. A.B.C. sublimi internæ dei operationi locum designamus. Est igitur exterioris diuinę operationis locus:e regione & ex opposito eiusdem vt in imo cono p̃scrutãdus.

Cum diuina tota substantia vnice & cõiuncte omnia patrarit: cum & ea nihil sublimius sit: haud immerito exterioris diuinæ operationis locũ esse in imo cono perscrutandum. 33

Hæc propositio ad confirmationem præcedentis/duas iterum causas recenset:quæ exteriorem dei operationem haud immerito in diuinę pyramidis imo cono vestigandam esse velint. Prima eñ causa est:quia diximus prius diuinas tres personas haudquaq̃ proprie ac diuisim:sed vnice cõmuniter & coniunctim tãq̃

in substantiam vnicam concurrentes procreasse vniuersa. Et neq; omnes creaturas esse tantum alterius personarum opus: neq; aliquas quidem vnius & alias alterius: sed omnes omniū & vniuersas singularum. Atqui diuinarū triū personarum coincidentia & substantialis vnitas: in imo totius diuinæ pyramidis cono figuratur, vt in puncto. D. in cuius circulo aut ipsum dei nomen aut diuinæ substantiæ appellationem cūctis personis eodē modo communē



inscribere solemus. Cum igit̄ tres personæ vt vnicum agens / vt coincidentes in vna substantia / vtve vnicus deus mūdum procrearint: manifestum est ipsam mūdi creationem iuxta conum diuinæ totius pyramidis potiusq̄ in summa basi esse collocandam. Secunda vero causa est / quia diuina tota pyramis est vt deus simpliciter: quo nihil sublimius aut eminentius est. Omnis enim creatura absq; vlla proportione suæ distantiæ: ipsi deo subest. Est igitur extera dei operatio: quæ est vniuersorum creatio: in imo iuxta conum diuinæ totius pyramidis. A. B. C. D. perfecta atq; absoluta: quemadmodū & interior eiusdem actio / ex opposito in eius summitate & sublimi basi. A. B. C. sedem obtinere monstrata est.

34 In omni magnitudinum interuallo: vt in longitudine latitudine & profundo: competere deo aliquam operationem.

Nam interna dei actio quæ fit in summitate diuinæ totius euersæ pyramidis vt in basi A. B. C. sicut geminis radiis / radio inquam generationis & procedentiæ exaratur: ita & ipsa in duplici interuallo ac magnitudine fieri prędicatur. Nam generatio filii a patre fit in linea A. B. cuius interuallum ac dimensio est longitudo simplex / absq; latitudie. At processus spiritussancti fit in triangulo isopleuro / id est in superficie. A. B. C. cuius proprium interuallū est latitudo cum anteriore longitudine. Fit ergo interna dei actio in geminis magnitudinibus atq; interuallis: vt in longitudine ac latitudine. Porro intra septa diuinę pyramidis. A. B. C. D. nulla secūdum profundum (quod est inter basim. A. B. C. & conū. C.) accidit dei operatio: cum per id profundum nullus dei motus / nulla eius fœcunditas: sed sola trium personarum in vnitate dei coincidentia earumq; substantialis complexio & in diuina substātia immutabilis sedes ac mansio designetur. Attamen ex doctrina præcedentis secundum id interuallum extera dei operatio nobis patefit, vt quæ æqualiter a tribus personis sub communi dei appellatione concurrentibus atq; coniunctis pependit. Scribe enim sicut in præcedente fecimus: sub diuinæ totius pyramidis coincidentia vnitate & cono / ipsum creaturarum circulum: in quem exteriore sui operatione deus profectus est: tanq̄ a substantia in substantiam ab idētitate in alteritatem & a summo in imū. Et hūc supremum vltimumq; dei motū haud ab re sub profunditatis interuallo dicimus esse perfectum. Est igitur deus triniter fœcundus bis in seipso: & semel extra seipm̄. In seipso sub duplici magnitudine: vt in lōgitudine ac latitudine: extra se vero sub profunditatis interuallo: parturiens omnem creaturam.

35 Diuinum radium trinum esse.

Hæc fere cum præcedente coincidit. Nam docuit pręcedens deum triniter / id est sub omni magnitudinum interuallo esse fœcundum & aliquid proferentem. bis enim intra se fœcūdus est: semel in longum & semel in latum. Est autem & semel extra se fœcūdus in profundū partu omnium creaturarum. Atqui quotupli


citer deus fœcundus eſt: totuplex eſt & eius ra
dius ac fœtura. Sunt igitur diuini radii nume
ro terni. Primus generationis filii. Secundus
qui longus et latus eſt: procedentiæ ſpiritus-
ſancti. Tertius vero creationis vniuerſorum:
qui nō perinde ac cæteri duo aut æternus aut
conſubſtantialis aut æqualis eſt: ſed tempora-
neus/extra ſubſtantiam fuſus & ſine propor-
tione inæqualis inferior ac minor.

36 Diuinum omnem partum ac fœtum
trinum pariter eſſe:

Quotquot enim diuini ſunt radii: totidē
diuini ſunt partus: quandoquidē diuinus oīs
radius in partu ac fœtu aliquo terminaſ. Pri-
mus dei radius terminatur in filio: ſecundus
profert ſpiritumſanctum: tertius omnem eli-
cit creaturam. Primus generatio eſt/ſecun-
dus/procedentia: tertius creatio appellatur.
Primus dei partus filius eſt/ſecundus ſpiri-
tusſanctus/tertius vero omnis creata ſubſtan
tia. Omnis enī dei partus aut eſt vnius ab vno
vt filii a patre: aut vnius a duobus vt ſpiritus-
ſancti ab vtroq patre inquā & filio: aut demū
vnius a tribus: vt totius vniuerſi (quod aut re
aut ratione vnum aliquid eſt) a tribus perſo-
nis a patre filio & ſpirituſancto. Hæ enim ſub
communi vnius dei nomine in omnium crea-
tione concurriſſe & æqualiter omnia procreaſ
ſe dicuntur. Cæteri primi duo diuini partus:
& adinuicem & cum ſuo fonte hoc eſt cum pa-
tre conſubſtantiales/æquales & æterni ſunt.
Tertius autem part⁹/id eſt vniuerſum: ab ſuo
fonte natura & ſubſtantia differt: cum ſit ſine
proportione inferior & nequaq̄ illi coęternus.

37 Secundum omnem locorum & poſitio
num differentiam deum euadere fœ-
cundum.

Nam deus in primis fœcundus eſt inter
dextrum & ſiniſtrum vt a patre in filium. Hęc
enim diuina fœcunditas eſt: quam lineam &
longitudinem vocamus: cuius extrema ſunt
pater & filius: reſpondentia dextro & ſini-
ſtro. Deinde fœcundus eſt deus inter differen
tias ante & poſt: vt a patre & filio ſimul in ſpiri
tūſanctū. Et hæc eſt diuinę latitudinis fœcūdi
tas: cuius extrema ſunt ante & poſt. Ante qui-
dem pater & filius vna cōgredientes & (vt vnū
agēs) ſpiritū proferētes: poſt vero ſpiritusſan-
ctus. At inter ſurſum & deorſum nulla intra
diuinæ ſubſtantię ſepta fœcunditas occurrit:
cum nullus ſit communis trium perſonarum
vt vnius cuiuſdam agentis intra deum: aut ra
dius aut partus. Sunt enim diuinæ tres perſo-
næ ſimul vt ſurſum dei. Deorſum vero dei eſt
punctum. D. per quod diuina vnitas triumve
perſonarū ſubſtantialis coincidentia figuraſ.
extra tamen ſeipſum deus in profundo fœcun
dus eſt & pariens aliquid. Nam proferens om-
nem creaturam: quam diuinis tribus per-
perſonis totiq deitati ac diuinę pyramidi



ſupponendam eſſe monſtrauimus. Gignit eñ vt diximus deus in longitudine, ſpirat in latitudine. & hæc tantum duo intra ſe molitur. Creat autem in exteriore profundo: voluntarii radii extra diuinam ſubſtantiam profuſione ad creaturas vſq; pertingente.


38 Ad ſimilitudinem diuinæ pyramidis: creaturarum quoq; pyramidem illi reſpondentem conflare.

Sicut diuinam pyramidem a puncto per lineam & ſuperficiem vſq; in corpus ſenſim cõflauimus: vt ab. A. inchoando per. A. B. p. A. B C. vſq; in. A. B. C. D. ita & ĩ præſenti creaturarũ pyramidem cõficiemus: a pũcto. E. inchoantes per lineam. E. F. per ſuperficiem. E. F. G. vſq; in totius corporis. E. F. G. H. complemẽtum. Nam primus & ante omnia angelus ſeparatus vt actus creatꝰ eſt: qui ſit vt punctum. E. Deinde creata eſt materies / id eſt ſeparata potentia: quam per. F. ſignari volumus. Tertio vero velut copula & connexione ſeparatorum ac ſimplicium extremorum E. &. F. emerſere hi actus quos coniunctos appellamus / puncto. G. expreſſos: quibꝰ perfectis orta eſt ſuperficies. E. F. G. cui demum ſuperficiei adiiciendo in conũ / cõmunẽ creaturę appellationem diuino nomini reſpondẽtem / quã per punctum. H. notari volumus: conſurgit corpus totius creaturarum pyramidis. E. F. G H. pari progreſſione abſolutum: quo & diuina pyramis antea perfecta eſt. Intereſt duntaxat q̄ conus eiuſce pyramidis quę eſt creaturę appellatio: duntaxat nomine tenus vinculum eſt & coincidentia trium creaturarum: actus inquã ſeparati / materiæ / & coniunctorum actuum: vtpote quibus nulla eſt communis / & eadem ſubſtantia: ſed ſolum creaturæ & nomen & ratio. Diuinæ autem pyramidis conus verus eſt nexus: vera coincidentia: & ſubſtantiale vinculum trium perſonarum: iis & nomine & ratione & ſubſtantia commune.




Diuinæ totius ſubſtantiæ pyramidem in columnam reducere. 39

Mathematica columna aptiſſima eſt ad ſtatum & quietem figura. vt quæ omni ſuæ altitudini parem baſim ſubiic...t: ſeq; vndiq; ęqua amplitudine fulcire videatur. Cum ergo omnem creaturam ſub diuina pyramide ex parte coni. D. dixerimus eſſe collocandam: hinc ex adiectione exterioris creaturarum circuli ad diuinam pyramidem / conflabitur imperfecta & irregularis figura / priore pyramide inſtabilior & ad diuinum ſtatum ineptior. Nam præſens figura. A. B. C. D. E. irregularis eſt: & a mathematica conſyderatione reiecta: cum tamen per eam / extera creaturarum ad deũ adiectio deſignetur: ſubſignante puncto. E. creaturarum circulum / diuinæ toti pyramidi ſubiacentem. Satius itaq; eſt hanc irregularem & inſolitam figuram ex duplicata pyramide reſoluere in columnam. quod hoc modo abſoluemus. Conſtruo ſecundum doctrinam præcedentis vniuerſaliſſimam pyramidẽ creaturarum diuinæ pyramidi analogam ac ſimilem: quæ omnem creaturam in quadam nominum vnitrinitate complectatur. Nam quicq̄d creauit deꝰ (vt in libro de ĩtellectu docuimꝰ) aliquo pacto trinitate diffinitur: ſcilicet per actum ſeparatum / per materiam / & per actum coniunctum. Angelus eſt vt pater: materia vt filius: actus vero materiei coniunctus: quæ eſt extremorum complexio: ſpirituiſancto reſpõdet. Ex his igitur tribus creaturarum generibus angelo / materia / & actu coniuncto: tanq̃ ex tota creaturarum vniuerſitate & ex vniuerſali nomine creaturæ / quod de huiuſmodi tribus pari ratione enunciatur: conflo pyramidem. E. F. G. H. in qua. E. ſit vt angelus. F. vt



materia.G.vero vt homo/vel vt actus coniunctus H.autem vt vniuersale creaturæ nomen cūctis cōmune.Hanc vero adiicio præposte re ad diuinam pyramidem.A.B.C D.ita vt conus eius sit cono.D. vicinus:& basis a basi semotissima. Dico illico conflari ac restitui eam



quam petimus columnam/ex duplici pyramide:diuina quidem/æterna & increata:reliqua vero creata:aggregatam.Nam punctum.E. qui angelus est/ob analogiam quam habet ad A.hoc est ad patrem:extendit lineam.A.E.At punctum.F.ex sua ad punctum.B.similitudine:lineam.B.F.protendit.G.vero quia pariter puncto.C.comparatur:complet lineam.C. G.quæ est analogia actus coniuncti vt humani ad spiritumsanctum.Cunctis igitur suis costis punctis ac superficiebus permixta dei & creaturarum columna/absq; vlla confusione euadit absoluta.

40 Quid hæc ex dei & creaturarum pyramidibus conflata columna mystice signet explanare.

Dicimus huius columnæ esse significantiam trinam.Prima ostendit a pyramide ortā esse pyramidem:hoc est a diuina pyramide pyramidem creaturarum quę est diuina exterior foetura:profuso extra diuinam substantiam diuino radio/procreata.Secunda docet in ea columna creaturarum vniuersitatem (quæ sub pusillo ac breui suæ substantię modo:nihil ad sui creatoris substantiam accedit) aliquo pacto vt proportione discretione ac numero rite suo creatori exęquari:dum ab ente trino trina profecta est creatura.Tertia statum in primis creatoris in suis creaturis:& illius in his stabilem perpetemq; mansionem salutis creaturarum causa pandit:singularum etiam personarum ad singulas creaturas proportiones ac responsus ostendens.Hoc enim modo pyramis pyramidi/basis basi/& conus cono:vi analogiæ rite confertur.

Totius prioris columnæ numerum inuestigare. 41


Hęc inuestigatrix est numeri totius eiusce columnæ:quæ ex diuina & creata pyramide a nobis cōstructa est.Hunc autem numerū perfacile est ex pyramidis elicere pluritate.Nam prius diuinæ trigonæ pyramidis numerum diximus esse quindenarium:ex quaternitate punctorum/ex item costarum siue linearum hexade/ex quaternitate isopleuricarum superficierum/& ex totius corporis vnitate accrescētem:qui & quintus trigonus est:vnitate/binario/ternario/quaternario/& quinario restitutus.Huius autem numeri duplum trigenos constat:quos dico esse petitum totius columnæ numerum:vtpote ex integro vtriusq; pyramidis numero coaceruatum.



Vtriusq; diuinæ operationis exterioris scilicet & interioris proprietates recensere. 42

Interna dei operatio fit intus & in substātię identitate:quā ideo consubstantialē vocam⁹. Fit item in æternitate/æqualitate/& similitudine:duplici radio:vno generationis/alio processionis. Fit necessarie absq; vlla contingētia & possibilitate non essendi. Fit deniq; ab ente in ens:omne nihil excludēs.Hæc sunt diuinæ internę operationis propria:quorū opposita exoticę & peregrinæ diuinę operationi adsunt.Fit enī extera diuina operatio in diuersitate substātię Fit item extra ęternitatē:in secundi æui initio inchoata & in tēpore cōsummata.Sicut enī angel⁹ prima creatura initiū est ęui:ita & homo vltima creaturarū:tēporis period⁹. Fit etiā in dissimilitudine & inæqualitate:quia ea quę creata sunt:tā ad inuicē q̄ ad rationē sui opificis:& inæqualia & dissimilia esse offenduntur. Fit simplici radio:quē creationis iubar extra diuinam substātiam profusum appellamus.Nam

creatio simplex est: nullam generationis aut processionis differentiam habens: cum sint omnia eodem modo a deo procreata. Haud enim dicuntur aliae quidem creaturae genitae a deo: aliae vero ab eo processisse: sed omnes simplici radio de nihilo factae. Fit rursum contingenter ac voluntarie: cum absque ulla necessitate deus creationis radium extra seipsum profuderit. Fit postremo ab ente in nihil: dans vniuersis creaturis esse de nihilo.




43 Exteriore sui operatiõe: deum de nihilo cuncta perfecisse.

Haec septimam & praecipuam diuinae exterioris actionis proprietatem resumit: vt edoceat cur deus de nihilo cuncta perfecisse dicatur: quae profecto proprietas sicuti & praecedentes: perfacilem habet intelligentiam. Quãdiu enim diuini radii progressio / intra diuinae substantiae septa sese congyrans non extra illam meauit: tamdiu nihil de nihilo produxit. At vbi hic radius extra fines diuinae totius substantiae fusus est (quãquã hic a lumine abierit in tenebras: & ab ente in nihilum: a positiuo initio in negationem) tamen in ipso nihilo non mansit infoecundus: sed crebra reflexione seipsum in nihili tenebris ac abysso colligens: tenebras conuertit in lumen: & e nihili profundo cuncta entia produxit.

44 Interiorem dei operationem esse diuini radii continuitatem per idem medium. Exteriorem vero esse eiusdem radii refractionem tanq̃ per occursum dissimilis medii.

Admiranda est diuini radii foecunditas: qui emergens quidem ab eodem fonte / vt a patre: q̃diu per simile fertur medium / vt per immensa diuinae totius substantiae interualla tamdiu nequaq̃ frangitur: sed vnus continuus / idem / aequalis / ac similis / in diuinae identitatis aura perseuerat. Vbi autem extra diuinae substantiae quietos & inagitatos thalamos fertur: mox tanq̃ dissimilis medii occursu (iuxta naturam & consuetudinem radiorum) frangitur: aut a perpẽdiculo dilatans seipsum: aut ad perpendiculum recurrens: vt praesens figura ostendit: in qua radius procedens a patre vsque ad filium & spiritum sanctum: vnus continuusque perdurat.



Vbi autem post filium & spiritumsanctum (qui ipsius patris consubstantiales partus sunt & arcanae dei foecũditates) extra diuinam substantiam meat: cõfestim velut a medii dissimilitudine refractus / ad perpẽdiculum redit: pergitque in nihili hyatũ: ex cuius ignota tenebrarum abysso: cuncta foecundissimus profert & ad esse perducit. Nimirum igitur cum extra deum nihil sit: si de nihilo deus exteriore sua operatione cuncta dicatur perfecisse: cum eadem sint: diuinum radium fundi extra deum & protẽdi in nihilũ: fundi extra lumen & abire in tenebrarum abyssum.

Huius propositionis: Deus potuit ab 45
aeterno: creare oĩa: explicare veritatem.

Varia compositio ac diuisio huius vocis: ab aeterno / haud ab re & propositionem & sensum eius immutat. Nam si vox ab aeterno / iungatur cum praecedente verbo potuit:

diuidaturq; a verbo creare: vera est affirmatiua hæc: Deus potuit ab æterno creare omnia. Eius enim sensus est. Deus ab æterno potentiam habuit / siue potens fuit: creare omnia. Nam deus æternus est: & æterna illi affuit potestas creandi vniuersa: immo vero diuina substantia dicitur æterna esse potentia / creationis vniuersorum. Eadem enim sunt in deo / esse & habere: eadem in illo substantia & habitus. Idē qui est & qui habet: idq; quod habet existens: vt potentiam habens & potentia existens: habens bonitatem qui est & ipsa bonitas: habens virtutem: qui est vniuersorum eminentissima & ipsa tota virtus. Consyderatione igitur ipsius simplicis & absolutæ potētiæ: quæ & æterna est & semper potens: cuiusve potestas externa & aduentitia non est: quæ itē semper ab ęterno potuit vniuersa: dicitur hæc propositio vera esse: de⁹ ab æterno potuit: aut potuit ab ęterno: creare vniuersa. Nihil enim vox ab æterno siue aut præponatur aut postponatur indicatiuo verbo potuit: sensum propositionis immutat: modo cum eodem verbo iungatur atq; cōstruatur.

Hanc quoq; propositionem deus potuit: ab æterno creare omnia: falsam esse ostendere.

Si dictionem ab æterno / abiunxeris a verbo potuit: addens eam ad infinitiuū verbum creare: dico hāc affirmatiuam deus potuit ab ęterno creare omnia / esse alienam a veritate. Nam sicut prior designabat in deo æternam inhærētiam creatricis potentiæ: ita & hæc posterior deus potuit ab æterno creare omnia: ęternum ipsius creationis actum subsignat: enuncians ab æterno potuisse impleri / ipsam vniuersorū creationem. Dicimus enim æternam quidem esse potentiam creationis omnium: non tamen ipsum creationis actum esse æternum. Nam deo nihil coæternū & æquale esse potest. Quamobrem vera est ea: quæ solam ipsam creandi potentiam asserit æternam. Falsa vero: quæ ipsum creandi actum asseuerat æternū. Fuit nempe æterna diuina potentia: duntaxat actui interno vt generationi aut spirationi ab

Deus	potuit ab ęterno: creare	omnia	vera
	potuit: ab ęterno creare		falsa

æterno coniuncta. Exteriori vero actui vt creationi: nequaq̄ ab æterno coniuncta fuit: sed eū actum contingenter / & in temporum initio / exequutioni demandare cœpit. Denarrauim⁹ enim in superioribus libris causam: cur deus non potuerit extra se patrare aliquod ens sibi coæternum: dicentes etiam id nequaq̄ diuinę impotentię aut infirmitati: sed potius imbecillitati creaturarum esse ascribendum.

Quantus est creaturarum numerus in genere & quantus in specie: edisserere. 47

Hęc varios numeros exquirit creaturarū: generalē inquam & specialem. Dico igitur sicut in precedentibus omnem creaturam generatim ternario numero comprehendi. Nam separato actu: vt angelo. Deinde materia & actu coniuncto. Quicquid enim fecit deus: aut separatus & intellectualis actus est qui vocatur angelus: aut vniuersalissima & separata potētia quam dicimus materiē / aut actus coniuctus: q in materia subsistere natus perhibetur. Pręter vero hęc tria: nihil extra deū / nec vllus sensus nec intellectus vllus attingit. Est igit̄ ternari⁹ generalissimus creaturarū numerus. Si autem specialiorē creatorū entium exigis numerū: dico exadem perfectorū primū / esse specificā oīm creaturarū mēsurā. Nam quinq; actus protulit deus extra se: vnū separatū a materia / id est angelicum: & quatuor qui semper in materię claustris abduntur: substātiuum / vegetatiuū / sensitiuū / & humanū: qbus adde ipsam vniuersorū potentiā seu materiem illico post angelos creatam: & confestim senarius specialior creaturarum numer⁹ exorietur: ad generaliorem numerum hoc est ad ternarium duplus.

Creaturarum numerū sub cunctis numeris a monade ad exadē explicare. 48

Hęc petit quomodo edoceam⁹ posse ipsam creaturarū vniuersitatē / sub omni numero qē est a monade ad exadem vsq; comprehendi: dicendo tātum esse vnum quod creauit deus: &

duo esse q̄ creata sunt:& tria & quatuor & qn
q3: & senario deniq3 numero exequata:quibus
ex numeris variæ creaturarū coincidentiæ ac
differentię agnoscuntur. Dicimus igitur quo
niam si & naturā diuini radii (qui creationis
causa extra diuinā substantiā progressus est)
& naturā ipsius nihil/in quod fusus est idem
radius & ex quo cūcta eduxit intueamur: vnū
aliqđ esse omnia quæ facta & creata a deo sunt
vtpote quæ ab eodem diuino actu & ex eodē ni
hilo(vicem cuiusdam materiæ & priuationis
in ipsa creatione/gerente)exorta sunt. Dicim⁹
enim:radius vna ex par
te/est vt efficiens oīa
Nihil aūt e regione:cu
iusdam materiei & po-
tentiæ speciē gerit :qñ
quidē sicut a deo & nō
ex deo omnia sunt fa-
cta:ita & ex nihilo & nō
a nihilo eadem procrea
ta dicuntur. Concludi
mus ergo sub ratione
extremorum dei & ni-
hili:vnum aliquid esse
vniuersa creata/in me-
dio dei & nihili colloca
ta. Et hic modus omnē
creaturam in monade
metitur. Si autem cu-
pis quomodo oīs crea-
tura dyade explicetur
agnoscere:accipe no-
men actus & potentiæ.
Nam quicquid extra se fecit deus: aut actus
est aut potentia. Quinq3 enim sunt actus crea
ti:& vnica tantum potentia vt materia. Porro
præcedens/omnia creata in tria resoluere do-
cuit:in actum separatum: in potentiam simpli
cem:& in actum coniunctum. Quaternarium
vero creaturarum hac via disquirito. Quic-
quid creatum est /aut separatus actus est / aut
simplex potentia / aut simplex essendi forma/
aut anima. Nam coniunctorū actuū aliæ sunt
simplices essendi formæ: vt &us elementorū
mixtorum imperfectorum & amineraliū.quos
ideo substantiuos essentialesve appellamus.
Aliæ autem sunt animæ:vt vegetantium/ani
malium & hominum formę. At quinarium in
creaturis hoc calle reperias. Oīs creatura:aut
separatus actus est aut potētia simplex aut sim
plex essendi forma aut aīa cognitionis expers
aut anima demum cognitiua. Sunt enim ani-
marum aliæ cognitiuę vt animalis & huma-
na. Alia vero cognitiōis expers:vt vegetatrix
anima. Hic itaq3 modus omne quod creatum
est: in pentade apprehendit. Postremo vero
creaturarum hexadem præcedentis doctrina





elicere monstrauit: diducēs dispartiensve crea
turas in angelum/materiam/essentiam/ vitā/
sensum/& rationem. Ex his igitur sex creatu-
rarum omnium numeris ac differentiis:sextū
trigonum hoc est vigesimum primum nume
rum conflabis. Et ex his non modo arithmeti-
cum triangulum:sed & geometricas figuras
creare poteris: dicens deum aut creasse pun-
ctum aut lineam aut triangulum aut quadra
tum aut pentagonum aut hexagonū: qui po-
strem⁹ diuinam creationē clausit. Deum item
aut creasse monadem aut dyadem aut tria-


dem aut tetradem aut pentadem aut exadem qui primus perfectorum numerorum diuino operi modum imposuit.


9 Omnem numerum infra septenarium & omnem mathematicam figuram infra eptagonum: a deo substantialiter procreatam esse.


In omni mathematica figura quæ est infra eptagonum vsq ad punctu: potest totius creationis ordo aut mod⁹ designari: iuxta eas creaturarum differentias quas præcedes denarrauit. Nam quaten⁹ omnes creaturæ vnu aliquid sunt: creauit de⁹ tantum vnum & punctum: vt vero quicqd creatum est: dyas quędam est actus & potētiæ: tum lineam deus ac dyadē procreauit. At cum omnis creatura triade numeratur: in separatum actum i potentiam simplicem & in actum cōiunctū deducta: tum merito triangulum ac triadem deus procreasse dicatur. At vero qui creaturarum vniuersitatem tetrade mensus fuerit: actu inquā separato / simplici potentia / simplici essendi forma / & anima: hic haud ab re quadratum cum tetrade a deo procreatum esse asseuerare potest. Quí autem pentade omnem creaturam metitur ac dinumerat: illā in separatum actum / in simplicem potentiam / in simplicem formam in animam cognitiōis expertem / & in animam cognitiuam diducens: hic dicere potest pentagonum cum pentade esse a deo procreatum. Et qui demum omnia creata in exade apprehēdere ambire & cōplecti volet: in angelum / materiam / essentiam / vitam / sensum / & rationem cuncta dispartiens: hic merito cum exade / exagonum esse a deo productum fateatur. Omnem igitur arithmeticum numerum infra septenarium: omnem quoq mathematicam entium & substantiarum figuram infra eptagonum deus procreasse ac descripsisse dici potest. Prodit enim vt diximus hæc figurarum diuersitas: ex variis creaturarum differentiis: quoties aut vnum esse creata omnia: aut duo aut tria / aut quatuor / aut quinq / aut sex prædicantur.











50 Vniuersorum creationem q̄q̄ vltra exagonū creaturarū minime progressam tamen in eptagono fuisse absolutam.

Si in medio & centro toti⁹ exagoni creaturarū/quē pinximus in præcedente/deum collocauerimus: tanq̄ qui extra seipsū e medio sui loco/ad circunstantiū se sex creaturarū circulos profectus sit creationis earum gratia: hoc calle nunq̄ in diuinum quē quærimus eptagonū pducemur. Nihil enim diuinæ monadis in cētro totius exagoni creaturarū positio: ipsum



exagonum adauget aut eum in eptagonū conuertit. Dico igitur statuendum esse deum inter creaturas: non in centro/sed in circunferentia/in apice ac summitate totius exagoni creaturarū. Hoc eñ modo idem exagonus in eptagonum conuertitur: vt subiectus eptagonus ostendit: cuius apicem conum ac fastigium obsidet deus: circa deum vero in totius extagoni peripheria specialis omnium creaturarū numerus/ id est senarius perfectorum primus cernitur distributus. Q̄q̄ igitur nihil creauerit deus vltra exagonum: q̄q̄ exoriens a deo creationis radius/a puncto incipiens per omnes mathematicas figuras vsq; in exagonum profectus sit: steteritq; in exagono tanq̄ in exteræ suæ foecunditatis periodo: nihilominus tamē



ipa vniuersorū creatio: satius in eptagono q̄ in exagono exaratur. Nam & excludit exagonus deum a creaturarum ordine: & nullum intra se septimæ diei/qua requieuit deus ab vniuerso mundi opere/locum reliquit.

Haud ab re a sacris eloquiis septem diebus perfecta esse omnia celebrari. 51

Non immerito a sacris eloquiis septem diebus perfecta & absoluta celebratur vniuersorum creatio: tametsi sex tantummodo & minime septena deus entia procrearit. Nam qui senis diebus extra seipsum perrexit: singulis diebus singula entium genera parturiens: septima die etsi nihil creauerit: in seipsum tamē regressus est. Haud enim dies creationis vniuersorum iuxta numerum creaturarum: sed iuxta numerum diuinarum lationum tam digressionum q̄ regressionum appenduntur. Nam sex tantummodo sunt creata entia: Angelus/materia/substantiuus actus/vitalis/sensitiuus & rationalis. Diuinæ tamen motiones ac lationes septenę: sex inquam digressiones: & vnica regressio ī seipsum. Licet ergo dicere sex tantū diebus deū procreasse vniuersa: septenis tamē dieb⁹ omnē sui motū lationē & pgressionē absoluisse. Nam septima dies q̄q̄ sicuti diximus protulerit nihil: deū tamen in seipsum ab omni quod patrarat opere recurrisse ostendit.

quo demum ſibi reſtituto inqꝫ ſeipſum recepto: nihil cauſæ occurrit vt ſeptenis diebus/ octaua ſuperflua adiiciatur.

52 Haud etiam immerito ſenis tantũ diebus deus humana opera impleri ꝑmiſit: ſeptima vero qcq̃ agere vetuit: hãc ſanctam & illibatam eſſe iubens.

Nam tantum ſex primis diebus: operatus eſt deus creans aliquid. Septima vero die nihil procreauit ſed ſuo toti operi finem impoſuit: qua & regreſſus in ſeipſum eſt: & operi ſuo benedixit: illud ſanctificãs atqꝫ in eſſe cõfirmãs. Haud igitur iniuria de⁹ ſeptimam diem qua ab omni ſuo opere requieuit: ſanctã quoqꝫ ab hominibus eſſe inſtituit. Quẽadmodum enĩ deus creationis cauſa/ ſex diebus profectus extra ſeipſum ſolis creaturis incubuit: ſeptima vero reuerſus in ſeipſum/ ſibiipſi aſtitit vt prius: ita & homo qui imago dei eſt/ ſex dieb⁹ extra ſeipſum ſuorum operum gratia pergere ſinitur. ſeptima vero die imitatione dei: debet a cunctis hũanis operibus reciprocus/ in ſeipſo conſiſtere: & ad deum conuerti: vt ea demum die & diuina requie & ſpeculatione potiatur. Et nihil obſtat: ꝙ ſeptimę diei obſeruatio: a nobis Chriſtianis/ præter veteris legis inſtitutũ ſit in diẽ ſolis quam dominicam vocamus immutata. Nam nihilominus ſenis tantum diebus ipſi noſtris operibus incumbentes: ſeptimam diem ſolennẽ eſſe inſtituimus: noſqꝫ ea die nulli practico negocio aut corporeo operi incumbentes: diuinis tantum obſequiis ac ſacræ ſpeculationi & meditationi deuouemus.

53 Etſi deus ſeptima die ab vniuerſo mundi opere regreſſus ſit in ſeipſum: regreſſio vero quædam motio ſit: nihilo tamen minus ſeptimam diem diuinę requiei & quietis eſſe lucem.

Hæc ad præcedentẽ inſtantia quædam eſt & obiectio. Cum enim ſeptima die regreſſus ſit deus in ſeipſum: illius vero in ſe reciproc⁹ motus/ actio quædam & operatio ſit: cur ſeptima dies diuinæ requiei & quietis appelletur? Huius obiectionis prompta reſponſio ex præcedentibus infertur. Dicimus enim duab⁹ de cauſis/ ſeptimã diem diſſimilem eſſe ſex prioribus diebus: & abſqꝫ iniuria iiſdem rationibus quietis diem eſſe nuncupandam. Prima cauſa eſt quia ea die nihil creauit deus: ſed ab oĩ creatione abſtinuit. Secũda ꝙ in ſeipſum in ſuum veſtatum/ tanq̃ in requiem: deus ea die remeauit. Nam ſi potius a termino ad quem/ q̃ a termino a quo faciunda denominatio eſt: cũ deus ſeptima die ab alteritate creaturatum in ſuã ſeſe vendicarit identitatem ac requiem: merito ſeptima dies diuinæ requiei & quietis appellationem ſubit. tanq̃ differens a cæteris diebus/ & infœcunditate: & termini ad quem idẽtitate.


Diuini omnis partus diuinæqꝫ totius fœcunditatis numerum inueſtigare. 54

Conſtat ex præcedentium doctrina: diuinum radium intra diuinam ſubſtantiam bis eſſe fœcundum. vt qui a patre exoriens & filium gignit: & a patre filioqꝫ emergens ſpiritũ profert. Porro idem radius concordi deinceps trium perſonarum voluntate contingenter diuinæ totius ſubſtantiæ ſepta ac fines exceſſit: pergenſqꝫ in abyſſum nõ entis: ſex demum ex ea abyſſo entium genera produxit: angelũ/ materiam/ eſſentiam/ vitam/ ſenſum: & rationem. quibus perfectis: idem radius in ſuũ fontem reciprocus a creatione abſtinuit. Omnis itaqꝫ diuinus partus: ſub octonario numero q ſecundus cubus eſt colligitur. Nam conſubſtantialis partus geminus eſt vt filius & ſpiritus. At vero inconſubſtãtialis & extera dei fœcunditas: numero ſenario ad priorem triplo exaratur. Eſt enim extera dei fœcũditas ad interiorem tripla. vtpote qui extra ſeipſum ſenario fœcundus: bino tantum partu intra ſeipſm propagatur.

Vniuerſam entium tam increatorum q̃ creatorum explicationem: in numerum vſqꝫ nouenarium excreſcere atqꝫ attolli. 55

Superior propoſitio diuinorum omnium partuum numerum ſcrutata reperit octona-

rium cuborum secundum:quẽ dyas ter in se ipsam reuoluta/pfert. Bis enim dyas quaternarium educit:qui auctus binario/octonarium gignit. Præsens autem non cõtenta octonatio diuinæ fœcũditatis: ipsam demũ entiũ vniuersitatem seu qualẽcũq; eoꝝ explicationẽ est sensitiua alia rationalis. Hac igitur diuisione effectum est quod volumus: quandoquidem per nouenarium numerum/ad singulorum vsq; entiũ proprietates sumus deuoluti.



In nouenarium vsq; numerũ extendi posse docet. Dicim⁹ igiť quoniam hac diuisione quam mox allaturi sumus: omnis entiũ qualiscunq; explicatio/ꝓprietas/differẽtia/ac sufficientia fiet manifesta. Ens eñi aut omnino per se est & a nullo ducens originem: aut ab alio ortum habet. Primum diuisionis membrum soli paternæ psonæ congruit: quę sola omnino p se est & a nullo exoriens suũve esse capescens. Secũdũ autem membrum & filium & spiritum sanctũ cum cunctis creatis entibus/in vnam partem seponit. quippe qui non omnino a nullo sunt: sed a paterna psona/vt summo oĩm initio/ortum ducunt:idq; quod sunt ab ea mutuare & capescere probantur. Rursum eorum entium q̃ nõ vsq;quaq; a seipsis sũt sed ab alio exoriũť: quædam suo fonti consubstantialia sunt/sola personali diductione ab ea diuersa. Quędã vero inconsubstãtialia: id est & psonaliter & substãtialiter a suo fonte diuersa atq; sepata. Huius autem diuisionis pars prima: filiũ ac spiritum sanctũ a creaturis abducit. quandoquidẽ hi sunt partus fœtusq; suo fonti/principio/atq; initio vt paternæ personæ consubstantiales solum personaliter ab eo discreti. Secunda vero pars: solas creaturas amplectitur. Deinde diuinorum inconsubstantialiũ partuũ alius est actus separatus/alia materia/alius actus cõiũctus. Coniunctorum porro actuũ/alia est aĩa/alia simplex forma/vt essentia. Aĩarũ vero alia cognitionis expers vt vegetatiua: alia vero cognitiua. Cognitiuarũ deniq; animarum alia

Ipsam entium enneadẽ in omnem cõparationem integralium enneadis partium: diducere atq; resoluere. 56

Id quod præsens proponit/ita sigillatim exequemur. Distinguentes enim in primis inter paternam personam & quicquid superest entium/aut psonaliter aut substãtialiter a patre discretorum: excipimus ab suo fonte id est ab ipso patre octonos partus: hoc pacto ipsam entium enneadem/in vnum & octo resoluentes. Deinde diducimus eam in duo & septem: diuidentes inter patrem & filium ex vna parte & cuncta sequentia ex parte altera. quandoquidem pater & filius: cunctis sequentibus ortũ dedere. Tertio inter tria & sex ipsam entium differentiam explicamus: dicentes patrem filium & spiritum sanctum/cæteris entibus dedisse initium. deinde quatuor eminentiora a quinq; inferioribus segregamus/per differentias intellectuale & sensibile. Nam cum tribus personis/sub intellectualis entis nomine: angelus concurrit. Cætera vero quæ sub angelo relinquuntur: sensibilia entia sunt. Et si i imo extremove loco materiam collocabis: rationẽ disponens in angeli vicinia/qui naturalis eius locus est: deinde sub ratione sensum/vitã/essentiam: tum per immortalem actum/rationẽ & angelos cum deo sociabis: hoc pacto superiora quinq; entia ab inferiorib⁹ quatuor dispartiens. Nam superiora quinq;: per se & propter se imortalia sunt. Inferiora vero quatuor aut

1	A nullo	Ab aliquo	8
2	Proferens	Non proferens	7
3	Creans	Creata	6
4	Intellectuale	Senſibile	5
5	Immortale	Mortale	4
6	Cognoſcens	Non cognoſcens	3
7	Se mouens	Non ſe mouens	
8	Actus	Potentia	
9	Subſtantia	Accidens	
10	Ens	Nihil.	

per ſe mortalia ſunt: aut non propter ſe incorruptibilia. Materia enim & ipſa actus non eſt: & ob ſolum humanum intellectum immortalis eſt: vt quæ facta eſt præſertim propter illũ. Deinde per ipſius cognitionis facultatem: ſex ſuperiora a tribus in imo reſiduis entibus excipiuntur. Non enim animalia ſunt ſenſitiuę (q̃ eſt cognitionum ſup̃ma) facultatis expertia. Per id vero quod eſt ſe mouere ſiue a ſeipſo moueri aut fœcundum eſſe: ipſa iam vegetantia ſuperioribus entibus ſociantur illaq; omnino ab inferioribus eximuntur. Nam vita ſeipſam mouet & a ſeipſa mouetur: cum tamen id nulli inferiorũ entium ſit proprium. Eſt etiam vita forma quædam fœcũda ſeipſam propagãs: quæ proprietas inferioribus entibus vt mineralibus & materię deeſt, cum tamẽ hęc ſit oĩm reliquorũ entium propria: vt quæ aut ſubſtantiale aut accidentale quicq̃ gignunt. At vero per ſubſtantialem actum: poteris ipſam ſimplicem eſſendi formam / cum ſuperioribus cõplecti: eximens illam a materia & ab eo omni quod materię ſubeſt. Nam quicquid eſt ſupra materiam: ſubſtantialis actus eſt: aut coniunctus aut ſeparatus / aut creatus aut increatus: atq; hoc pacto ipſam ſubſtantialem entium enneadem reſolues in vnum & octo. Deniq; per ſubſtantiæ nomen: materiam cum ſuperioribus ſociabis, vt cui ſubſtãtialis appellatio: cum cæteris præſtantioribus entibus cõmunis eſt. Abſoluta eſt igitur iuxta præſentis concluſionis petitionem totius ſubſtantialis entium enneadis diuiſio, per omnem comparationem integralium partium eiuſdem: primo illã in vnum & octo diducendo / ſecundo in duo & ſeptem: tertio in tria & ſex: quarto in quatuor & quinq;: quinto in quinq; & quatuor: ſexto in tria & ſex: ſeptimo in duo & ſeptem: octauo in vnum & octo: nono ac ſupremo ipſam totam enneadem in vnũ complectendo.

A nullo	Pa								
Spirantia	Pa	Fi							
Creantia	Pa	Fi	Spi						
Intellectualia	Pa	Fi	ſpi	An					
Immortalia	Pa	Fi	Spi	An					
Cognoſcentia	Pa	Fi	Spi	An	Hõ	Sen			
Semouentia	Pa	Fi	Spi	An	Rõ	Sen	Vi		
actꝰ ſubſtãtialis	Pa	Fi	Spi	An	Rõ	Sen	Vi	Eſſẽ	
Subſtantia	Pa	Fi	Spi	An	Rõ	Sen	Vi	Eſſẽ	Ma
	Gignens	Genitum	Procedens	Creatum	Corporeum	Mortale	Nõ cognoſcens	Non ſe mouens	Potentia

Diuinum radium vt in abyſſum nihili abſq; materiæ occurſu decidentem: eſſe infœcundum. 57.

Intellige i primis abyſſum eſſe tanq̃ imẽſũ nõ entis circulũ vaſto & iſcrutabili tenebrarũ

profundo deorſum hyantem. Quia diuinus radius/creationis cauſa extra diuinam ſubſtātiam progrediens funditur in nihilum (nam extra deum nihil eſt: nec poteſt quicq̃ extra deum fundi niſi in nihilum) ſi hic radius in abyſſum nihili/quam fingimus immenſo hyantem profundo/deſcendat: irrita ſui directione/nunq̃ ad abyſſi finem fundumq; pertinget: nunq̃ ab ipſius abyſſi extrema imaq; ſuperficie/aut colligetur aut reciprocus fiet. Permanebit itaq; radius in abyſſum decidens infoecundus ſemper vltra progrediens: ſemper in ima deſcendens: & nunq̃ ſui aut collectione aut reciprocatione quicq̃ proferre ſufficiens. Nam fortior & foecundior eſt radius reſiliens aut ſeſe colligens: q̃ perpetua ſui directione in vlteriora procurrens: & nullum ſuæ progreſſionis ſtatum offendens. Eſt igitur diuinus radius: vt in nihili vaſtā & intermināā abyſſum abſq; vllo materię occurſu decidēs: infoecūdꝰ.

58 Materiam eſſe operimentum abyſſi: diuinum radium foecunditatis gratia ſuper ſe ſiſtentem.

Sit puteus abyſſi A B C D: diuio ſubiectꝰ ſuppoſituſq; vultui. Nam non ens ſiue nihil in vniuerſorū creatione/eſt e regione dei ſiſtendum. tanq̃ e quo diuinus radiꝰ extra diuinam ſubſtantiam pfuſus: omnia profert/creans vniuerſa de nihilo. Si diuinus radius e diuino vultu pdiens/decidat i abyſſum: erit



vt diximus irritus atq; infoecundus. vt qui nūq̃ ad abyſſi extrema elabetur: ſemperq; infoecundus & vltra in rectum procedens permanebit. Radiorum etenim natura eſt: vt aut refractione aut collectione aut reciprocatione ſui: dum fortiores fiunt/euadant foecundi. Satius igitur eſt dicere materiam non enti vicinam/eſſe tanq̃ operimentum abyſſi: os illius hyatum ac profundum obturantem exatiantem ſolidantem. vt hoc pacto occurſu ſolidæ materiei/ſtratæ & extentæ ſuper faciem fauceſve abyſſi: diuinus radius fractus collectus & reciprocus: ſenſibilium actuum prouentu euadat foecundus. Erit itaq; materia vt linea & arcus E F/inter diuinum vultum & abyſſum ſita: tam diuinorum radiorum reflexiōis q̃ ſenſibilium actuum eadem reflexione genitorum/fultura & naturale ſubiectum.


Diuinum radium extra diuinam ſubſtantiam fuſum: aliter q̃ ab occurſu materiei collectum: angelum & materiam peperiſſe.

Hæc inſtat ad proxime præcedentes: cuius tamen inſtantiam/ſequēs propoſitio exoluet. Edocuerunt enim/hinc facilius emergere diuini radii extra diuinam ſubſtantiam protenſi foecunditatem: cum ab occurſu ſolidi alicuius corporis/aut ſolidæ materiæ hic radiꝰ ſiſtitur ac repercutitur: q̃ ſi ſemper directus ac tenuis in vlteriora intra abyſſum pertranſiret. Ita enim fieri oportet extra diuinam ſubſtantiam: ſicut in diuina ſubſtantia. At in diuina ſubſtantia idem radius exiens emergēſq; a patre: directus pergit/quouſq; collectus & iā reſilire incipiens filii perſonam gignit. rurſumq; & a patre emergens & a filio reſiliens: cū iterum concurrit cōfluitve in vnum: tum demū & ſiſtitur in deo: & ſpiritꝰ ſancti perſonam pfert. Sicut igitur diuini radii intra diuinā ſubſtantiam meantis foecunditatem ex aliquo ſtatu ac termino collectionis aut reſilientiæ ipſius venamur: ita & iiſdem de cauſis erit exterior eius foecunditas perſcrutāda: dicendo illū extra diuinam ſubſtātiam effuſum: debere ab aliquo extrinſecus occurrēte tanq̃ ab obiecto ac termino ſiſti: colligi: reflecti: vt fortior effectus aliquid producat. Atqui ex doctrina præcedentis huius diuini radii exterior terminꝰ, obiecta ve ſolida moles eſt ſubſtātia materiei: quæ fauces occludens abyſſi: quæ ve ſtrata & extenta ſuper os profundi: radiū ipſum coercet ac ſiſtit: vetans illum caſſo irritoq; motu ī abyſſū decidere: ne nihil gignat. vt pote deſe

materiæ: nunq̃ ad abyssi fundũ imamq; super
ficiem/a qua aut colligi aut resilire queat: de-
uoluendus. Si igitur hæc ita se habent: si solũ
ex occursu & obiectione solidæ materiei/diui
nus radi⁹ & colligitur & repercutitur: termi
numq; sibi fœcunditatis offendit: manifestũ
est angelum & materiam aliter ad esse prodiis
se: q̃ ex diuini radii super materiam vibratu.
Nam ante materiam factus angelus est. Et nec
dum erat materies: quando ipse fiebat. Haud
ergo occursu aut offendiculo materiei/artat⁹
est & collectus diuinus radius: vt & angelum
& materiam procrearet, quandoquidem ante
angelum & materiam: nihil adhuc erat extra
diuinam substãtiam, vetans ne diuinus radi⁹
absq; vllo partu & collectione ac reciprocatio
ne sui: abiret decideretq; in abyssum. Non
dum enim erant ipsius abyssi fauces occlusæ/
nõdum superiniecta aut superstrata materiei
solida moles: os illius ac patulum hyatum ob
struxerat & exatiarat.

60 Modum quo ex diuini radii extra diui
nam substantiam immediata & prima
profusione procreatus sit angelus: ape
rire.

Præcedentis propositionis instantia: nimi
rum simplicissima & prima omnium creatu-
rarum initia (actum inquam separatũ vt an-
gelum: & separatam totamq; materiei poten-
tiam) aliter q̃ sensibiles & conifictos actus ad
esse processisse coarguit. Nam & si secundi cõ
iunctive actus: ex diuini radii aut collectione
aut reflexione ab solidę materiei occursu ĩ ipsa
materia pullularũt: hac tamen lege neq; ange
lus neq; materia exoriri potuere, cum nõdum
subsisteret causa aut collectionis aut repercus
sionis diuini radii: quam dicim⁹ esse materiẽ.
Vt igitur edoceamus modum quo in primis
angelus/deĩde materia dissimiliter ad medios
coniunctosve actus ex natura diuini radii pe-
penderunt: sit summus circulus A B C/velut
diuina tota substantia, cui inscribo ysopleu-
rũ A B C trium personarum, sitq; A vt pater:
diuini totius radii fons & origo: B vt filius: C
autem vt spiritus sanctus. Educo ex pũcto A



fontana deitate/tres radios: qui extra diuinã
substantiam pergant creationis causa, vnum
perpendicularem A D G: duos vero laterales
& obliquos A B & A C. Quia natura perpẽ-
dicularis radii/est vt dissimilis medii occursu
nequaq̃ frangatur: sed vt vnus/idẽ continuus
q; tam simile q̃ dissimile medium pertranseat:
fit vt radius perpẽdicularis A D G cõtinuus
vnus & directus: deorsum ad os vsq; & fauces
abyssi pertingat. At obliqui lateralesve radii
A B & A C: fit vt continuo secundũ naturam
& consuetudinem omnium radiorum: in fini
bus & in exitu diuinę substãtię/tanq̃ dissimili
medio iam occurrente/illico frangãtur: & fra
cti subinde ad perpendiculum recurrant in
triangulo exteriore B C D/concurrantq; in
puncto D. Dico per concursum trium huius-
modi radiorum in puncto D/cum perpendicu
lo: angelicam nobis creationem sensibiliter ex

plicari:ipso materiei ortu & antiquiorem & sublimiorem:& pene in ipsius dei vicinia contingentem. Erit enim punctum D vt angelicus actus:abiunctus & separatus a materia, vt pote qui probatur & ea antiqor & longe sublimior. Eritq; creatio angelica manifeste opus trium peersonarum:concurrentibus radiis earũ:scilicet A D/B D & C D in puncto D.

61 Modum etiam quo diuinus radius extra diuinam substantiam erũpens: materiam post angelos ad esse duxerit explanare.

Vt huic propositioni satisfiat: resumenda est & coram oculis habenda præcedentis figura. Quia enim tam obliqui radii B D & C D q̃ perpendicularis A D/vltra punctum D cõtinui protenduntur (nam obliquorum radiorum angularis in puncto D sectio:vlterius illos protendit ac vibrat) sit vt radius B D/cõtinuus & vnicus vsq; ad F pcurrat. radius vero C D/ex parte altera:ad vsq; punctum E continu⁹ excutiatur. Quia radiorum præsertim obliquorum hæc est natura: vt interim nullo etiam dissimili occurrente medio/sed sola debilitate & longiore delatione sui frangãtur recurrantq; ad perpendiculum:fit vt radii B D & C D:recta ad pũcta vsq; E & F perducti:ibidem nullo quidem dissimili occurrẽte medio (nam nondum subsistit materia quam elicere volumus) sed sola debilitate fracti/ad perpendiculum sub parib⁹ angulis D E G & D F G reuertantur:concurrantq; cum perpendiculo in pũcto G:super os abyssi constituto:dico ex iterato & secundo huiusmodi radiorũ concursu:super ipsius abyssi faciem/materiã concrescere atq; procreari:quę erit vt punctũ G. Quapropter materia nimirum tantotiens vt abiectissima entium celebratur. vtpote quam suprema ac depressissima radiorum trium diuinarum personarum concurrentia parturiit & quę ad esse in imo (velut iam diuinis radiis ex longiore sui progressione fatiscentibus) de nihilo cernit esse perducta. Hi ergo modi sunt (quantum sensibilis capit descriptio) & angelicę creationis & materialis productionis. quę sunt vt omnium creaturarum extrema:a diuino quidẽ radio sed nequaq̃ per materiei occursum collecto:procreata.

Angelum simpliciore diuinorũ radiorum per dissimile medium refractione esse productum. materiam vero refractione secunda:fatiscentibus radiis lõgiore sui progressu. 62

Docuit pcedẽtis figura & oẽ dei op⁹:eẽ op⁹ trium personarum: & pari creationis modo angelum atq; materiam (tanq̃ simplicissima & prima omnium creaturarũ extrema) emer sisse. Nam refractione & concursu extremorũ radiorum:cum perpendiculari radio. Cæterũ non eadem refractione angelus & materia ad esse ducti sunt:quandoquidem fortib⁹ adhuc & indebilitatis radiis:primo congressu emerserit in summo angelicus actus. Materia autẽ radiis iisdem ex longissima sui progressione lã fatiscentibus/ac pene exinanitis:luceq; & vitali calore vacuis in imo:frigore poti⁹ ac gelu q̃ calore concreuit:suæq; molis duritiẽ ac corpoream soliditatem accepit. Et cum obliquorum radiorum cũ medio perpẽdiculari/vnio copula & concurrentia fiat in instanti:eiusdẽ prioris figuræ argumento elicies & omnes angelos in instanti & totam materiam in instanti ad esse perductos. alio tamen instanti angelos omnes:alio vero momẽto totam materiei molem e nihilo productam.

Vtranq; diuini radii refractionem: id est & a simili medio & ab sui debilitate: eius recursu & reflexione esse priorem. 63

Radius enim qui in descensu & progressione sui/ab suo fonte:aut dissimilis medii occursu:aut sola debilitate frangitur:haud illico re reflectitur nec resilire incipit:priusq̃ directam sui progressionem ac delationem/a summo in imũ absoluerit. Sicut enim fit eius a summo progressio:ita & ab imo eiusdem reflexio. Refractio vero fit in medio totius progressionis: binis vt diximus de causis, scilicet aut dissi-

militudine medii aut debilitate radii. A summo sit pgressio radii: sola voluntate dei. In medio vero cõtingit refractio eiusdē: aut ex dissimilis medii occurrētia / aut ex ipsi⁹ radii debilitate ac protensione longissima. Ab imo autē eius reflexio: a materiei soliditate causat. Ante ortum angelorum & materiei (quæ sunt entium extrema) sola dei voluntate radi⁹ a summo otiēs emersit: nihil simplici emersione sui / procreans aut gignens. Hic autem bis fractus in medio (semel inquam dissimilis medii vt alteritatis occursu: & semel iterum per sui defatiscētiā) angelū & materiā recurrēs ad sui ppēdiculū pfert. Angelū qdē ex dissimilis medii occurrentia: materiā vero ex debilitate fatiscens. Sed quid demum recurrens hic radi⁹ gignat: quid ab imo i summum / ab soliditate materiæ repercussus / varia sui reflexione producat: sequens edocebit.

65 Diuinum radium a materiei soliditate repercussum ac resilientem: cunctis mediis coniunctisve actibus præstare originem.

Hæc propositio supremam diuini radii fœcunditatem supplet: quo inquam modo hic / mediis coniunctisve actib⁹ dederit originem. Quēadmodum enim hic bina in primis refractione in medio fœcundus est: vna quidem angelum alia materiā parturiēs: ita & hic postrema quoqꝫ reflexione: ab imo id est a materia in altum quadrifariam recurrente: quaterna fœcunditate exultat / pariens in materia cunctos sensibiles actus / essentiā / vitam / sensum / & rationē. Hæc autem in præsenti figura descripsimus, in qua supponentes ex doctrina præcedētis: angelum atqꝫ materiam ex varia diuini radii refractione sumpsisse initium: harum refractionum modos suppressimus: ne plurium linearum confusio: mentem eluderet. Apposuimus autem dūtaxat quaternam eiusdem radii ab imo / hoc est a materia resilientiam / quæ totidem coniunctos actus peperit: sese in materia fulcientes. Breuissima quippe & vix e terræ eqꝫ ipsis materię visceribus emergens reflexio: humillimo actui vt essentiali / & imperfectissimis mundi entibus vt elementis mixtis imperfectis & mineralibus dedit initium. Secunda autem reflexio emergens quidem e gremio materiei: sed non ex toto sese ab illa excutiens: vitam plantasqꝫ materna semper exugentes vbera pcreauit. Tertia vero & altior & liberior a materia reflexio: sensum & animalia a terræ visceribus penitus amota produxit. Quarta demum consummata & altissima radii reflexio sua altitudine ad cœlum vsqꝫ aut pene ad angelicam pertingēs viciniam: hominem sublimi capite stantem erectumqꝫ parturiuit. Denarrauimus igitur quantum fert sensibilis descriptionis modus; & angelum & materiam ex diuini radii varia refractione pcreari, coniunctos vero actus quatuor: ex quaterno eiusdem radii a materia in altum recursu: emergere / pullulare / exoriri.



Et physicum & theologum summopere ociositatem & vacuū exterminare. 66

Hæc vt vlterius pergendo Mosaicorū verborum de vacuo & inani rationem exponat: præmittit quanto studio physicus & theologus qui substantiarum naturas scrutātur: vacuum & inane exterminare conentur. Nam si terra materiam i analogia subsignet: materia vero / vt physici volunt / haud vnq̄ fuerit mate

rialibus substantialibusq formis spoliata:nunq̄ fuit verum materiam fuisse inanem & vacuam.sed semper alicuius formæ plenitudine:letā fœtā impręgnatā. Adde φ si materia aut terra fuisset ab initio inanis & vacua:fuisset in rerum natura aliquid ociosum.quod nō modo physici:sed etiam theologi summa ope subterfugere ac vitare conantur. Nam physicus propulsandæ a materia & a cæteris rebus exitiosę ociositatis causa:illā asserit nunq̄ fuisse a forma separatam:sed concreatam illi fuisse saltem substantialium formarum abiectissimam:id est actum elementi.per quem in sensibilis totius mundi plenitudinem subuecta extenta ampliata:& corpoream plenitudinē acceperit:& sensibilem mundum sua præsentia replens/vacuum ab eo profligarit atq abegerit. Theologus vero nolēs quicq̄ fateri deo coæternum:nolens etiam ex æterna eius solitudine/in diuinam ociositatem ac torporem incidere:deū veraciter asserit intra se esse socialem:internisq numeri vera & personali discretione:illum trinum esse atq perfectum.quare nulla quoq exteriore substantia sibi coęterna circa quā aut quicq̄ agat/aut quā speculetur indigentem. Nullo igitur modo tam cunctis perosa & vitāda ociositas ac rerum vacuitas: est in vniuersum introducenda.

67 Si in rebus nullum est inane aut vacuum:cur a Mose dictū sit Terra autem erat inanis & vacua:edisserere.

Hæc ꝓpositio instat ad præcedentem.cui quidem instantiæ obiiciendū est dūtaxat: cur rationalis anima (q̄ vasculū est /natū oppleri virtutibus) creata est ab initio virtutum gēmis indecora/vacua actu/inornata? Et cur demum illam oporteat vario motu ac diuisibili eruditione (q̄ aut ex speculatione mundi aut a consimili mente prodeat) eas virtutes quas habere nata est adipisci? Cunctis enim sensibilibus rebus hæc a summo indulta lex est: vt ali⁹ sit creationis & alius perfectionis earū grad⁹, vtve pri⁹ ipsū simplex eē:q̄ bene beatūq eē cōsequant. Nā hūana mēs quā natura pcreauit vacuā/sciētiarū fulgoribus cūctisq virtutib⁹ carētē:seipsam demū virtutib⁹/cognitione & sapientia refercit:euaditq tandem locupletissima:quæ prius creata est inops & vacua. Hęc igitur & paria absq incommodo vllo: & de terra & materia enunciato. Etsi enim materia nō absq essentiali actu (vt physic⁹ vult) creata sit:creata tamē est ab initio præcipuis & speciosioribus actib⁹: vt vitali/sensitiuo/& rationali priuata inornata indecora. Creata est igitur materia haud simpliciter inanis & vacua sed duntaxat potioribus actibus nondum cōuestita. Et quæ de materia diximus: de terra intellige.

In sensibilibus rebus:diuersos esse gradus creationis & perfectionis. 68

Liquet ex præcedente:diuersos esse creationis gradus & perfectionis sensibilium rerum. quippe quarum simplex & incompositum esse:ipsum compositum/ornatum/beatumq esse anteit:& quarum substantia:sapientiam tēpore pręcedit. Nam materia quæ est sensibilium initium:ipsos perfectos actus/vitam/sensum:& rationem creationis ordine præuenit. Terra vero creata ē inanis arida & vacua:nōdum variis creaturarum generibus plena. Et sensibilis totius mūdi visibilia extrema cœlū ac terra:prius creata sunt q̄ lux in eis splēduerit. Dictum enim postea est a deo fiat lux. Et rationalis anima capax virtutum:absq tamē virtutibus & sapientia/in esse prodit inq ipis ignorantiæ tenebris procreatur. Postea vero vero variis exculta virtutibus: sapientiæ demum lux ī ea refulget. Et ita in cūctis sensibilibus experiri liceat: diuiduos esse diuersosq gradus creationis simplicis & perfectionis eorundem. Idq vnum esse peculiare omniū sensibilium entium: vt a priore potentia in actum proficiant.quādoquidem ad ea postremo subuehuntur & ea adipiscūtur: quæ ab initio habere posse: & ad quæ consequenda/nata esse pᷓdicantur.

In intelligibilibus rebus eundem esse creationis & perfectionis gradum. 69

Quod est linea in sensibilibus: diuersitasq punctorum potentiæ & actus: hoc est punctū

in ſtelligibilibus:& identitas vtriuſq; id eſt potentię & actus. Accipiunt enĩ intelligibilia ſimul actum cum potentia/ſimul finem cũ principio/ſimul bene eſſe cum ipõ eſſe/ ſimul deníq; ſapientiam cum prima ſubſtantia. Cunctis angelis ſimul cum ſubſtãtia:indulta eſt lux cognitionis & ſcientię vniuerſorũ: nec egent humano more poſt adeptam ſubſtantiam : varia ſpeculatione rerum/capeſcere diuiduam vniuerſorum noticiã. Et nihil obſtat/ q aliqui angelorum ab ſuo bono deciderunt. Nõ enĩ ideo deciderunt:quia nondum fuiſſent in ſuę perfectionis locum & ordinem tranſuecti. aut quia alius fuerit creationis eorum & alius pfectionis locus:& in ſuę perfectionis locum/nõnulli ſcandere nequaq̃ valuerint. In quo enim loco & ordine creati fuere : in eodem ſi permanſiſſent/ & ipſi ſuę perfectionis ſtatum erãt illico adepturi. Exciderunt tamen vltronea malitia:tam a ſuę creationis q̃ a ſuę perfectiõis ſtatu. Haud enim nati erãt in ſuperiorem aliquã hierarchiam transferri. ſed ſinguli in eo dũtaxat ſtatu & ordine:in quo ſubſtãtiam mutuarant:beati (ſi pmanſiſſent) erãt futuri. Eſt igitur in intelligibilibus idem creationis & perfectionis gradus.

70 Intelligibilium rerum vt angelorũ perfectionem: nequaq̃ eſſe earum ex ordine in ordinem:prouectionem.

Nam cęleſtes principatus atq; ordines:perſeuerant inconfuſi & impermixti. quibus ſanxit deus:ne qui vnius ordinis ſunt:in alium ordinem traducantur:ne ve ſuperiores in inferiorem:ac ne depreſſiores in excelſiorem ordinem cõmigrent. Malis ergo angelis id malum non fuit: q in excelſiorem ordinem tanq̃ in ſuę pfectionis gradũ/ab inferiore ordine et a ſuę creationis loco:ſcãdere nequiuerit:ſed q ab ſuo ordine in quo & creati & perfecti erant (ſi tamẽ permanſiſſent) aberrantes: prolapſi ſunt: ſuumq; principatum/vt ſacra teſtantur eloquia reliquerũt. Haud eſt igitur gradus alius creationis intelligibilium/alius vero perfectionis eorum. ſed vt repente ad eſſe perducti ſunt:ita & momento eodem vna cum ſubſtantia/ipſam etiam ſapientiam & vniuerſorum cognitionem adepti ſunt. nequaq̃ ex priore ignorantia (hominum more) in ſciẽtiam proficientes: aut ex humiliore ordine/& loco:in ſublimiorẽ gradum ſuę perfectionis & beatitudinis gratia ſcandentes.

Huius Moſaici dicti: & tenebrę erant ſuper faciem abyſſi:rationẽ exponere. 71


Per tenebras quę erant ſuper faciem abyſſi: cõiice priuationẽ materiei/hoc eſt hyantẽ materiam/nondum ſenſibilibus actibus adornatam. Diximꝰ enim materiã eſſe ſolidum quoddam operimẽtũ abyſſi. quam etiam ſi vis haud ab re/immo vero iure optimo (ratione nomini ſatis congruente) appellare poſſis firmamẽtum coelum ſeu terripamũ ſenſibilium actuũ. Nam ſub ſenſibilibus actibus & ſuper ora ac fauces abyſſi: ſtrata & extenta eſt materiei moles; vetans huiuſmodi actus rurſum decidere in nihilum:rurſum mergi in nõ entis abyſſum. ex qua primitus (diuino cõuehẽte ac ſegregante radio) prodierunt. Haud igitur arduum cõiicere eſt cur dictum ſit a Moſe:tenebras ab initio fuiſſe ſuper faciẽ abyſſi.

Quid eſt abyſſus : aut quid p abyſſum myſtice intelligendum ſit: exponere. 72

Abyſſum vt plurimum appellare ſolemus: rem omnem immenſam/nobis inuiã/a nobis iſcrutabilem:ſemperq; noſtrę cognitionis modum longe lateq; diffugientẽ. Nam & ipſam diuinitatem:ideo ſacrę ſcripturę quandam luminis immẽſitatem & abyſſum vocant. Et nõ modo deum/luminis abyſſum:immo etiam & tenebrarum denſitatem immenſam/illum appellant. q diuina lux ſemper nobis incognita: tenebrę potius q̃ lux/comparatiõe noſtri/eſſe videantur. Ex oppoſito autẽ nos etiam ipſius nihili eiuſue quod non eſt ſeu non entis immẽſitatẽ tanq̃ a nobis iſcrutabilẽ: & nunq̃ totam ad eſſe pduci potẽtẽ:abyſſum/priuatiõis hyatum/tenebrarũ & negatiõis pfũdũ appellamꝰ

Diuinę ſubſtantię immenſitatẽ ac ſimplicitatem ex nihili ſeu non entis oppoſitione aſtruere. 73

Sit circulus A vt deus: circul9 vero B vt nihil et non ens. dico amborum huiusmodi circulorum & actu imensam esse distātiam: & vtriusq; naturā suo



modo esse infinitam. Nam q̄tum deus distat a nihilo: tantundē nihil seponitur a deo. Eadem quippe est amborum circulorum distantia: vt linea A B / siue B A: quā dico oportere esse actu immensam. Si eni illam dixeris esse finitā: necesse ē deū haudquaq̄ ifinities distare & elōgari a nō ente. Nec ad ipsum non ens esse absq; proportione: sed aliquid proportionis ad non ens habere. vtpote a quo quidem non iam simpliciter & infinities: sed mediocriter finite ac numerabili interuallo elongabitur: quod pro summo habemus incōmodo. Eadem eni ratio quę deum infinities seponit abiungitq; a nihilo: asserit eundem esse simplicem / purum actu immēsum: nihil priuationis negationis & nō entis in proprio circulo complectentē. Et quę rursum asserit deum simplicē imēsumq; esse: hęc etiam illum infinities a nihilo summonet. Et contra qui deum senserit mediocri ac finito iteruallo distare a nihilo: eadem ratiōe deū esse finitum coarguit. Et qui finitū quoq; asserit esse deum: illius ifinitam a nihilo distantiā tollit. Par enim atq; vna est ratio infinitę diuinę substantię: & imensę eiusdem a nihilo sepositionis atq; distantię.

74 Ipsum nihil collatione dei sub ratiōe ꝓpria imēsum quiddā & abyssum esse.


Quo enim argumento excludis a diuio circulo A / omne non ens: imēsam illi indens inserensq; entitatem: pari ratione ab non entis ac nihili circulo B: omne eē debes excludere: simplicem puram et imēsam negationē illi inserēdo. Tanta etenim est non entis negatio: quanta diuina positio. Et quantū deus est: tantundem nihil non est. Si diuinum circulum dicis naturaliter plenum ac imensum esse entitate: ex opposito non entis circulum: debes immēsa priuatione entitatis arbitrari plenissimū. Hoc est immensa entitate vacuum & nulla ex parte sui: aliquid positionis entitatis & assertiōis habentē. Quemadmodū igitur deus immēsa lux est et ifinita positio: ita & nihil abyssus q̄dam est & imensitas negationis ac tenebrarū.

Nihili abyssum: exhauriri & euacuari non posse. 75

Manifeste enim confitetur vnusquisq; / mundum praesentem id est oīm creaturarum quas fecit de nihilo deus: vniuersitatē: vt nihil esse in cōspectu dei. idest eē velut exiguā quādā & impertem atomū: & posse deum longe plures immo vero infinitos procreare mūdos & a nullo numero procreatorū actu mūdorum: diuinam euacuari posse potētiam. Eodem itaq; argumento quo diuinę substantię abyssum cernis euacuari non posse: nihili quoq; seu nō entis hyatum / abyssumq;: dic nullo pacto posse exhauriri. cū quicquid ab illa educitur: sit totius cōparatiōe vt atomus & pene nihil. Cum enim nihili sit immensa priuatio: si omnē huiusmodi nihili priuationē / negationē / & potētiam diuinus actus ad esse perduceret: crearet deus aliquod ens actu ifinitum. idq; esset vt totius non entis potētia: ad essendi actum a deo perducta.

Quicquid factum est & eductum de nihilo: eius comparatione quod nōdum est: quodve in nihilo relictū est: esse absq; proportione & pene nihil. 76

Sicut enim omni procreato ente: superāt iuxta diuinę potentię naturam / infinities plura procreāda: ita & eductis his quę de nihilo emersere / superant absq; numero plura: que de nihili abysso queāt emergere: et ad esse a diuio actu perduci. Nam quicquid factum est: vtriq; extremae abysso idest sūmo enti & nō enti cōparatum: hoc est & diuino actui & potētię nihili / perexiguū quiddā est & imperti atomo ꝑsimile. Quia sicut posse facere dei est actu im



mensum: ita & posse fieri nihili / est actu infinitum. At vero factum esse in vtriusq; medio: infinitum non est. Nam ĩpossibile est exteriorem & inconsubstantialẽ deo ipsius nihili potentiã (quæ ẽ posse fieri omniũ) totam a diuino actu ad essendi actum perduci. Hęc enim si tota ad esse perduceretur: diuina potẽtia in ea sisteretur.

77 Haud posse diuinũ actum per assiduã creationem: toti nihilo ac nõ enti dare esse: seu om̃e posse fieri ad essendi actũ perducere.

Hęc in libro de infinitate dei sub aliis verbis & ꝓposita & discussa est. Sub his inquã ꝓposita verbis: haud posse deum create extra se aliquod ens actu infinitum. Si enĩ non potest deꝰ aliquod ens creare actu imẽsum: dico & ĩpossibile esse vt diuinus actꝰ toti nihilo det esse: vt ve diuinum posse facere: totum posse fieri / ad essendi actum ꝑducat. Nullo siquidẽ creationis actu: sisti claudi ac terminari põt ipsa creatio. quippe quę in medio extremorũ actu infinitorũ: diuini inquã actus & potentię nihili versatur: nunq̃ aut diuinũ totum actum: aut nihili priuationẽ euacuare sufficiens. Non enĩ factum est: quicquid fieri possit. Nondum ad esse perductum est / omne nõ ens: quia quicqd est: eius comparatione quod nondũ est / quod ve esse põt / absq; proportione minus est. Pars tantum non entis ad esse perducta est: & eius maximum / immo vero immẽsum: adhuc non est eritq; nunq̃. Nam si totum non ens fieret si toti nihilo et ei quod fieri potest daret esse deus: non modo nihil superesset faciundum: sed etiam nihil aliud diuinꝰ actus efficere posse diceretur. quippe qui iam omne suum posse fieri ad esse perduxisset. qui sibi parem ęqualẽ & imensam creaturam procreasset: in qua vis illius omnisq; potestas sisteretur. Sicut enim potest deus facere infinita & nunq̃ absoluet facere infinita: ita & nihil potest fieri ĩfinita & nũq̃ euadere poterit in actu infinita. Quantum est enim posse facere dei: tantum est posse fieri non entis. Et cum vtrunq; actu immensum et ĩpertransibile sit: nunq̃ deus absoluet id quicquid facere potest: & rursum nũq̃ id fiet quicquid fieri posse pronunciatur.

Ipsum nihil seu non ens q̃q̃ interim vocetur posse fieri omniũ: haud tamẽ esse aliquid reale: quod cum diuino actu in vniuersorum creatione congrediatur. 78

Hec propositio ingẽs forte dubium sublatura est. Hesitare enĩ posset aliquis an ip̃m posse fieri nihili siue ipsum nõ ens aut non entis nihilive abyssus: sit aliquid reale quod cum diuino actu in vniuersorum creatione congrediatur atq; concurrat: tanq̃ aut potentia aut materia cunctorũ. Dicimus ergo ad id nulla alia responsione opus esse: q̃ sola nominis nihili & non entis consideratione. Nam nihil nihil est: nulla res / nulla substantia / nullũ accidens deo coęternum in omnium creatione concurrens aut necessarium. tanq̃ rebus ipsis portionẽ vllam afferens substãtie. Verũtamẽ dico ĩterdũ opus esse: vt ii qui quo pacto a deo seu diuino actu sint omnia de nihilo procreata / apprehendere & ĩtelligere voluerint: ipsius nihili ac nõ entis rationem / in suam aut imaginationem aut intelligentiã disciplinę & cognitionis gratia vendicent. Haud enim aliter potest diuinꝰ actus velut creans et extra se agens intelligi: q̃ agens in nihilo: q̃ creans de nihilo. cum preter diuinum actum nihil sit æternum; quod intelligat esse diuinę exterioris operationis aut obiectum aut subiectum. Si enim deus ex nulla sibi coęterna substantia omnia fecit: & rursum si nullis rebus ex suaipsius substantia est esse impertitus: superat vt solum de non ente / de mere nihilo / deq; eo quod nullo pacto est: omnia procrearit: sitq; cunctis esse elargitus. Non est igit̃ nihil / reale aliquod ens: rerum ordinibus inserendum. Neq; rursum est ens verę rationis: quales sunt humanę mẽtis notiones. sed dumtaxat ens imaginationis: quod disciplinę gratia eregione diuini actus / omnia e nihilo producentis effingitur.

79 Lucē dempta sola voce omniū esse qualitatum & accidentiū præstantissimā.

Hæc propositio de luce adiecta est eo q̄ placuit nonnullis/angelorum creationē in opere septem dierum comprehendi ac mystice edoceri: per id/q̄ dicitur fiat lux. idq̄ forsan non sua ratione caret. quādoquidem e cunctis fere sensibilibus: nihil sit intellectualibus entibus vt angelis: luce aut vicini⁹ aut similius. vtpote quę (dempta voce) omnium qualitatum & cunctorum accidētium potissima est. Etenim solam vocem luci pręferendā reperimus. quēadmodum & auditum: qui iudex est vocis: visu: a quo cernitur lux: præstantiorem esse cēsemus. Sicut enim auditus / in animalis capite est & visu sublimior & in suorum organorum vt aurium dyade fusior / latior dispansior: ita & vocem tanq̄ rationalium animarum qualitatem & intellectualium mētis notionum explicatricem: haud ab re luci anteponere solemus. Post vocē autem ipsi luci inter omnes & qualitates & accidentia: proculdubio primatus debetur. quēadmodum & sub auditu / nullus est sensuum visu sublimior: nullus qui cū auditu (q̄ disquirendis conferat disciplinis) disciplinę sensus vocetur. Inferiores enim sensus (permanentium iudices & arbitri qualitatum) culinarii sunt: spectantes præsertim ad corporis alimoniā: aut eminus / aut cōminus pretentandam. Qui autem successiuarū sunt arbitri qualitatum: vt visus qui præcipuę lucis est: & auditus perfectę & eruditę vocis censor: hi cæteris eo modo præstāt / quo & successiuę qualitates eas antecellunt: quæ permanētes vocantur. Haud ab re igitur si ob lucis excellētiam & eminētiam (quæ cęlestis qualitas est e cęlis ad nos proficiscens) voluere nōnulli per lucem angelos esse intelligendos.

Theologicarum Conclusionū Libri Sexti De creatione dei finis: XXV. Octobris. M.D.XII.

Theologicarum conclusionum Liber Septimus de incarnatione Dei.



Aturalia dei prędicata vt ens: vnum: īfinitum: æternum: trinū: illi inesse secundum necessitatem & naturam non autem solum iuxta ipsius voluntatem.

Præsentium cōclusionū primi quiq̄ libri: ea q̄ de deo secūdū naturā ipsius necessario & ęterne adsunt: edisseruere: vt diuinā essētiam / vnitatem / īfinitatē / æternitatem / trinitatem: quę profecto de deo altius & intimi⁹ / q̄ secundum solius voluntatis inhęrentiā enunciātur. Nam si quis deum voluntarie esse prędicaverit: et spōte pariter tātū esse vnum vltro item esse infinitum: insuper et ęternū esse quia ęternus esse voluit: trinū deniq̄ esse suę solius voluntatis instigatione: hic etsi forsan nusq̄ erret: minus tamen q̄ sufficiat diuinorum naturalium & ęternorum prædicatorum necessitatē & aliter se habere non potentem veritatem explanat. Quemadmodū & si quis enunciet hominem possibiliter esse rationalē: verum vtiq̄ hic profert. Hoc tamen verum longe minus & insufficiētius est: vt ipsum rationale dinoscatur esse ex homis necessitate & natura. Haud enim solum possibile est hominē esse rationalē sed id insuper necesse est & aliter se habere impossibile. Pari igit̄ modo & qui superiora quiq̄ quę diximus naturalia & pernecessaria dei prædicata: essentiā / vnitatē / īfinitatē / ętnitatē & trinitatē: deo iuxta suā ipsi⁹ volūtatē ascripserit: & si nō forte mētieſ: diuię tñ naturę &

immutabili necessitati haudquaq̃ satisfacere probatur. Non itaq; solum ex diuinæ voluntatis contingentia: sed ex necessitatis lege naturalia quæq; dei prædicata/illi sunt ascribenda.

2 Deum erga seipsum quo ad naturaliũ & necessariorum nominum inhærentiam: affirmationis & negationis potestatem non habere.

Hæc in superioribus libris sub aliis verbis apposita est. quã tamen hic resumpsimus: vt per eam naturalia dei prædicata/contingentibus eiusdem nominibus conferantur. Nam deus non sibiipsi voluntarie esse dedit: neq; solũ quia voluit: deorum pluralitatẽ exterminauit: vt vnicus ipse superesset: qui dominaretur in omnibus. neq; sibiipsi sponte immensitatem æternitatemq; largitus est: volens & immensus est & æternus. Neq; volũtarie & vltro sibimet ipsi fœcunditatẽ & sapientiam vendicans: sui demum & propagatione & agnitione trinus discretusq; euasit. Hancenĩ deus vt alibi monstrauimus contingentẽ erga seipsum potestatem non habet: aut inquam sibiipsi hæc pernecessaria p̃dicata ascribendi/cum voluerit: aut ea pari voluntate excutiendi. Hæc nempe diuinç aut affirmatiõis aut negationis potestas: iam non potestatis sed infirmitatis & contingentiæ nomen haberet. quandoquidem nullo alio/q̃ merç volũtatis & contingentiæ vinculo: diuina substantia staret inesse. Sũt igitur ea quæ dixim⁹ quinq; dei p̃dicata: dicenda plusq̃ volũtaria & plusq̃ solũ possibilia. Sũt enĩ naturalia/necessaria/æterna aliter se habere ĩpossibilia. queãdmodũ etiã & hç ppositiões de⁹ est/deus vnicus est/deus immensus est: deus çternus est/deus est trinus: haud solum possibiles sunt/sed pernecessariæ/æternæ/& impossibiles aliter se habere.

3 Ipsam creatoris appellationẽ: esse primum diuinæ voluntatis & contingentiæ nomen.

Creatoris appellatio: primũ est diuinæ cõtingentiæ voluntatisq; nomẽ. quod ad ipsum deum neq; naturaliter neq; necessario neq; ab æterno: sed solum contingenter & voluntarie enuntiatur. Etenim absq; vlla necessitate de⁹ substãtialem radium extra seipsum profudit: instigante sola illius bonitate: quæ voluntatẽ propriam in suæ propagationis & exterç agnitionis exequutionem flexit cõuertitq;. Et rursum qua dei bonitate clementia & voluntate cuncta emanauere: per solam eandem volũtatem constant/saluantur/perseuerantq; in esse. Possibilia enim sunt si vellet deus: iterum conuerti ac redigi in nihilum. Quapropter post absolutos quinq; diuinarum necessitatum & & æternarum dei appellationum libros: scilicet essentiç/vnitatis/ĩfinitatis/çternitatis/trinitatis: a sexto deinceps ad decimum: vsq; diuinas contingentes appellationes voluntariasq; dei nomina denarrare pergemus. quarum prima p̃cipua ac summe necessaria/est ipsa vt diximus creatoris appellatio: vt sequens propositio indicabit.

Creatoris appellationẽ esse necessariã secundum quid: dũtaxat sequentiũ diuinarum contingentiarum respectu. 4

Creatoris appellatio: necessaria quidem est non simpliciter aut iuxta deum collata: sed solum ad cæteras contingentes dei appellatiões vt ad incarnationem/passionem/resurrectionem & iudicium depromẽdas. Tolle enĩ ipsam primam creationem: tollis & omnem sequentem dei contingentiam. Nã si deus nihil creasset: vtiq; nec incarnatus fuisset/nec humanæ salutis causa temporariam mortem obiisset/nec a mortuis surrexisset: nec in extremum iudicium diceretur esse venturus. Tolle autem has inferiores dei contingentias: incarnationẽ passionem/resurrectionem/& iudicium: haud ideo tollenda est abs te creatio. quæ est diuinarum contingentiarum prima: & ad sequentiũ substantiam pernecessaria.

Inter quĩq; necessaria & çterna dei nomina: quatuor prima ad simplex esse dei: quintum vero ad eiusdem bene beateq; esse pertinere. 5

Aduerte queſo quã: inter quĩq; neceſſaria dei nomina & totidẽ cõtingentes eius appella tiones differentiã faciemus. Nam neceſſario rũ dei nominũ: quatuor ſunt quæ ſpectant ad eſſe dei; hæc ſcilicet; eſſe/vnicum/infinitum/ę ternum. quintum vero quod ſupereſt vt trinum; ad dei bene beateq; eſſe ſpectare iudicatur. Eſto ẽm deus ſit/& vnicꝰ ſit & infinitus & æternus; haud tamẽ bene eſt/ſi trinus non eſt. quia & ocioſus erit & ſuiipſius agnitiõe ac ſapientia (per quã vniuſcuiuſq; bene eſſe aſtruitur) deſtitutus. Quatuor igitur prima dei nomina: ad ſimplex dei eſſe attinere probantur. Trinitatis vero nomen: ad eiuſdem æternam ſapientiam/ beatitudinẽ/ ac bene eſſe confert.

Neceſſaria dei nomina.	Eſt. Vnicus Infinitꝰ Aeternꝰ Trinus	→ Deus	Creator Incarnatus Paſſus Rediuiuus Iudex	←	Contintia dei nomina.

6 In contingentibus dei nominibus primum duntaxat ad eſſe creaturarum: ſequentia vero quatuor vero ad earũ bene beateq; eſſe attinere.

In contingentibus dei appellationibus: ex oppoſito accidere reperimus. Earum ẽm nulla: neq; ad eſſe neq; ad bene dei eſſe cõfert. Vnica autem eſt vt prima (creatoris inquã appellatio) quæ ad ſubſtãtiam creaturarum ſiue ad ſimplex earum eſſe probatur neceſſaria. Nam per ſolum creationis modũ: deus cunctis creaturis & eſſe & ſubſtantiam indulſit. Sequentes vero quatuor diuinæ contingentiæ: vt incarnatio paſſio reſurrectio & iudicium: haud quaq̃ ipſum ſimplex creaturarum eſſe ſed bene beateq; eſſe illarum moliũtur. Deus enim qui per creationem peperit vniuerſa: demum per incarnationem/ſui per paſſionem/reſurrectionem & iudicium: optimum ſuarum creaturarum ſtatum aut molitꝰ eſt aut molietur. Quẽadmodum igitur e quinq; neceſſariis dei nominibus quatuor prima ad eſſe dei; quintũ vero ad eiuſdem bene eſſe ſpectat: ita & cõtingentium dei appellationum ex oppoſito tãtũ vna eſt quæ creaturarum eſſe operetur. Quatuor vero: quæ iiſdem/ eſſendi beatitudinem ipſamq; felicitatem aut contulere aut collaturæ ſunt.

Ipſam creationẽ: incarnatione eſſe minus contingentem. 7

Nam creatio contingens eſt ex prima ordinatione diuinæ ſolꝰ voluntatis cunctis rebus ſubſtantiam impartientis. Incarnatio vero/contingens ex ordinatione ſecũda eiuſdem voluntatis ob noſtri generis ſalutem naturæ noſtræ ſeipſam accommodantis. Deꝰ ẽm primum quia voluit: creauit vniuerſa. quę: q̃a poſt modum ab ſuo ordine aberrauere: q̃a per peccatum a deo ſeparata ſunt & effecta ab eiꝰ vnitate pace & conſortio aliena: ideo demum incarnatus eſt/vt ea ſibi iterum adiũgeret: cõciliaret: vniret. Quapropter quẽadmodũ ſimplicis ſubſtantiæ origo: prior eſt ſalute & conſeruatione ſui: ita & creatio/totius ſubſtantię indultrix: longe prior eſt & minus contingẽs ipſa incarnatione: quæ periclitantium & labẽtium in mortem ſubſtantiarum ſalutem & vitam operatur.

Omnia: naturaliter & eſſe: & bonum appetere. 8

Huius diſcuſſio: ex præcedẽte libro de creatione dei eſſet exquirenda. Edocuimus enim ĩ illo: quaterna eſſe omnium ſubſtantiarum/tã increati dei q̃ creaturarũ vincula. q̃bus in ipſo eſſe & in ſummo bono: per naturã coercenť. Nam q̃q̃ ſubſtantiale omnium creaturarum vinculum ſit in manu ſolius dei (vt qui cunctis & ſubſtantiam dedit: & omnia ſolus/tam ſaluat q̃ diſſoluere poteſt) indidit tamen deus nihilominus ſuis creaturis ternos ſuarũ ſubſtantiarum nodos. Angelis enim atq; hominibus largitus eſt voluntatem. Mutis animãtibus deſyderium ſeu ſenſualem appetitum. Cæteris vero cognitione carentibus: naturalem quendam eſſendi inſtinctum. Propter hęc igitur vincula & ſubſtantiales eſſendi nodos/cũctis rebus naturaliter inſitos: nimirũ id (q̃d in oĩm fere auribꝰ p̃ſonuit) veritati ſubnixum ſit: omnia & eſſe: & bonum appetere.

Nullam eſſe creaturam: quæ eo ordine quo a deo ſuo authore atq; opifice pependit: ſit ab illo diſſociata atq; ſepata.

Si enĩ cũcta entia q̃ a fontana deitate hoc eſt a patre: ſiue conſubſtantialiter ſiue inconſubſtantialiter emerſerunt: ad illam ipſam/tanq̃ ad ſupremum initium primariumq; fontẽ referre volumus: quatuor vt diximus vniuerſorum nodos ac vincula reperiemus, quib⁹ ſuo fonti id eſt paternæ perſonæ: cuncta eſſendi ratione cohærent atq; annectuntur. Explico igitur nouenarium tertrinum numerũ: eorum quæ quomodolibet ſunt ſiue conſubſtãtialiũ patri ſiue inconſubſtantialium, quæ ſunt pater/filius/ſpiritus ſanctus/angelus/homo/animal/planta/minerale/materia. Cum cũcta ſequentia/aut æterna generatione ab ipſa fontana deitate id eſt a patre: aut æterno proceſſu a patre & filio: aut temporali creatione a patre & filio & ſancto ſpiritu ſubſtantiam acceperint: dicimus hæc omnia eo ordine quo a patre pependerunt: nuſq̃ ab illius vnitate & pace abiungi/diſcolligi/& ſeparari poſſe: ſed quaternis vinculis illi conſentire & aduniri: ſcilicet aut ſubſtantiali nodo/aut conſenſu voluntatis/aut eſſendi deſiderio atq; appetitu: aut ſimplici ſubſtantiæ inſtinctu. Subſtãtialis cũ patre nodus & concordia: ſolis ſequentibus diuinis perſonis filio & ſacro ſpiritui adaptatur quæ etiam cum ſubſtantiali vinculo: nodum quoq; voluntatis ambiunt. Sunt enim patri vt & ſubſtantia ita & voluntate (etſi inferiora vincula addere voles) & appetitu & inſtinctu cõcordes/vnanimes/conſpirãtes. Superiora quippe vincula inferiorum nodorum vim complectuntur. Voluntatis autem nodus: ipſas creaturarum ſummitates omniumq; exteriorum dei partuum primates angelum hominemq; deo conuincit ac vnit. Nam quę ſubſtantialiter diuiſæ ſunt ab eſſe dei: ſola voluntate (& ſi vis iterum appetitu & inſtinctu) illi aduniunť atq; inſeruntur. Porro animalia voluntatis & ſapientiæ expertia: cum in illis/abſentiam voluntatis ſuppleat naturalis appetitus ac ſenſibile deſiderium: hoc ipſo appetitu & naturali deſiderio cum ſuo fonte atq; initio vinciuntur. Quibus vero nulla adeſt cognitio/vt ſunt plãtæ/mineralia/materia: hæc neq; ſubſtantia neq; voluntate neq; appetitu (q cognitionis æmulus eſt: iis ſolis aſſiſtens quibus adeſt & ipſa cognitio) ſed ſimplici quodã naturæ inſtinctu extremoq; eſſendi veſtigio: cum ſuo ipſorum fonte atq; opifice cõnodantur. Conſtat igitur nullam creaturam eo ſaltem ordine quo a deo pependit: eſſe ab ſui authoris atq; opificis pace amore & vnitate diſſociatam.

Omnium ſubſtantialium nodorũ naturaliumq; vinculorum modos & habitudines explicare. 10

Tria enim ſunt quæ quatuor nexib⁹ ac nodis inuicem vniantur: quinq; quæ tribus: ſex



quæ duobus/& nouem quæ vnico. Nam pater filius & ſpiritus ſanctus:omni vinculo & nodo ſibi inuicem conſpirant & adalligantur. vtpote quæ & ſubſtantia & voluntate:& appetitu & inſtinctu vnum ſunt. Cum his vero excellentes creaturæ/angelus & homo:ternis tantũ vinculis vt voluntate appetitu & inſtinctu copulantur. Animalia autem iiſdem:binis tantum nexibus vt appetitu & inſtinctu annectũt. Plãtę demũ mineralia:& materia: ſimplici iſtinctu ſuperiora cuncta imitant cumq; illis vinciuntur. Si igitur quaterna ſunt cũctorum quomodolibet entium vincula: quibꝰ cũ fontana deitate (a qua ſubſtantiam vel cõſubſtantialem vel incõſubſtantialem accepercũt) copulantur:manifeſtum eſt eo ordine quo cũcta ab ſuo fonte emanauere & ſubſtãtiã ab illo accepere:nuſq̃ ab illius vnitate & pace diſcollecta diſſociata ac ſeparata eſſe. ſed cũ illa:vnanimi aut ſubſtantia aut voluntate aut appetitu aut inſtinctu conglomerari & comprehendi. Subſtantialis enim nexus omnium quidem nodorum ac vinculorum breuiſſimꝰ ſed fortiſſimus eſt:vt qui diuinos tantum cõſubſtantiales partus filiũ ac ſpiritum/ſuo fonti vt patri annectit. Volũtatis aũt nodus extra diuinam ſubſtantiam pergens:cum tribꝰ pſonis angelũ hominẽq; apprehendit. Appetitus/ ſena entia complectitur:animaliũ genus ſupioribus adiiciens. Cuncta vero entia inſtinctꝰ ambiens:nihil a patre diuiduũ alienũq; eſſe finit. Porro ſi deꝰ eſt ipſum ſimpliciter & p ſe eſſe/ſi eſt itẽ ipſum abſolute & ſumme bonũ:qd aliđ eſt dicere oia bonũ appetunt/q̃ prædicare oia appetere eſſe ſiue expetere deũ:vt & dei cõſortio vt diuina quadã aſſiſtentia atq; præſentia: euadãt oia felicia/beata/bene exiſtẽtia! Sũt igitur oia eo ordine quo a ſuo authore atq; opifice deo exorta ſunt:eidem conciliata annexa cõcordia:& nequaq̃ ab eius pace & vnitate ſeparata.

11 Diuinæ poteſtatis in ſeipſa:& in creaturis inæqualitatem exponere.

Diximus deum ſeipſum nõ feciſſe:non etiã voluntarie a ſeipſo ſubſtantiam mutuaſſe:nec poſſe a ſeipſo decidere ſibiq; ipſi naturalẽ ſubſtantiã adimere. vt qui & neceſſario eſt:& non eſſe non poteſt. quiq; pluſq̃ volũtario vinculo (nam ſubſtantiali & pernecceſſaria copula) ſibimetipſi inſitꝰ & cõfœderatus eſt. adeo vt aliquo pacto maiorẽ in creaturis:q̃ in ſeipſo habeat poteſtatẽ. quippe qui cũ ſubſtantialẽ creaturarum ſtrinxerit nodum;eundemq; & conſeruet & rurſum diſſoluere valeat:ſeipſum tñ nec aſſeruit nec negare poteſt. Et cũ hic in vniuerſis ſit potentiſſimus:omnia & affirmare & negare potens:in ſeipſo ſolo per eminẽtiam & immenſitatem poteſtatis impotẽtiſſimus eſt: poteſtate carẽs:qua aut ſeipſum feciſſe aut negare ſeipſum poſſe dicatur. Hæc enim diuinæ poteſtatis erga ſeipſam carentia/hæc immutabilis potentiæ vacuitas atq; priuatio/excellentia quædam eſt & immenſitas diuinę virtutis ſeipſam ſuperantis. Diuina enĩ tota ſubſtãtia per omnes ſui partes atq; perſonas;ſibimetipſi & ſubſtantia & voluntate ab æterno cõſpirat vtroq; vĩculo indiſſolubili permanente.

Diuinas tres perſonas vt ſubſtantia cõiunctas & cohærentes: ita & voluntate pares vnanimes & corcordes eſſe. 12

Diuinarũ trium pſonarũ vt vnica eſt & indiuidua ſubſtãtia:ita & vnanimis ſempq; cõſona volũtas. Stabilis eſt diuina tota ſubſtãtia/ ſtabiles quoq; ſunt & firmiſſimę diuinarũ triũ pſonarũ volũtates:ſemp vnanimes/cõcordes/ idẽ ſentiẽtes/diſſidere nõ potẽtes. Sicut diuia ſubſtantia nõ eſſe non poteſt/ſicut non poteſt deus abire in nihilũ:ita & filii volũtas/nequit a patris volũtate diſiungi;nec ſanctus ſpiritꝰ quicq̃ velle poteſt:quod extremarum pſonarũ patris & filii voluntatibus vllo pacto aduerſetur. Diſſidentia enĩ voluntatis triũ perſonarũ quædam eſſet diuinę totius ſubſtantiæ diſſectio & ab ipõ ſupſubſtãtiali eẽ/infelix plapſio.

Diuinam pacem:eſſe æternum & iuiolabilem diuinarum trium perſonarum conſenſum. 13

Diuina pax ęternus eſt & iuiolabilis triũ diuinarũ pſonarũ cõſenſꝰ. q̃ ſicuti ab ęterno idẽ ſũt:ita & ęterne eadẽ & paria volũt. Nã pater eſt vnꝰ in filio:pater & filiꝰ/vnꝰ in ſpũſancto.

Pater vero/filius/& ſpirituſſanctus: vnus ſunt in diuina tota ſubſtantia: & ex conſequenti in vnitate volūtatis. Motus vnius in vnum: vnit patrem in filio. Motus duorum in vnum: patrem & filium tanq̄ diuina extrema/connectit in medio id eſt in ſpiritu ſancto. At trium perſonarum tam in vna ſubſtantia ſtatus naturaliſq; coincidentia/q̄ vniformitas voluntatis: tres pſonas & ſubſtantiali & volūtario vinculo confœderatas ſibiq; mutuo abſq; vlla confuſione applaudētes oſtendit. Hoc enim modo quatuor ex cauſis diuia tota æterna pax & vnitas ſancit: ſcilicet ex vnitate vnius: ex vnitate duorum: & bis ex vnitate trium: ſemel inquam ex vnitate ſubſtātię & ſemel ex vnitate volūtatis.

14 Vbi aut in quo creaturarum gradu: prima emerſerit a patre ſeceſſio diuiſio atq; rebellio: inueſtigare.

Oſtendim⁹ cōſubſtantiales dei part⁹ filiū ac ſpiritū ſanctū nullo pacto ab ſuo fonte hoc ē a patre diſſidere poſſe: ſed æterno & ſubſtantię & voluntatis vinculo/illi adhærere atq; fœderari: diuinamq; totam ſubſtantiam/per omnē ſui perſonam tam voluntate q̄ ſubſtantia/eſſe ſtabilem/firmam/indeciduam neq; ſubſtantialiter neq; voluntarie decidere potentem. Dicē dum igitur ē comin⁹ a tota diuinitate (extra tamen diuinæ ſubſtantiæ limites) primam ab ipſo patre fontanaq; deitate ſeceſſionem/diuiſionē/ac rebellionem emerſiſſe. Nempe in primo creaturarum gradu: vt ī angelis: qui iuxta ſacra eloquia ſuum principatum officium & miniſterium deſeruere: ſeq; ipſos a diuina pace vnitate cōſortio & contubernio vltro abdicauere. Manifeſtum ergo eſt quarto gradu & loco a patre: ortum eſſe peccatum ſiue ipſam a patre rebellionem: quæ tamem inter diuinos partus tertio gradu/a diuina vero ſubſtantia

Diuina ſubſtantia { Pater / Fili⁹ / Spūs } Nullum peccatū

Prima creatura Angelus Primū peccatū

ſecundo gradu: inter autē creaturas primo loco orta eſt. Angelicus eīn gradus vt inter creaturas primatum obtinēs: primus in eis numeratur: qui a tota diuinitate ſecundus eſt: inter vero paternos fœtus gradu tertio ſiſtēdus: ab ipſo autem patre quarto gradu collocandus.

In primo inconſubſtantiali dei partu voluntatis infirmitatem cœpiſſe. 15

Vbi deſiit diuinus partus conſubſtantialis eſſe: vbi primum exorta eſt ſubſtantialis alteritas: ibi mox deſiit fidelis ac ſtabilis eſſe volūtas Quæ enim diuerſam a ſuo opifice diſtinctāq; ſubſtantiam accepit: confeſtim cœpit & voluntate ab illo diſſidere: ſuoq; principio ſtuduit iprobis conatibus aduerſari. Nam infirmior eſt diuinorum inconſubſtantialium partuum cū fontana deitate nodus: q̄ conſubſtantialiū fœturarum cū eadem paterna perſona perpes cō fœderatio. Simplici enim voluntatis nodo: annectuntur ſuo opifici creaturæ. At filius: & ſpirituſſanctus: vinculo tam ſubſtantiæ q̄ voluntatis ipſi paterne perſonæ alligantur. Filius enim & ſpirituſſanctus: nec potuerunt ob vnitatem ſubſtantiæ; nec voluerunt ob vinculum & vnanimitatem voluntatis: a patre diſſidere: Angeli autem creaturarū primates: & potuerunt ob ſuæ ſubſtantiæ alteritatem: & voluerunt ex inſtabilitate voluntatis: a diuina pace eſſe alieni: idq; quod & potuere & voluere: nephariis demum operibus in exequutionis actū perduxerunt. In primo igitur inconſubſtantiali dei partu/id eſt in angelico gradu: prima voluntatis infirmitas & inſtabilitas apparuit.

Peccati rationem: negationi q̄ affirmationi ſimiliorem eſſe. 16

Peccati ratio: negatiōi q̄ affirmationi ſimilior reperitur. Nam peccaſſe dicuntur angeli: non quia quicq̄ potuerunt & voluerūt: ſed q̄a illicitum quoddam & non patrandum admiſerunt. Et eadem de cauſa omne peccatum nō enti q̄ enti ſimilius eſt. Inſup & auerſio q̄dā ac malitia appellatur. Nam cum deus ſit ipſum ens ſimpliciter & ſummum bonum: neceſſe eſt vt auerſio a deo: ſit in non ens & in malum infelix quædam prolapſio. Relinquentes enim angeli vt Remundus Lullius ait: eum callem qui ducit ad eſſe: viam elegerunt quæ ducit ad nō eſſe. Aſpernantes lucem elegerunt tenebras:

postergata vita / in mortē ruerūt: ex bonis mali effecti sunt / ex felicibus infelices: ex immortalibus immortaliter & iugiter morientes: ex mundis spiritibus / spiritus immundi: ex diuinis imaginibus deo dissimillimi. Et ex pricipibus: turpissima mancipia: sub caligine tenebrarum in futurum iudicium vt diuus Petrus testat reseruata: ꝑpetuis ignibus in tartaro cruciāda.

17 Peccatum haud esse substātiam aliquā per se creatam: neq̃ reale accidens alicui substantiæ concreatum.

Hæc propositio a naturalibus substātiis & realibus earum accidentibus: peccatum exterminat: volens peccatum haud esse substantiā aliquam per se a deo creatam vt angelum aut hominem: neq̃ aliquod reale accidens cuidam substantię concreatum. Liquet enim in primis peccatum nullam esse substantiam per se a deo creatam: cū a bono deo / nulla producta sit substantia nisi bona: & boni qualiacunq̃ præ se ferens vestigia. Nam & materia (tametsi substātiarum extrema) a boni natura haudquaq̃ excidit: sed & ipsa bona est: & bonis actibus quos suo in gremio ferre ac saluare iubet: famulat: & naturali essendi instinctu suo opifici annexa illi fœderat atq̃ adunit. Neq̃ insuper peccatū est vllum naturale accidens: angelis aut hominibus innatum. Nam naturalia omnia accidentia sensibilibus substantiis: aut ad salutem & cōseruationē suæ substantię: aut ad bene beatuq̃ esse a deo indulta sunt. Non est igitur peccatū substantia aliqua per se a deo creata: neq̃ reale aliquod accidens illi concreatum.

18 Peccatum primum fontanūq̃: esse duntaxat rationale accidēs angelicę mētis.

Superest vt peccatum & malum si quicq̃ est sit duntaxat acquisitum accidens vel rationale vel reale. Primum enim fontanumq̃ malū: est rationale accidens mentis angelicæ. Secundum vero & consequēs malum: reale accidens est mentis vtriusq̃ tam angelicæ q̃ humanæ. Prima mali origo: est simplex angelicæ mentis a paterna & a tota deitate discessio atq̃ discordia: quæ & angelica auersio & derelictio sui principatus: a sacris eloquiis appellatur. Atq̃ simplex huiusmodi angelicæ mētis a deo auersio: & a suo gradu / loco / ac sede abscessio: haud reale accidens est eidem insitum menti / quod malum vocetur: sed duntaxat rationale accidens: quo angelica mens ab suo ordine prolabi aberrare ac decidere prædicatur. Etenim angelus hoc ipso solo q̃ ab suo excidit ordine / aut faciem vultumq̃ auertit a deo: nullum reale accidēs vt quātitatē & qualitatē cōfestim acqrit. Est igitur fontanum primumq̃ peccatum: duntaxat rationale accidens mentis angelicæ.

Secundum peccatum deductitium a primo atq̃ fontano peccato esse reale accidens mentis vtriusq̃: angelicæ & humanæ. 19

Nam demum ex perseuerātia & obstinatione peccati / ex iugi auersione dei / ex assidua sui principatus desertione / & intento malorū operum delectu: angelica mens deinceps ex realis accidentis vt vitiosæ qualitatis habitu mala euadit. Rationalia quippe accidentia realibus interdum pręstāt originem: bonis bona / & mala malis: quemadmodum & arcanæ mentis cogitationes: visibilium & exteriorum nostrorū operum dicuntur esse primordia. Obdurata enim mens angelica / cogitatibus iniquis: rationes demum in res / & cogitationes conuertit in opera: & quæ primitus sola cogitatione incipit esse mala: peruersæ mentis assiduitate iugiter in deterius ꝓficiens: malę demū qualitati euadit: obnoxia / fitq̃ ex ipso habitu mala. Initiū igitur & origo totius peccati: duntaxat rationale accidens est: quam aut auersionē simplicem: aut ordinis suiq̃ principatus desertionem appellamus. Consequentia autem peccati secunda ve peccata quæ leuissimo & minimo quodā fonte scaturiunt: realia accidentia sunt & peruersę qualitates: quibus vtriusq̃ mentis vt angelicæ & humanę substantia maculatur: & ad mala opera iugiter patranda / prona propensaq̃ efficitur.

Angelicas functiones sub ternarii quadrato: id est nouenario: esse a deo inconfuse distributas. 20

Angelicæ hierarchię cœleſteſq́ functiones ad numerum ter inuolutę trinitatis ſubenneade (quæ ternarii quadratus eſt) diſcretæ atq́ diſtributæ a theologis celebrãtur. Quæ ſic demum diuina ſanctione atq́ inſtituto inconfuſæ perſeuerant: q́ non poteſt vnius ordinis ſpiritus / aut in inferiorem / aut in ſuperiorem traduci ordinem. Omnis ſiquidem cœleſtis intelligentia: in ſuæ perfectiõis & beatitudinis gradu ſede ac mãſione creata a deo eſt: in quo (cũ nata ſit / in eo perſeuerare immobilis) potẽtiam & aptitudinem nullam habet / aut in inferiorẽ cõmigrandi ordinẽ aut ſuperiorẽ adipiſcẽdi.

21 Angelorũ peccatum: fuiſſe in primis ſimplicem ſui ordinis & principatus deſertionem.

Cum a ſapientiſſima & omnium curam gerente deitate / prouide in primis inſtitutum ſit vt ſublimes illi ſpiritus qui in eius conſpectu verſantur aſſidue / perſeuerent in ſuis ordinibus inconfuſi: vt etiam & inferiores (iuxta diui Dionyſii teſtimonium) ſuperioribus obaudiant: vtve ſuperiores inferiorum prouidẽtiam gerant: & vt demũ vniuerſi quiq́ / in ſuis gradibus ſedibus & locis manentes: toti diuinitati pro viribus obſequantur / atq́ ad illius imitationem nitantur: manifeſtum eſt primã peccati radicem / quæ in tam cõcinne diſtinctis incõfuſiſq́ ſpiritibus emerſit: fuiſſe ſimplicem ſui ordinis & principatus deſertionem: quam nos prius rationale accidens & fontanum peccatum appellauimus: ex quo ſequentia quæq́ peccata: quæ ſunt realia accidentia & vicioſæ affectiones / ſpiritalium mentium puritatẽ maculãtes illarũq́ decorem obliterãtes prodiere.

22 Varias de caſu dæmonum opiniones eſſe: aliis quidem dicentibus illos per luxuriã excidiſſe: aliis vero per ſuperbiã.

Cum angelorum peccatum ſit deſertio ſui ordinis atq́ principatus: contingit hunc eorũ ab ſuo ordine exceſſum: aut eſſe eorũ in ſuperiora eleuationem aut in inferiora depreſſionem. Accidit enim eos ſpiritus qui peccauere: aut ideo ſuum ordinem deſeruiſſe / quia cupiebant in ſuperiorem ordinem traduci: aut quia indigne ſeipſos in inferiorem militiam deiecerũt. Quapropter gemina eſt opinatio theologorũ: de caſu & excidentia cœleſtis militiæ. Etenim theologi omnes vnanimiter fatentur dæmones a ſuo gradu & loco excidiſſe: & e cœleſtib⁹ thalamis a deo in ima merito exturbatos. Hæc tamen eorum præcipitatio comes fuit fontani eorum peccati: & non primogenium peccatum: quod fuit cauſa exturbatiõis & perpetui exilii ipſorum. Aliis ergo placet per ſuperbiã angelos excidiſſe: aliis vero per carnalium rerum (præter ſuam naturam) amorem: illos diuina in primis iuſſa eſſe tranſgreſſos: atq́ ideo non iniuria vt qui carnalia ſequerentur: ex intellectualis mundi aula / in ſenſibilis mundi regionem decidiſſe. Prima vero harum opinationum & rationabilior & veritati propior eſt: vt ſequens monſtrabit.

Rationabilius eſſe: angelos per ſuperbiam q̃ per luxuriam excidiſſe. 23

Rationabilior ea videtur opinio: quæ fontanum ac primogenium peccatum angelorũ / vult eſſe ſuperbiam. Hęc vero ſuperbia / fuit eorum a proprio ordine / nõ modo in ſuperiorem functionem atq́ militiam tranſeundi appetit⁹ ſed in diuinam vſq́ ęqualitatem irrationabilis ſcandendi dementia: per quam demum e cœlis ruerunt. Si enim veriſimile eſt angelos & peccaſſe & excidiſſe ante creationẽ vniuerſi: quo modo coniiciemus illos primum per luxuriam & carnaliũ rerũ amorẽ: diuina iuſſa trãſgredi voluiſſe & cœleſtem demum manſionem perdidiſſe. Contingit tamen illos e cœleſti habitatione deturbatos: deinceps in ſenſibilis mundi exilio cum hominibus conuerſantes / propriorum munerũ ſpiritaliſq́ decoris obliuiſci cœpiſſe: et forſan vt etiam nonnullis placet: carnalia & materialia humano more perſequi voluiſſe: tandemq́ peccatis peccata / noxam noxis abſq́ vllius veniæ ſpe cumulantes in omne ſcelus exarſiſſe.

Angelorum peccatum & eorum e cœlis exturbationẽ: factam eſſe in angulo. 24

Hæc concluſio mathemata cum ſpiritalibus confert: proponens angelorum peccatum

& eorūdē e cœlis exturbationem/factam eſſe in mathematico angulo. Dico enim quoniam huius propoſitionis/Qui ſe exaltat humiliabitur expoſitio: angulum claudit: qui eſt angul⁹ peccati & damnationis angelorum: cuius primū latus: eſt hæc prima pars: qui ſe exaltat. Secundum vero latus/pars ſecunda: id eſt humiliabitur. Sit igitur linea. A. K. velut recta coordinatio ſpiritalis totius militiæ: ſubiecta deo & illi pro viribus obſequi contendens. Sitq; vt a puncto. E. digreſſus ſpirit⁹/ſuum & principatum & ordinē deſerat diuini cupidus honoris: eleueturq; temera improbitate/hic ſpiritus per lineam. E. L. ad ęqualitatem vſq; diuinę ſedis: volens diuinis honoribus fungi: ſeq; oſtēdere (vt



ſacer Paulus ait) in templo dei tanq̄ ſit deus. Quia ſpiritus ab circulo. E. tanq̄ proprio & naturali loco digreſſus: per lineā. E. L. ad æqualitatem vſq; dei conſcendit: ſtans in ſede. L. tanq̄ par/æqualis/& ſimilis deo: erit linea. E. L. tanq̄ illi⁹ ſpirit⁹ ſupbia ac ſtolida p̄ſumptio/primū q; latus eius anguli quem veſtigamus. Atqui hic ſpiritus/vel ſi momento diuina permiſſione ſteterit in puncto. L. diuinis perfruens honoribus; confeſtim tamen a deo in puncto. A. reſidente exturbabitur: ageturq; extorris in ima per lineam. L. M. in ſenſibilem mundum vſq; fere in abyſſum pertingentem. Nō enim decidet hic ſpirit⁹ ab loco & faſtigio. L. per lineam qua aſcendit: vt per lineam. L. E. quia tum in ſuum ordinem/ab exaltatione ſuperbiæ remigraret: ſuoq; gradui & loco reſtitueretur: quod null⁹ ſanæ mentis auſit confiteri. Nam quicunq; ſemel ab ſuo ordine exceſſere/qui ſuum principatum reliquere: nunq̄ ſuo ordini ſunt reſtituti: ſed mox a deo i ſempiternum exilium dimiſſi. Erit igitur longiſſima linea. L. M. ab æqualitate dei ad abyſſum vſq; pertingens velut dęmonum caſus humiliatio/& præmium ſuperbiæ ipſorum. Angulus vero. E. L. M. erit vt & dæmonum peccatum & caſus eorundem. Et eodem quoq; modo cæterorum ſpirituum eleuationes ſeu digreſſiones ab ſuis ordinibus & naturalibus locis/cum ſubſequente illico eorum præcipitio/ſenſibiliter in mathematico angulo conclude.

Latera anguli eleuationis & exturbationis dæmonum: diuerſis voluntatibus orta eſſe: aliud quidem dæmonica: aliud vero diuina. 25.

Qui eni volūtate propria elati aſcenderūt: hi diuina voluntate deiecti ſunt. Propria dæmonū voluntas intulit latus exaltationis. E. L. Diuinæ vero iuſtiſſimæ atq; æquatiſſimæ lancis voluntas: latus æternæ humilitatis ſeu iuſti præcipitii. L. M. illis aſcripſit. Breuis fuit & parum ſuperſtes dæmonū exaltatio: lōgiſſima vero atq; infinita eorum depreſſio. Nam lineā E. L. linea. L. M. q̄ maxime atq; infinite tranſcēdit. Aſcenderunt angeli; ceciderunt dęmones.

Boni eleuari cœperunt: mali deiecti sunt. Per simile mediũ vt per regionem lucis ascẽderũt ab E in L:qui per dissimilia media perq̧ diuer sas regiones lucis & tenebrarũ:scilicet per in tellectualẽ & sensibilẽ mũdum in ima propulsi sunt. Sponte demũ eleuati sunt: inuoluntarie vero procul exulantes ruerũt. Diuersis igitur voluntatibus angulus dæmonici peccati ex ortus est.

26 Angelos nequaq̃ a superiore aliqua sub stantia inductos peccasse: manusq̧ ma litiæ dedisse.

Angelorum peccatũ in eis spontaneam ori ginẽ habuit: vt qui nullius impulsu ab suo or dine excesserũt: & infeliciter elati / diuinos ho nores appetierũt: diuinęq̧ maiestati pares esse voluerũt. Nam si alicuius impulsu hortatuq̧ peccassent angeli: aut hi a superioribus aut ab inferioribus inducti / suum principatum reli quissent. Atqui nihil est cœlestiũ spirituũ fun ctionibus eminẽtius: pręter totam deitatẽ di uinasq̧ personas: quarum vt vna est substãtia ita & vnanimis volũtas & vnica trium ipsarũ maiestas æquave altitudo: adeo vt creatura q̃ peccat in vnam personarum: hæc & cęteras & totã deitatem offendat. Haud igitur superio ris alicuius substantiæ suasu aut alicuius per sonarum patris & filii & spiritussancti horta tu: emersit in angelico genere peccati labes.

27 Angelos item nequaq̃ ab inferioribus substantiis inductos peccasse.

Sed & neq̧ ab inferiorib⁹ substãtiis inducti angeli peccauerũt ob duas causas. Prima: quia angelicum totum genus ab inferioribus sub stantiis vt hominibus / animalibus / plantis / & subsistẽtibus: interstite cœli amplitudine sum mouetur: adeo vt sensibiles substãtiæ: nullo cũ intellectualibus substantiis commercio misce antur. Secũda: quia forte (vt fere omẽs volũt) angeli ante sensibilium substantiarum creatio nem peccauerunt: cuius indicium est: q̧ & ho mini qui postrem⁹ & post omnia perfectus est: illico inuiderunt: eiusq̧ felicitati insidiati eun dem incautũ eluserunt: pari inobedientiæ pec cato secum illum a diuina pace segregantes. Si igitur cœlestis totius hierarchię coordinatio superiore ex parte ad deum / inferiore vero par te ad hominem terminatur: cum neq̧ dei neq̧ hominis impulsu peccauerint angeli: manife stum est omnẽ peccati radicem in angelico so lo genere / sponte & voluntate eorum scaturis se: ac demum inuisas ramusculorum comas in humanum vsq̧ genus progagasse.

Contingit complures angelos singulos æque primo & per se peccasse: & non vnius alicui⁹ vt forte vniuersorum pri matis impulsu. 28

Cũ q̃ theologis placeat (quod & ipsi senti mus) cunctos dæmonas sui principis impul su a sua sede & beatitudĩe excidisse: nihil tamẽ incommodi est plerosq̧ angelos: per se primo & a seipsis vltro excitos: a diuina vnitate & pa ce abscedere potuisse. Nam cuncti angeli spe cies quædam sunt: inter se substantialiter dis continuę: & nequaq̃ abinuicem naturali gene rationis ordine (sensibilium substantiarum vt hominum modo) prodeuntes. Simul enim om nes angeli creati sunt: eodemq̧ momento cun cti & substantiam & suæ perfectionis gradum adepti sunt. Potuit igitur in plerisq̧ angelis ip sa peccati labes per se exoriri: & non ab alio in alium traduci: quemadmodum & vn⁹ ab alio substantiam non habet: nec alius per alium ex ortus est.

Omnes dæmones aut vni⁹ alicuius vt sui primatis impulsu peccasse: aut eos deinceps vel a deo vel a voluntate pro pria sub vno aliquo principe nequitiæ conclusos. 29

Cũ q̃ res ita in dæmonib⁹ se habere potuerit sicut præcedens edocuit: scilicet vt plerięq̧ an geli suarum fuerint offensarum authores: sen tiendum tamen est omnem malignorum spiri tuũ turbã sub duce aliquo & toti⁹ apostasię pri cipe: vel se volũtarię subdidisse vel a deo esse cõ clusam: sub cuius deinceps imperio totius suę nequitiæ vires exercet: & cui quidem duci om ne vel quod a dæmonibus vel quod ab homi nibus patratur peccatum: tanq̃ principi & im

pulsori præcipue imputatur: vt eñi omne op⁹ bonum quod vel ab angelis vel ab hominibus fit: ascribitur deo: cuius virtute & sacra inspiratione: ipsum bonũ opus patratur: ita & omne scelus omnisve scelesta & impura tã dæmonum q̃ hominum actio: ad summatis cunctorũ dæmonum suggestionem haud immerito refertur. Nam quemadmodum deus omni præest iustitię & saluti vniuersorum: ita & totius apostasiæ princeps omnem sub se iniustitiam/ mortem/ interitum/ gehennamq̧ concludens: dominus fit & possessor eorum: qui a diuinis lancibus aberrant. Quãdiu enim aliquis in veritate steterit: tãdiu sub dei imperio manet. Vbi vero a veritate defecerit: mox patri mẽdacii & assertori falsitatis subditur.

30 Non totam vnam cœlestem hierarchiã dedisse malitiæ manus: eq̧ cœlis in ima delapsam atq̧ exturbatam.

Nam si totus vnus ordo excidisset: imminuta fuisset cœlestium spirituum ternina cõgruentia ac nouenaria distinctio: diuinæ sacratissimæ trinitatis numerum ter inuoluẽs atq̧ multiplicans. Spectat enim vniuscuiusq̧ cœlestis ordinis integritas ad consummationem & decorem totius diuini operis: adeo vt deni spiritalium militiarum ordines superflui: octoni vero diminuti & imperfecti esse credãtur. Tolle autem integritatem toti⁹ vnius cœlestis ordinis: quem forte dicis manus dedisse malitiæ atq̧ a summo bono excid isse: erit vt quæ sacræ militię in cœlis hactenus perseuerãt: sint haud plures octonis ordinibus. Atqui octonarius/ diminutus & imperfectus numerus est: diuinũ numerum/ id est ternariũ nullo pacto conglomerans aut aliquotiens inuoluens. Haud igitur fuere hæ angelorum cateruæ quæ exciderunt totius cœlestis vnius ordinis integritas: cum adhuc terterni ordines Seraphim/ Cherubim/ Thronorũ/ Dominationum/ Virtutum/ Potestatum/ Principatuũ / Archangelorum/ & Angelorum: in cœlis superesse (qui diuinas laudes assidue buccinentur) quotidie nostra ecclesia decantet atq̧ promulget.

31 Quãlibet cœlestẽ hierarchiam sacram q̧ functionẽ: spectare ad integritatẽ intellectualis mundi.

Si ad consummationem & integritatẽ sensibilis mundi: pernecessariæ sunt singulæ sensibiliũ substantiarum species certo aliquo numero (quẽ solus deus nouit) distributę: quãto magis ad integritatẽ: ad substãtiã: & ad perfectionẽ intellectualis mũdi attinet vnaquęq̧ cœlestis militia? Quãobrem nulla tota cœlestis functio deesse intellectuali mũdo potest: sicuti etiã nulla sensibilis species: potest abesse aut subduci a toto sensibili mundo. Et sicut ad sensibilis mundi substantiam & integritatẽ minus attinere probanẽ vniuscuiusq̧ speciei singularia: ita & non vsqueadeo ad integritatẽ intellectualis mundi/ spectãt singuli angeli vniuscuiusq̧ ordinis. Est enim cœlestis totus ordo: velut tota vna sensibilis mundi species. Quilibet vero angelus: ipsa singularia sensibilium specierum æmulatur. Si abest aut interit a sensibili mundo singulare quoddã alicuius speciei vt homo aliquis: haud ideo interit ipsa tota humana species: neq̧ propterea sensibilẽ mundũ dixerim⁹ esse imperfectum. Etsi pariter ab vnaquaq̧ cœlesti functione exciderint nõnulli spiritus: quis ideo cœlestes ordines nouẽ: nõ integros super esse enunciauerit? Perseuerant enim hactenus singuli cœlestes ordines incõfusi & indiminuti: tametsi suorum suppositorum tanq̧ singularium numero minores effecti.

Eos spiritus qui exciderũt: fuisse aut ex vnico ordine: aut ex pluribus: aut ex vniuersis. 32

Satis psuasibile ac rationi consonũ est: si primus ac summ⁹ cœlestiũ spirituũ vt pleriq̧ volũt a suo excidit bono: etiã e cũctis inferiorũ ordinũ nõnullos cũ illo in præceps abisse eq̧ cœlesti mãsione/ in obscurissimę abyssi p̄funda exturbatos decidisse. An vero ex aliqua tãtũ hierarchia aut ex pluribus aut ex omnibus nõnulli aberrauerint: nos nihil temere diffinim⁹: id tantũ asserẽtes nullũ totũ ac integrũ ordinem excidisse: Cętera vero vniuscuiusq̧ arbitrio ac rationabiliori indagini consulto relinquentes. Nam id neq̧ scripturarum authoritate sit

matum est: neq; vi rationis attingi potest: sed reuelatione potius esset discendum.

33 Potuisse hominem per se tanq̃ natura liberum: absq; vlla dæmonis suggestio ne labi in peccatum.

Hactenus fontanum peccatum versauim⁹ circunspicientes illud in suo fonte atq; initio/ id est in genere angelico: in cuius infirma & instabili voluntate/ primitus emersit. Pręsens vero propositio in humanum deuoluta gen⁹ qđ angelicæ hierarchiæ subest: asserit peccatum per se ac primo/ absq; vlla dęmonica suggestione: in humana mẽte tanq̃ libera & in manu sui consilii relicta: exoriri potuisse: q̃q̃ sola fraude & suggestione dęmonica: in illam sit primitus traductum. Etenim cum genus humanum sit secunda dei imago/ relicta a deo (iuxta scripturam) in manu sui consilii: potuit homo perinde atq; angelus a nullo inductus & a nulla dæmonica fraude elusus: per se in superbiam attolli: diuinorum honorum particeps effici volẽs. Homo igitur vt natura liber: vt par libertate/ & voluntatis munere spiritibus angelicis: potuit per se ipsum: absq; vlla elusione dæmonũ incidere in peccatum.

34 In humano genere peccati labem per se exortam non esse: sed in illud angelica suggestione effluxisse.

Q̃q̃ potuerit homo natura liber per seipsum incidere in peccatum: id tamen quod potuit nequaq̃ exequutus est: priusq̃ dæmonica suggestio illum a deo auerterit: atq; sequestrarit. Inuidens enim vafer spiritus hominis recẽter creati & in paradisum a deo translati tam pręsenti q̃ futurę felicitati: illum miro astu elusit: deceptumq; e terrenæ felicitatis loco: in vallis huius miseriæ exilium abduxit. Et cui suggessit suæ substantiæ complicem consortemq; esse: hunc in præsenti exilio accepit infelicitatis contubernalem. Quem deniq; vicit in paradiso: hunc in hoc mundo pro suæ immanitatis libidine velut turpe mancipium seruumq; possedit. Manifestũ igitur est humano generi peccatum nequaq̃ insedisse a seipso simpliciter: nisi quatenus diabolicę suggestioni: potiusq̃ diuinis iussionibus paruit: quibus tamen poterat non parere: si sub diuinæ obediẽtiæ regula mãsisset. vnde fit vt humanum peccatum sit dæmonico peccato infirmius: vt quod manauerit & processerit ab illo.

Dæmones e cœlo exturbatos in huius mundi elementa ruisse: inq; sensibilib⁹ creaturis hactenus suæ nequitiæ vires exercere. 35

Diximus in superioribus conclusionibus: cunctos dæmonas & vnius infelici imitatione in cœlo seductos fuisse: & cũ illo e cœlis exturbatos/ in terras ruisse: illiusq; seruos ammodo esse: a quo primum in cœlis victi sunt: & quem suæ in deum elationis ducẽ delegerunt. Vnus est igitur primus malignorum spirituũ: vnus cunctorum dæmonum princeps: sub cuius vexillis & immani imperio: cætera malignorum spirituum turba suæ nequitiæ vires in humano genere & in elementis huius mundi exercet: vt in igne/ in aere/ in aqua/ in terra/ & in omni eorum plenitudine: vt in cunctis his naturalibus substantiis: quibus complentur ipsa mũdi elementa: vt in mixtis/ imperfectis/ in mineralibus/ in plantis/ in animalibus/ & in hominibus: vsqueadeo vt (iuxta quod Mercuri⁹ Trismegistus refert) nulla sit mũdi huius pars: dæmonum præsentia destituta. Malignorum eñi potestas spirituum: in omni visibili creatura q̃ sub cœlo est (Nam in cœlis nihil habet malignus) grassatur. Et tam princeps ipse dæmonũ q̃ subiectæ illi catervæ: ex lege humani peccati potestatem a deo acceperunt interdum elementa corrumpendi: & ex cõsequẽti mixta imperfecta/ mineralia/ viuentia/ animalia/ & homines: vnumquodq; a natura sua alienandi/ permutandi/ euariandi.

Quamobrem primus malignorum spirituum seu dæmonũ princeps: a sacris eloquiis princeps huius mũdi vocetur exponere. 36

Paria & eadem fere sunt hominem seruũ esse dæmonis: & dæmonem hominis principẽ ac dominum euasisse. Diabolus qui primũ cũ

ctorum hominum parentē primave totius humanæ speciei extrema actum & potentiam / virum & mulierem/vt Adam & Euam in paradiso deuicit:eodem argumēto & vniuersum hominum genus(quod ab his quos fefellit naturali generationis ordine procedit)suæ ditioni subiecit:factusq; est toti⁹ humani generis(tā q̄ peccati maculam intra se gerētis) princeps. Et cū omnis sensibilis mundus & integra eius plenitudo facta sit a deo propter hominem:manifestum est eum qui in dominum potestatem accepit:simul & potestatem accepisse in iis omnibus quæ ipsius erant:eumq; qui vicit dominum:vicisse pariter ac possedisse omne illi⁹ domicilium:& quicquid in illius domicilio continebatur.Ob hanc igitur quā recensuimus causam dæmonum princeps/nimirum huius etiā mūdi priceps & vsurpatori⁹ possessor appellat.

37 Humanam substantiam:ex rebus sensibilibus trinam colligere vtilitatem.

Humana substātia cum corporea sit:trinā ex rebus sensibilibus colligit vtilitatem.Primā & penitus exteram corporalis operimēti. Secundam & internam corporalis alimoniæ.Tertiam vero & penitus arcanam atq; intimā:sciētiæ ac sapientiæ:quā mens humana haud absq; sensuum præsidio:ex præuio quodam per hæc sensibilia discursu nanciscitur.Operit eī homo proprium corpus ex sensibilibus substātiis vestimentorum texturam ex illis conficiens. Alit deinde ex eis suam ipsius carnē.Alit quoq; & animam scientiæ & sapientiæ suffitu:aliquo pacto a sensibilibus per sensus manante. Omnem materiam creauit deus propter hominem.Quatuor elementa propter eundem compleuit.Mixta imperfecta/propter illū fieri voluit.Mineralia propter eundem produxit. Plātas & vniuersa viuentia illi in escam donauit. Animalia demum velut virētia holuscula:parere illi ac subiecta esse sanxit.Sunt igitur omnia sensibilia propter hominem a deo creata:e quibus solus homo tria vt dixim⁹ percipit colligitve emolumenta.

38 Cœlites etiā orbes q corporei & visibiles sunt:in hominis ministerium esse a deo procreatos.

Non modo hęc terrena & sensibilia propter hominē fecit deus:sed & cœlites orbes qui & visibiles & corporei sunt:in hominis ministeriū procreauit.Nō eī propter angelos facti sunt cœli:cum ex ipsa cœlorum substantia:quæ lōge infra angelicos ordines sita est:nullum percipiant angeli emolumētum:nihil illos aut melius aut deteri⁹ habere propter cœlestes lationes & influentias compertum sit.Sunt eī angeli: sanitati & ægritudini minime obnoxii. Vniuersi autem cœli cœlestesq; lationes & influentiæ:solius hominis & eorum omniū quæ in sensibili mundo sunt salutem/integritatem optimumq; statum procurant.Sunt ergo cœlestes machinæ vtpote visibiles & corporeæ:in solius hominis vsum ac ministerium a deo procreatæ.Quapropter Sathanas aut quomodolibet aliter vocetur dæmonum princeps(Nā plerisq; nominibus illum sacra eloquia circunscribunt:nunc Belial / nunc Beelzebuth / aut Beelphegor)qui humani generis parentes in paradiso fefellit:non immerito & humanū genus & cuncta quæ humani generis erant secūdum tempus vsurpatorius princeps possedit.

Humani lapsus & peccati:fontem atq; initium denarrare. 39

Hominis lapsum sacræ scripturæ ad hunc modum prosequuntur.Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis ab initio:ī quo posuit hominem quē creauerat:dicēs illi.Ex omni ligno paradisi comede:de ligno autem scientiæ boni & mali non comedes.Quacunq; enim die comederis ex eo:morte morieris.Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecit deus.Qui accedens ad mulierem dixit illi.Quare præcepit vobis deus vt nō comederetis de ligno scientiæ boni & mali?Scit eī deus q quacunq; die comederitis ex eo:aperientur oculi vestri:eritisq; sicut dii sciētes bonum & malū.Tulit ergo mulier de fructu eius (Erat enim lignum pulchrum visu & delectabile aspectu)& comedit:deditq; viro suo:q & comedit & cōtinuo aperti sunt oculi amborū. Hucusq; primorum parentum noxa diuiniq;

mandari trãsgressio a sacris eloquiis taxatur. Omnib⁹ autem theologis commune est sub nomine serpentis:haud aliud q̃ maligni versutiã intelligi oportere:qui etiam forte in visibili figura & specie serpentis/protoplastis in paradiso apparuit:illosq; miro astu:diuinorum ambitu & concupiscentia honorum elusit.

40 Dæmonem cum ob sui præcipitium tũ ob pauorem virtutis:merito in serpentis specie figurari.

Hæc ꝓpositio duas causas affert per quas merito in serpentis specie dęmon figurat̃. Prima eñ est ob pręcipitiũ & lapsum ipsius:quo e mũdo intelligibili in ima & extrema sensibilis mundi ruit:destitutus omni virtute qua rursum ex imo & centro mundi (in quo serpentũ more super ventrẽ accumbit) sese in antiquã lucis regionẽ & priscæ felicitatis locũ attollat: redeatq; in eã sedẽ e qua a deo exturbatus sempiternum luget. Secunda vero ob pauorẽ virtutis. Nã serpens imbecillũ est ac pauidũ aïal: quod nunq̃ in luce aut aperto marte ferit: sed semper in imo & in tenebris incautos adoritur & cuncta sua per insidias molit̃. versutissimus vero dęmon ex casu & pręcipitio sui omni robore spoliatus:infirmus/imbecillus/& pauid⁹ est:odio habens lucẽ:tenebras diligẽs/nunq̃ palam & aperto marte queq̃ feriẽs:sed ꝑ insidias incautos ac simplices miris artibus opprimere studens. Q꞉ eñ imbecillus & pauidus sit spiritus malignus:hæc diui Dyonisii verba restantur. Vir(inquit)qui se omnino deo deuouit/quãtũ fas homini est ad summã peruect⁹ est diuinæ imitationis effigiẽ:is profecto nunq̃ aduersis dęmonũ imaginibus terroribusq; vexabitur:sed ridebit potius:accedentesq; profligabit/ac persequetur:ageq; magis q̃ patiet̃:aliisq; huiusmodi vexationum præstabit se optimum medicum. Hæc ille de constantia deuoti dicatiq; a deo hominis nihil a dęmonibus patientis: eosq; velut imbecillos & diuinam in se effigiem cum admirantes tum expallentes expauescentesq; profligantis.

41 Iterum ob etiam versutiam & naturalem pulchritudinẽ:in portentosam speciem cõmutatam:haud ab re dæmonẽ in specie serpentis intelligi debere.

Hęc iterũ duas causas recẽset propter quas haud ab re dæmoni serpẽtis species a sacris eloquiis impingat̃. Prima ob indirã versutiã & sapientiã fallacẽ:secunda ob naturalis decoris/in portentosam speciẽ cõmutationẽ. Nam sicut serpens pro suæ imbecillitatis supplemẽto:omnia fere terræ animãtia astu fraude & vmbrari: prudẽtia vincit ac superat:ita & nulla ẽ creatura dæmone qui ꝑditus angelus est/fraudulẽtior/astutior/& dãnata petitia prudẽtior. Naturalẽ q̃ppe sapiẽtiã/quã illi ab initio boni gratia deus summe bonus indiderat:in malũ conuertit:eamq; in humani generis internitionẽ nequissimus expẽdit. Rursum queadmodum serpens immundissimum ac fęculentissimũ est aïaliũ visu teterrimũ:ita & diabolus q ex bono angelo effectus est mal⁹: ex dilectore lucis amator tenebrarũ:vna cũ luce bonitate & beatitudine diuinã quoq; ĩ seipso pulchritudinẽ obliterauit:oĩmq; diuinorũ spiritaliũ munerũ speciosissimũ ornatũ ac decorẽ: fœdauit: polluit: amisit. Et ex speciosissima & pulcherrima creatura:ĩ portẽtosam/& cũctis exosam ac refugiẽdã speciẽ sui decoris oblitus seipm cõmutauit. Recensuimus igit̃ quatuor causas: cur sacræ scripturę hoĩem in paradiso a maligno spũ sub serpẽtis noĩe elusum seductũq; fuisse eloquãt.

Tres causas protoplastos in peccatum induxisse: suggestionẽ dæmonis: ligni pulchritudinem: & in vetitum niti. 42

Ostẽdim⁹ pri⁹ humanũ peccatũ haud simpliciter esse primũ fontanũq; malũ. vtpote qd ĩ hũano genere nequaq̃ ꝑ se exortũ est: sed ĩ illud ex dæmonũ fallacia irrupit. Toti⁹ eñ pcti fons in angelico genere primit⁹ & per se scaturiit: cui⁹ tñ amari & insalubres riuuli more laticũ sub terris meantiũ: humanũ genus alluerunt. Quapropter hõ trib⁹ de causis ĩcidit in pctũ: Nã & malign⁹ aderat suggerẽs in grãde ꝑmiũ/ipsã deorũ ęqualitatẽ: boniq; & mali scientiã. Et lignũ ipm qd & delectabile visu & aspectu pulchrũ erat: satis alliciebat. Et voluntas cuius vt plurimũ in vetitũ niti ꝓpriũ est: ali-

quo pacto ad id inclinabat eosq; in scelus ptrahebat. He ergo tres causę pfacile ipsos pthoplastos vt diuias iussiões trãsgrederent iduxere.

43 Protoplastorum in paradiso voluptatis peccatum: potius superbiam q̄ gulam fuisse.

Humana trãsgressio in voluptatis paradiso causam habet: vt aut superbia aut gula dicatur. Nam simplex esus ligni: ad gulam spectat: deorũ vero equalitas: ad superbiã referẽda esse videtur. Dicimus tamẽ protoplastorũ peccatum: superbiã potius/q̄ gulam esse vocitandã. Nam a fine potior: q̄ a medio/aut a pricipio sumenda est ratio. Atqui ea intentione & spe ei⁹ finis consequendi comederunt protoplasti de ligno sciẽtię boni & mali: vt essent sicut dii sciẽtes bonũ & malũ: vt ve dæmonicas sponsiones: de deorũ paritate & æqualitate nanciscerent. Fuit igitur eorum peccatum superbia potius q̄ gula. Etenim gula non vnico actu perficitur neq; circa ea versatur alimenta: quæ ignota nobis & impregustata sunt: cuiusve qualitates vt sapor ac dulcedo: nos vt ea sequamur nõ dum alliciunt. Nam gula est cum absq; famis necessitate: aliquis sola irritante dulcedine ingurgitari se patitur: quæ propterea circa prægustatam & prætentatã alimoniæ dulcedinẽ versari dicitur: nõ autem circa ignotam & adhuc illibatã escã. Nusq; eñ nos alliciũt quæ nobis ignota sunt: sed quorũ velut prætẽtatorũ meminim⁹ & reminiscimur: rursum iisdẽ voluptatib⁹ affici ac dulcedinib⁹ pfrui cupientes.

44 In tribus humanum peccatum angelicæ noxæ simile extitisse.

In tribus peccatũ humanũ angelicæ noxę simile reperit. Primo in expetitiõe diuinorũ honorũ quã vocamus superbiã. Secũdo in similitudie loci & exilii. Nã pręcipuũ primũq; & angelorũ & hoim peccatũ fuit supbia: q̄ est diuiæ cuiusdã æqualitatis demẽs & irratiõabilis ambitio. Præterea sicut angeli in cœlo peccauere demũq; e cœlis ĩ sensibilẽ mũdũ exturbati sunt ita & protoplasti in paradiso diuina iussa trãsgressi sunt: q; illico a deo e paradiso eiecti in hãc miserię vallẽ tãq̄ in tẽporaneũ exiliũ acti sunt. Tertio q̄ tã status vtriusq; q̄ locus: peccato est ĩmutatus. Amborũ eñ in primis mutatus est locus: quia angeli e cœlis in sensibilẽ mũdũ exturbati fuit. Homo vero e deliciarũ loco & e puritate incorruptibiliũ elementorũ paradisi: in hãc infelicẽ insalubrẽq; aurã migrauit. Sed & vna cũ loco mutatus status amborũ. Nam angelica substantia q̄q̄ incorruptibilis: abiuncta tñ est a naturali suæ cõteplatiõis obiecto id est a deo. Insup & beata pfruitione tã dei q̄ ppriorũ munerũ orbata est: & pro iucundissimę lucis plenitudine: cœpit mẽs illi⁹ tenebris offundi. Et nõ modo hæc dęmonico spiritui infelix sors obtigit: sed & vt diuus Petrus ait: q cunq; angeli peccauerunt: hi rudentibus inferni detracti sub caligine reseruanť: in die iudicii perpetuis ignibus cruciãdi. Humanus autem status hactenus etiã cũ loco p peccatũ est immutatus: q; homo ex immortali mortalis: ex dño seruus: ex felici miser effectus est. Tres ergo similitudines recensuimus: quibus angelica noxa par est humano peccato.

Rursum in trib⁹ etiã humanũ peccatũ angelicæ trãsgressioni dissimile fuisse. 45

Rursum in trib⁹ etiã humanũ peccatũ angelicæ trãgressioni dissimile reperiť. Angelica enim noxa mere vltronea est: vt q̄ exorta est in angelis p se/nulli⁹ impulsu. Humanũ vero peccatũ est vt peccatũ secũdũ ab angelica noxa deriuatũ: qd dæmonica fraude in humanũ gen⁹ serpsit. Deinde vnius angeli peccatũ/non fuit oĩm angelorũ peccatũ: quãdoquidem cœlestes spiritus iter se sunt discõtinui: nõ alius ab alio ducẽs originẽ. At vnius homis vt protoplasti peccatũ/omnium deinceps hominum trãgressio fuit. Etenim voluntaria patrũ macula: in cunctis filiis/effecta est labes originis: quam nos natiuitatis noxam siue originale peccatũ appellare solemus. Rursum peccatum angeli cum: venia & miseratione dei apparuit indignum. Humana vero noxa: quia alterius exorta suggestione: diuinam misericordiam consecuta est. Hæ sunt igitur tres etiam dissimilitudines angelici & humani peccati. Causam vero cur angelica noxa diuina miseratio-

ne indigna apparuit: humana vero labes sit a deo repurgata: in sequentibus referemus.

46 **Haud omnes angelos vnius primi angeli peccato corruptos fuisse: cunctos tamen homines primorum hominum peccato & macula effectos esse noxios.**

Nam quia omnes angeli nō sunt vnius alicuius angeli genus: neq̧ oēs ex vnico angelo neq̧ alii ex aliis duxerūt originem: haud ideo oportuit vnius corruptionē & lapsum esse interitū vniuersorum. At quia totiꝰ humani generis linea ab vnico & primo eiꝰ puncto effluxit: hinc primi sui puncti maculā/tota demum humana linea a corrupto turbatoq̧ fonte exoriens cōtraxit: idq̧ in humana accidit specie qđ solet in fluminibus accidere. Si quis eñ fontis alicuius tametsi perexigui aquas veneno infecerit: mox vis tabesq̧ veneni: totiꝰ deinceps fluuii/cui fons ille pręstat originē vndas corripiet illasq̧ noxias: amarulētas & insalubres reddet. At si quis ipsum virus dūtaxat fluuialibus vndis immisceat: haud ideo fontanas aquas inficiet: q̧ contra aquarum naturā & a summis in ima profluuiū: vis veneni e diuerso in altum nequeat esse reciproca. Ita igitur & virus peccati vbi fontē humanę totius speciei/primū hoīem corrupit: naturali quodā seminis ꝓfluuio ī cūctos hoīes sese effudit: oēsq̧ filios maculauit.

47 **Si non protoplasti sed secūdi aliq homines primitꝰ peccassēt: haud oportuisse humanā totā speciē pctō fore obnoxiā.**

Hęc statim clara est ex analogia pręcedētis. Si enim non statim protoplastos sed secundos hoīes/vt filios eorū: peccatū corrupisset: haud ideo tota humana species fuisset pctō obnoxia: sed dūtaxat soli peccatorꝫ hoīm filii. Haud eñ peccati virus/reciproca latiōe in ꝓtoplastos recurrisset: sed eos tantū vt diximus maculasset quorꝫ patribus primogenia & vltronea iniquitas inhęsisset. Vt si nō Adam sed primus Cain diuina trāsgrediens mandata dæmonicæ suggestioni paruisset: erant hi soli quos Cain genuisset ex indita originali macula præuaricatores & alieni a deo futuri. Adam vero & cęteri eius filii vt Abel Seth & quicunq̧ ab his naturali generatione prodiissent: erant innoxii & mundi ab originali labe permansuri.


Cunctos angelos q̄q̄ simul creati sint: haud esse gradu & ꝑfectione æquales: sed inter eos esse coordinationem officiorum & diuinarum illustrationum. 48

Hæc propositio instātiam vnā complectit. Instabit enim forsan aliquis hoc pacto. Si omnes angeli simul & quasi in puncto creati sunt: cur hi adinuicem se habent in quadam coordinatione & linea per quam fere humano more alii aliis subsunt: & alii aliis principātur? Quia enim simul creati sunt: videntur & ipsi debere esse æquales: vt æqualitati originis & creationis ipsorum: respondeat & paritas graduum. Ad hanc instantiam dicimus eam coordinationem quæ cœlestes spiritus magna venustate distinguit: haud esse coordinationem naturæ: sed distributionem functionum & officiorum: ex diuina similitudine & imitatione prodeuntium. Nam & illam docuimus ad numerum trinitatis ter inuolutæ compositam esse sub tertio quadrato/vt nouenario. Opꝰ est igitur vt vniuersi hi spiritus: q̄q̄ simul creati sint & origines pares habuerint: sibiinuicem tamē iuxta naturales sibi a deo deputatas functiōes in rectum succedant: & alii aliis eminentiore sublimioreq̧ sede in deum nitantur. Alii vero citeriores nobisq̧ propiores & a summa diuinitate semotiores: hominum curam gerant mundanaq̧ negotia disponāt. Qui enim excellentiores gradus adepti sunt: tanq̄ diuinitati propiores inferioribꝰ pręstant: insignioribusq̧ dei fulgoribus ipsi primi illustrantur. Per eos vero congruo seruato ordine iidem fulgores eadem lucis spicula licet adumbratoria: in inferiorum vsq̧ spirituum mentes traducuntur. Et non modo beatissima lux per superiores spiritus in inferiores traducitur: sed & eadem per omnes affatim spiritus manans: in hominum vsq̧ mentes propagatur. Quapropter & humanā hierarchiā pari & numero & consimilibus officiis in deum nitentem: theologi: spiritali illi inuisibili militiæ subiacere

volunt: tanq̃ quæ ab ea regatur & manuducatur in deũ: fiatq̃ p illã traducem diuinorũ particeps splendorũ: & beatarũ cõsors irradiationũ. Qũq̃ igit cuncti angeli sint origine pares: gradu tamen & perfectione sunt q̃ maxime differentes: estq̃ inter illos stata coordinatio diuinarum illustrationũ: per quas alii quidem per se: & alii per alios in deum nituntur.

In humana specie duplicem esse coordinationem: aliam generationis & naturæ: aliam vero diuinorum officiorum. 49

In humana specie pro simplici duplex reperitur coordinatio: alia quidẽ naturæ/originis/



natiuitatis & generationis:quę est inter patrē & filium:vt ab Adā primo cūctorum hominū parente:in totam deinceps humanam speciem vel vsq; in Christum:quem sacra eloquia quoties Adæ homini primo conferunt:nouissimū hominem appellanr. Factus enim est inquiunt primus homo in animam viuentem: nouissimus vero in spiritū viuificantē. Nam & Christus in nouissimis diebus venisse prædicatur: in quo etiam consummantur & adimplentur vniuersa:quæ voluntate dei in salutem humani generis eranr a prophetis prænunciata. Sit ergo humanæ naturæ ac generationis coordinatio ab Adam vsq; ad Christum:recta successione a patre in filium:quæ quia nouenarium numerum transcendit:illam totam in nouem duntaxat insigniores viros reducere curauimus:qui sunt Adā/Seth/Noe:Abraam/Isaac/Iacob:Dauid/Iozias/Christ⁹. In hac enim tres ante diluuium patres sumuntur: Adam/Seth/Noe. Tres patriarchæ post diluuium in initio veteris testamenti: Abraam/Isaac/Iacob: ante legislationē. Supremi vero tres reges sunr post legislationem circa diuini testamēti finem Dauid/Iozias/Christus. Dauid enim regum primus. Iozias post Dauid optimus. Christus vero rex regum & dominus dominantium. Alia autem est humana coordinatio; quæ inter homines causa perfectionis salutis & subuectiōis illorum in deum: iuxta officiorū & functionū proprietatem distribuitur: quam pariter instar angelicę hierarchiæ/naturali coordinationi exęquantes/nouenario numero diffinimus.

50 Humanorum officiorum hierarchiam ad humanam naturalem coordinationem esse retrogradam.

Humanorum officiorum hierarchia:ad eā hominum coordinationē quæ naturalis vocatur est aliquo pacto retrograda. Nam Christ⁹ qui in priore coordinatione nouissimum tenet locum:in ecclesiastica hierarchia primus scribēdus est, vtpote qui saluator est omnium hominum & eorum in deum subuector:qui itē rex regum & pontificum pontifex est:iugiter pro nobis assistens deo & sedens in dextera ei⁹: tanq̄ verus homo nihilominus integerrime & substantialis diuinitatis particeps. Hæc autē secunda hominum coordinatio q̄uis a Christo tanq̄ omnium antistite & summo pontifice inchoata:possit propriis virorum nominibus inscribi: satius ramen illam communibus appellatiuisq; nominibus duximus exarandam hoc pacto:pontifices/sacerdotes/diaconi/subdiaconi/ministri/monachi/plebs sancta/energumini/carhecumini. Hos enim ordines sub iisdem nominibus pręsens obseruat ecclesia:nihil anteferens pontificibus: nihil item infra chatecuminos:qui nec dum sacro lauacro renati sunt:complectēs. Est igirur in cœlestibus spiritibus:tantum vna coordinatio sacrorum officiorum diuinarumq; functionum. In hominibus autem coordinatio duplex:alia naturæ/alia perfectionis & salutis.

Angelicam noxam: humano peccato grauiorem extitisse. 51

Nam angelica trangressio fontanum est & primogenium peccatum. Angeli enim sponte & nullius impulsu peccauerunt:illiq; & sibi ipsis & deinceps humano generi/perniciei causa fuere. Adde secundo q; & illi simplices erant & sapientes ab initio:suum principium aurhorem ve noscentes. Tertio vero q; nullam talem (qualis hominibus ex carnis contubernio adest) infirmitatis & excidentiæ causam habuere. Homines autem angelica suggestione exciderunt. Deinde haud eodem modo quo angeli vniuersa agnoscebant, vt qui a natura minime eruditi & sapientes erant. Postremo & socię carnis infirmitate non carebant. Allecti eñ fuere per visum pulchritudine ligni. Hæ autem tres peccati occasiones defuere dæmonibus:vt qui nullius suggestione/non item per ignorantiam sui principii/non demum ab oculorum aspectu aut carnis societate allecti manus malitiei dederunt. Fuit igitur hac de causa angelicum peccatum humano grauius:penitusq; venia & miseratione dei indignum.

Redimendorum dęmonum nullam necessitatem esse. 52


Nam nullus totus & integer cœlestis ordo
excidit: sed duntaxat aut ex plerisq; aut forte
ex omnibus ordinibus aberrarunt nonnulli.
Post casum vero eorum: cœlestes nouem ordi
nes simpliciter & secundum genus suum inte
gri vt prius p̄mansere. Quapropter nulla ne-
cessitas incumbit: eos qui exciderāt reuocare
in eā vnde precipites & extorres acti sunt mā-
sionem ac sedē. Si enim totus Seraphicus ordo
excidisset a beatitudine: superesset ei⁹ ordinis
cœlestisq; militiæ locus in intelligibili mundo
vacuus: & aut aliis recenter creatis spiritibus
aut ex eorum qui cecidissent regeneratione re
nouatione & expiatione peccati iterum supplē
dus. Quia vero nullus intelligibilis mūdi gra-
dus ex toto euacuatus est / quia in omni super
cœlesti māsione diuini innumeri ciues & bea-
tissimarū sediū possessores cū deo māsere: hinc
nulla necessitas apparuit eos q aberrarūt suos
ve principat⁹ reliquerūt: in priscā felicitatem
reuocādi & suis iterū ordinibus illos inserēdi.

53 Vnum angelum in alio redimi & rege-
nerari non posse.

Hæc propositio vnā iterum causam affert
quę ab angelico peccato / dei miserationē abstu
lisse probatur. Nam cūcti cœlestes spiritus spe
cie differūt abinuicem: vnusquisq; enim eorū
vna quædā species est: cū omni specie alterius
spiritus æquiuoca / incōmunicabilis / & impar
ticipata: adeo vt quilibet angelus per se: sit vt
vna natura & vt tota humana species. Etenim
angeli ideo nec gignunt nec gignuntur: cum
generationes sint entium singulariū propriæ:
cuiusmodi sunt ea omnia quæ cōcau⁹ lunaris
cœli ambit⁹ cōplectit. Cū igit hoc pacto discō
tinui incōmunicātes & adinuicē substātia æq
uoci sint cœlites oēs spiritus: haud aliter hi
qui exciderunt / redimi / reuocari / & regenerari
potuere: nisi vniuscuiusq; ipsorum naturā & i
tegram substantiam / deus assumeret sibiq; co
pularet. Nam per assumptionem substantiæ
vnius: cum hęc sit cęteris ęquiuoca: & nihil cū
eis habens commune: in nullum alium spiritū
propagaretur ipsa regeneratio. Sicut eī vnus
angelus non est filius alterius: ita & vnus non
est de substantia alterius: nec quicq̄ habet cum
alterius substātia commune / vnum / idem / vni
uocum: per quod in naturam alterius / vis ip-
sius regenerationis extendatur. Haud potest
igit vnus angelus: in alio redimi & regenerari

Oportuisse deum si dæmones redime- 54
re voluisset vniuscuiusq; eorum naturā
& substantiam sibi adiunxisse.

Sint eī verbi gra
tia. A. B. C. tres ange
li: siue eiusdem ordi-
nis / siue diuersorum
ordinum: qui a suo bo
no exciderūt: sitq; D.
deus. Dico quoniam
si hi tres spiritus erāt
iterum deo concilian



di / si ab sua labe diuina virtute expiandi: opor
tuisse deum vniuscuiusq; eorū assumere sub-
stantiam: eamq; in vnitate & identitate perso-
næ sibiipsi inseuisse: vt oēs expiarentur a pec
cato: reuocarenturq; in antiquum statum.
Nam si assumpserit deus substantiam. A. dico
inde pendere regenerationem solius. A. non au
tem renouationem spirituum. B. &. C. vtpote
quorum substantiæ sunt cum ipso. A. æquiuo
cæ & incommunicantes: neq; ab ea progenitæ
neq; quæ eandem genuerint. Et si assumeret
deus substantiam dæmonis. B. in ea renouare
tur solus. B. & minime. A. aut. C. Et ita de cæ-
teris dicēdum. Hæ igitur sunt causæ per quas
dæmonum peccata diuinam miserationē asse-
quuta nō esse iudicantur. Quarum prima ex
peccati grauitate ostendit illud omnino fuisse
indignum venia. Secunda expiationis illius ne
cessitatem sustulit. Tertia eiusdem asseruit im
possibilitatem. Angelica enim noxa haud ex-
piari debuit: ob grauitatem sui: nec vlla appa-
ruit expiationis eius necessitas: quoniamqui-
dem cœlestes cuncti ordines salui & integri in
cœlo permansere: nec rursum expiari potuit:
ob omnium dæmonum naturam & substan-
tiam a deo assumendam.

Humanam noxam vt angelico pecca- 55
to inferiorem: expiatione sui diuinaq;

miserationem dignam apparuisse.

Ex contrariis causis humanus lapsus iudicatur dignus extitisse miseratione diuina. Nã & debuit/& necesse fuit/& potuit humana labes expiari. Debuit quidem nõ simpliciter: sed consyderatione diuinæ bonitatis: quæ compatiens humanæ ignorantiæ ac fragilitati fraude demonis elusæ: illius peccato clemẽter ignouit pepercitq;. Necesse autem fuit: ne sensibilis mundus staret imperfectus: defectu & priuatiõe humanæ totius speciei: quæ per peccatum primi sui parẽtis: tota peccatrix fiebat: tota a deo aliena in mortem ruebat. Potuit deniq; humana tota regenerari species: in assumptiõe vni⁹ alicuius suorum singularium per õmnia innocentis & mundi a macula. Nam omnia humanæ speciei singularia: sunt inter se vniuoca & communicantia. Sunt item vt vna tota humana natura. Et rursum abinuicem eadem singularia exoriuntur: & cuncta ab vno primo suæ naturæ parente effluxerũt. Quapropter haud ab re in vnius indiuidui vt humanitatis Christi assumptione: cæteri oẽs qui eiusdẽ & vniuocę cõmunicantisq; naturæ sunt: regenerari potuere: nec fuit necesse deum sibi cunctorũ humanorũ singulariũ substantiã inseruisse: regenerationis eorũ causa. Ternę igitur causę prorib⁹ cõtrariæ hoc ẽ ex debito/ex necessitate/& possibilitate: ostendũt humanã noxam fuisse a deo expiandam. Ex debito quidẽ: ob ipsius noxæ leuitatem. Ex necessitate: ne tota interiret humana species ad vniuersi complementum necessaria. Ex possibilitate vero: quia non multa aut omnia hominis singularia: sed tantum vnum fuit pro vniuersorum salute assumendum & ipsi deo inserendum.

56 Deum non ea tantum de causa hominem procreasse: vt ex hominib⁹ casum suppleret angelorum: vt ve cœlestes eas sedes hominibus donaret: quæ ex angelorum ruina vacuæ mansere.

Nonnullorũ est opinio nõ alia ex causa deũ humanã speciem procreasse: q̃ vt ex humanis indiuiduis ac singularibus/vacuas eorũ qui exciderant angelorum sedes impleret: vt ve donaret hominibus: quod illi sponte perdiderant. Esto autem: deus desertas angelorum mansiones/hominibus donet: & in angelicam felicitatem humanum euehat genus. Insuper & exciderint angeli: priusq̃ vllus hominũ crearetur (humana siquidẽ creatio vt sæpe diximus omnium emersit recentissima ac suprema. Angeli autẽ e vestigio q̃ creati fuere mali effecti sunt) dicimus tamen non ea tantum dr causa deum homini substantiam esse impertitum: vt ex hominib⁹ ruinam suppleret angelorum. Nam id opinari: quid aliud est q̃ sentire si angeli nõ peccassent: hominem a deo nõ fuisse creãdum/nec aliam extitisse occasionem creationis humanę q̃ peccatum angelorum/qui si forte absq; peccato perseuerassent: nec e suis sedib⁹ excidissent: nõ habuisset deus aut cur humanum creasset genus: aut quibus in sedibus ac locis humani generis felicitatẽ sanxisset. Quod profecto sentire haud procul abest quin humanam speciem probro & contumelia afficiat: tanq̃ cuius creatio: duntaxat ex infelici & innaturali accidente vt ex infausto angelorũ peccato sit aucupanda: & quin diuinam immensam largitatem/hominis beatitudini insufficientem esse testetur.

Humanã speciem perinde ac angelicã: præclaram & ordinatam suæ creationis causam habere. 57

Habet humana species non minus præclaram/naturalem/ordinatam/perfectamq; suæ creationis & origins causam: q̃ ipsa cœlestium spirituum origo. Nam cum propter hominem sit creata materies: & omnis sensibilis actus: itẽ & cœli ipsi: is profecto qui solum propter ruinam angelicam/hominem factum esse contendit: eodem argumento si non peccassent angeli: nec cœlos vllos/nec materiam/nec sensibiles actus/nec deniq; totum sensibilem mundum aut vllam eius partem debuisse exoriri & fieri a deo defendit. Horum eñ oĩm præcipuus finis est homo: qui solus e cunctis sensibilib⁹ trinã colligit vtilitatem: primã vestimentorum/secundam corporeæ alimoniæ/tertiam vero sapientiæ & pastus animi quem sensuum ope ac temporario famulatu a mundo emendicat

Est itaq; longe insignior & naturalior causa humanæ creationis asserttix:q̄ ea quæ ex miserabili & extra naturæ ordinem cōtingente angelorum lapsu prodit. Nam quo ordine/qua lege & ratione deus & coelos & materiam & cūcta sensibilia produxit:pari ordinatione & humanam substantiam tanq̄ horum omnium finem & sapientissimam moderatricem procreare voluit.

58 Qua ordinatione creauit deus actum separatum:eadem lege & actum coniunctum creare voluisse.

Sicut diuinæ placuit sanctioni creare actū separatum:ita & eidem complacuit materiam & coniunctū producere actum:præcipue humanum. Hic enim solus e cunctis cōiūctis actibus:separatos actus & immortalitate & sapientia & agnitione sui & diuina imagine ac vera beatitudine æmulatur:illisq; fere par ac proximus euadit. Quamobrem siquis peruicaciter defendat & hominem & cuncta sensibilia solū modo ob angelorum ruinam casumq; esse creata:is vtriq; cōfiteri habet si nulli angelorum excidissent:neq; hominē neq; sensibilia vlla fuisse a deo procreanda:sed in solo angelico genere diuinum omne opus extitisse perfectum & consummatum:nec aliud deum prima ac tota intentione creare voluisse:q̄ angelicum genus quo perfecto & ad esse producto: a nouorū entiū procreatione/deus receptui cecinisset: nulla deinceps post angelos procreaturus entia. Atq; is solum ob infelicem angelorum ruinam sarciendam:secunda quadam & innaturali intentione:& sensibilia cuncta & hominem peperisse:quæ profecto qui senserit:cunctorum iudicio perabsurdus apparebit. Manifestum est igitur vtriusq; mentis substantiam:pari & cōsimili penitus ordinatione diuinæ voluntatis esse procreatam.

59 Quemadmodum diuina mens eadem intentione solem & lunam procreauit: ita & eodem proposito angelicam atq; humanam mentem ad esse perduxit.

Etsi confiteamur angelicam mentē serenissimo soli: humanam vero subobscuriori lunæ respōdere:id tamen humanum animum/secūda diuinæ mentis intentione procreatum esse non vsquequaq; attestatur. Nam in sensibilibus creaturis eadem diuinæ voluntatis ordinatio:solem & lunam procreauit. Quæ enim sensibilis totius lucis fontem vt solem ad esse produxit:eandem demum lucem in nocturno aliquo speculo vt in lunari orbe micare voluit Et quæ statuit directum primogeniumq; lucis radium in sole tanq̄ in fonte splendescere:simul sanxit illum in luna esse reciprocum. Sicut igitur in visibilibus corporibus eadem diuinæ voluntatis sanctio ingentia mundi luminaria voluit esse duplicia:solem qui diei præesset & lunam quæ noctem illustraret: ita & vtriusq; mentis angelicæ atq; humanæ originem:nos vnica pari ac simplici diuinæ mentis sanctione rimamur: dicentes vt quemadmodum diuinæ menti placuit in primis angelicum intellectum procreare:quem præesse iuberet intellectuali mundo:ita & eidem placuisse vt humana mens nasceretur:cuius moderamini sensibilis mundus subderetur. Nam vt etiam in libro de intellectu diximus: diuina operatio perfecta & consummata est in circulo: vt quæ cum cœperit ab intellectu: desiit & in intellectu. Cœpta quidem est ab angelico intellectu: desiit vero in humano.

In complemento & perfectione diuini 60
totius operis:humanam mentem cum angelica comprehendi.

Qui diuini operis perfectionem scrutatur: is cum angelica mente/humanam quoq; mentem comprehendit. Nam diuinum opus geminis causis arguitur esse perfectum. Primo quia factum in circulo:quandoquidem cœpit ab intellectu & desiit in intellectu. cœpit quidem ab actu immortali & in actu pariter desiit immortali. Secundo quia trinū:nam ab intellectu per sensum siue per sensibiles creaturas in intellectū processit: & ab actu per potentiā in actū:ab actu inquam separato/per potentiā/in actū cō iunctū. Si igit̄ noluit diuina mens creare opus nisi perfectum integrum & consummatū:imag

nifestū est in prima diuinæ creationis intētio-ne:non modo angelicā mentē concludi debere sed & sensibiles creaturas & humanā mentem comprehendi. Non igitur sensibiliū creatura-rum & humanæ mentis ortus: dūtaxat ex in-felici angelorum prolapsione & excidētia sunt perscrutandi.

61 Nihil esse simpliciter & cōsideratiōe di-uinę absolute potentię immortale.

Cum duplex sit diuina potentia: alia quidē absoluta/alia vero ordinata: si ad potentiā dei absolutam inspexerimus: nihil quod iuxta il-lam sit immortale nobis occurret. Nam & hu-manas omnes animas et totam materiā & an-gelicas beatitudines (pręter quę tria nihil no-uimus immortale & ęuiternū) diuina absolu-ta potētia eo modo annihilare potest quo & ea de nihilo eduxit. Nō sunt itaq consideratiōe eius diuinę potentię angeli imortales: nec ho-minum animę/nec moles materiei: cui ppter humanas animas indultum est esse immorta-le. At vero consideratione diuinę ordinatę po-tentię: dicimus & angelos omnes (tam qui ex ciderūt q̄ qui non exciderūt) & humanas om-nis animas et totam materiam imortales esse: fixamq & permanentē in ęuo substantiam ha bere. Attamen ii angeli qui exciderunt: & hu-manę omnes animę quibus protoplastorum primordialis labes inhesit: vna cum diuinarū iussionum transgressiōe/proptię naturalis sue immortalitatis munus ex diuini abrogatione consortii perdiderunt: quorum mors: et si eo-rum substantiam non deleuit/nec in nihilum redegit: statum tamen eorum ac felicitatē im-mutauit. Exturbauit enim angelos e cœlis: in sensibilem mundū. Humanū vero genus e feli citate paradisi in pręsentis mundi exilium re-legauit.

62 Mortem in humana substantia q̄ in an gelica plura operari.

Mors in humana substātia q̄ in angelica ope ratur plura. Angelicam eni substantiā natura simplicē & partium expertem nulla mors di-uellere aut in partes diducere potest, sed dūta xat illam a superioribus thalamis diuinoq cō sortio auulsam: in hęc iferiora pertraxit. In ho mine autem mors operatur duplicia. Primū quidem mortis opus est eius e paradiso exiliū. Secundū vero totius substātię vt animę a cor pore dissociatio: quā corporis corruptio mox comitatur. Haud aliter igitur erat homo i vo luptatis paradiso imortalis q̄ & angeli in cœ-lo. Nam sicut sublato angelorum peccato: tol-litur & casus eor undem (si eni non peccassent angeli neq hi excidissent) ita & sublata pro-toplastorum trāsgressio: humanum genus in immortalitate confirmat.

Et dæmonum & hominum immorta-litatem ad neutram dei potentiam sim pliciter: sed duntaxat ad ordinatā sub hac cōditione si non peccassent esse re-ferendam. 63

Immortalitas siue beatitudo dęmonū & ho-minum: neq ad absolutam dei potentiam/ne-q ad ordinatam simpliciter est referenda: sed dūtaxat ad ordinatam sub conditione & adie-ctione si non peccassent. Nā & dęmones in cœ lis et homines in paradiso: si nō peccassent erāt felices/beati/immortales. quia vero peccaue-runt: ideo & verę beatitudinis atq imortali-talis loco exciderunt. Porro & bonorum ange lorum & sanctarum animarū beatitudo: haud est etiam ad diuinā absolutam potentiam con ferenda vt quę possit in nihilū soluere: vniuer-sa: sed tantum ad potētiam ordinatam simpli-citer: id est sine adiectione & conditione/si non peccent. Nam & boni angeli & sanctorum ani mę cōfirmatæ in bono sunt: & amplius pecca-re aut a bono excidere non possunt.

Diuinam potentiam aliquo pacto esse trinam. 64

Diuina potētia est aliquo pacto trina. Prima enim est quam vocauimus simpliciter absolu-tam. Secunda est potētia ordinata simpliciter: id est absq vlla conditione. Tertia vero est in adiectione & conditione diuinę obediētiæ: vi tandę trāsgressionis creaturarū gratia. Nam

secundū primā dei potentiā nihil est simpliciter immortale cum hęc annihilare omnia queat. Per secundā vero: & boni angeli & sanctorum animę in immortalitate claudunt. Nam non amplius bonis angelis aut sanctorum animabus haec diuina vox obiicitur. Si pręcepta mea seruaueritis: viuetis in eis. Per tertiam autē conditionatam dei potestatem: & omēs angeli ab initio & omne humanū genus in semine protoplastorum ad immortalitatis & verę beatitudinis delicias alliciebantur: sub his verbis: Beati erunt qui non peccauerint in me. Et sub huius beatitudinis latissimo ambitu: eorum etiā hominū claudunt ut animę qui nondum pręsenti vita functi sunt.

65 Christianos in hoc sęculo per regenerationis gratiam similes esse protoplastis in paradiso.

Cūcti hactenus viuētes / quos sacri baptismatis vnda ab originali macula expiauit: similes fere sunt protoplastis in paradiso priusq̄ excidissent. Nam & carent originali peccato: emūdati ab illo per sacrae regenerationis gratiam. Et excidere possunt: sicut & illi exciderūt. qui si in suę regeneratiōis puritate perseuerabūt: nulla deinceps voluntatis peccata adiicientes: longe meliora & pręclariora: q̄ illi perdiderint se adepturos sperant. vtpote quibus coelestis paradisus: pro terrena paradiso creditur assutura.

66 An sit in terra: vera aliqua voluptatis paradisus: tanq̄ immortalitatis locus scrutari.

Nōnulla dicenda sunt de paradiso voluptatis: quia id apud q̄ plurimos sub dubio proponitur. Hęsitantiū an voluptatis paradisus sit veraciter locus in terra: humanae felicitati ante originale peccatum a deo destinatus: an vero sub quadam figura in mysterio coelestis paradisi: sacrę scripturę de terrea paradiso verba facere videantur. Dicimus autē quoniā & paradisus voluptatis: vmbra quedā est & figura coelestis paradisi. Et tamē id nihil obstat quominus cum coelesti paradiso / sit simul in terris tēporalis aliquis felicitatis locus. Nam & sensibilis mundus figura est & vmbra intelligibilis mundi. Et tamen est aliquis sensibilis mundus reuera ab itelligibili distinctus: & rursum in vtroq̄ mundo est vera aliqua entiū plenitudo: q̄q̄ huius quidē entia exemplaria sint: illi⁹ vero substātiae figuratae & vmbratiles, ea in signo praenūciantes: quae in itelligibili mundo subsistunt secundum veritatē quēadmodum enī haud obest carneus oculus mentis oculo: sic nec terrea paradisus coelesti aduersat paradiso.

Eum qui negat esse in terris voluptatis paradisum: negare aliquem esse in materia immortalē actum. 67

Vnum paucis sub verbis ex analogia edisseremus: eum scilicet qui negat paradisum voluptatis siue immortalitatis locum esse veraciter in terra: simul inficiari aliquem esse immortalitatem actum in materia. Nam par est & eadē ratio amborū. Si quis enim omnē actum imortalem a sensibili mundo excipere & eximere voluerit: dicens sensibilem mundū aut materiale vasculum: idignū esse domiciliū imortalis actus ad diuinā imaginē procreati: q͂ satius sit omnem actum imortalem: naturalem in supcoelestibus thalamis habere mansionē: hic simul a terra & a sensibili mundo omnē voluptatis paradisum & imortalitatis locum excludit. Qui autē nouerit & sensibilis mundi ambitū & materię gremiū / haud indigna esse conceptacula alicuius actus imortalis / vt humani animi: is pari ratiōe & in sensibili mundo & in materia siue i terra aliquē esse imortalitatis locū agnoscet: tanq̄ naturalem praestantissimi coniunctorum actuum mansionem.

Pręcipuam de voluntatis paradiso cōiecturam: esse humano ex animo materię addicto depromendam. 68

Quis cōplura sint indicia p quae de substantia et veritate paradisi voluptatis certiores efficiamur: id tamen nobis praecipue ea ratio psuadet: quę ex natura humani itellectus materiae alligati pendet. Nam cum human⁹ anim⁹

natura imortalis fit: propter eum & materia donata est imortalitate, vtpote qui et oritur i materia: & perpetim natus est in materia residere. Et siue felix animus / siue infelix erit: siue steterit in bono / siue a suo bono exciderit: nat⁹ est tamen in materia sola / aut felix / aut infelix esse. Aut enim particeps scelerum aut viciorũ materia: vna cum anima torquenda est: aut cooperatrix in bono / & bonorum operum particeps: est & consors totius felicitatis animi eua sura. Nam vnicuiq; actui: in ꝓpria natura: aut felicitas aut infelicitas obueniet. Actus enĩ separatus: aut felix aut ĩfelix erit extra materiã. Actus vero cõiunctus: felix aut infelix in materia. Non autem separatus felix aut ĩfelix erit in materiã. Neq; coniunctus extra materiam: aut felicitate pfruet aut infelix torquebitur.

66 Eos parum recte sentire: qui vel humanas animas beatiores absq; corporib⁹ q̄ in corpore futuras esse dixerunt: vel dęmones in leuissimis vt aereis corporibus cruciandos esse voluerunt.

Ex praecedente manifestum est non recte sentire eos: qui vel hũanas animas beatiores esse absq; corporibus q̄ in corpore arbitrãtur: aut qui eos angelos qui exciderũt: ĩ leuissimis quibusdã corporib⁹ ex aere formatis ꝑpetuo cruciãdos autumauerẽ. Nã q absq; corpore & peccauerunt & natura subsistunt: absq; corporeo quoq; amictu punient. Et q in carne aut bene aut male egerint: hi pariter & in carne socia: aut bonorum aut malorum operum mercedẽ a iustissima dei lance recipient. Quapropter ex his duplex colligitur paradisus: alia quidẽ separatorũ actuũ. Alia vero cõiunctorũ actuũ eorum duntaxat qui ĩmortales sunt, vt humanorum: propter quos sensibilis mundus creatus est.

67 Omnem naturalem materię hyatum atq; appetitum: in humano actu terminari.

Superiores propositiones esse in terra paradisum voluptatis: ex humani animi analogia confirmarunt. Nam quę ratio humanũ ĩmortalem animũ in materiali vasculo cõcludit: eadem voluptatis paradisum in sensibili mundo & in terra esse probat. Haud enim est aliud human⁹ animus: q̄ deliciae / voluptas / felicitas / finis & perfectio totius materię & sensibilis mũdi. Voluptatis autem paradisus: purissim⁹ pariter est sensibilis mundi locus: in quo foecũditas oĩs terrena cõsummat. quẽadmodũ & oĩs materiei potẽtia in hũano aĩo tanq̄ supmo suo actu cõsummatur: in quo & omnẽ ornatũ quẽ nata est habere: feliciter adepta silet. Nõ enim materia angelicũ expetit actum habere: quem consequi non potest: quiq; natus est extra materiam ꝑmanere. Nã materiei capacitas & potentia ęqua est quaternis actibus: vt substantiuo / vitali / sensitiuo / & rationali. quorũ supremũ idest humanũ vbi nãsciscitur: in eo proprium terminat hyatum: nihil eminentius / nihil sublimius / aut deo similius: possidere nata.

Ex terreni orbis in quatuor regiões dispartitiõe: posse voluptatis paradisum rationabiliter inuestigari. 68

Sicut vniuersam materiei potentiam & capacitatem partimur in actus quatuor: substãtiuum / vitalem / sensitiuũ / & rationalem: ita & terrenum orbem qui materiae simillim⁹ est (nã nihil aeque vt terra: simile ẽ materiei) quisquis in gradus & regiones quatuor secuerit: haud erit longe ab inuestigatione paradisi voluptatis. Eteni materia aliter se praestat vt substantiui actus domicilium: aliter vt vitalis formae gremiũ: aliter vt sensitiui actus vterũ: aliter demũ vt rationalis animę corpusculũ. Et qui terrenũ orbem diduxerit in regiones quattuor: dicens aliam terrae portionẽ / aptam esse generationi & conseruationi mineraliũ: aliam quae est vt vegetabiliũ regio: aliam mutis animantibus aptam: supremã deniq; omniũq; potissimam & generationi & ĩmortalitati hominum esse a deo praeparatam: hic ab imo mũdi inchoans loco: vsq; in paradisum conuehetur. Sicut enim merito speciosissima est & immortalitatis particeps ea pars materiei / quę huma

no actui ſubeſt: & ex qua illius corpuſculũ con
flatur: ita & ea regio quam ſelegit præparauit
ꝙ deus ſub coelo/vt hominum fieret habita-
tio: cęteras omnes mundi plagas cũctaſve ter-
reni orbis portiones: & pulchritudine & amoe
nitate/puritate & qualitatum temperamento
& immortalitatis proprietate tranſcendit.

72 In paradiſo voluptatis puriſſima eſſe
elementa: ab omni humani corporis
corruptione aliena.

Cum vt plurimum diſproportio qualita-
tum humani corporis/ex ea oriatur lite & con
trarietate quæ eſt in elementis maioris mũdi:
manifeſtum eſt ad immortalitatem & perpe-
tuam ſalutẽ humani corpuſculi: oportere eo
modo in paradiſo præparata eſſe maioris mũ-
di elementa: vt abſqꝫ pugna perſeuerent: nul-
lamqꝫ diſproportionem & ęgrimoniam/in hu
manum corpus inſtillent. Pax enim & concor
dia elementorum maioris mũdi: pax eſt & har
monia quatuor qualitatũ humani corpuſcu-
li. Et ex oppoſito ſoluta elementorum maioris
mundi harmonia: humani quoqꝫ corporis pa
cem/vnitatem/ſanitatẽ/ & quatuor qualita-
tum harmoniam diſſoluit.

73 Præter paradiſum: nullam eſſe ſenſibi-
lis mũdi regionem: humano corpuſcu
lo parẽ & ex toto ſalubrem.

Ex contemplatione & animaduerſione hu
manæ totius ſubſtantię: quę ex immortali ani
mo & ſpecioſiſſimo corpore conſurgit: tibi ꝑ-
ſuade eẽ aliquã ſenſibilis mundi regionem: in
qua par eſt maior mundus minori mundo. Et
in qua pax & puritas quatuor elementorum/
adæquata eſt humanæ complexioni: nul-
lam illi diſproportionem & ęgrimoniam infer
re nata: ſed ad illius immortalitatem & perpe
tuam ſalutem præparata. Nullum etenim eſt
vt diximus propius iudicium quod de ſubſtã
tia paradiſi voluptatis nos certiores efficiat:
humano & animo & corpore. quorum naturã
quiſquis adamuſſim trutinabitur: amborum
ſalutem & immortalitatem in quarta totius
ſenſibilis mũdi regione (quæ eſt paradiſus vo
luptatis & vera in terris hominum mãſio) cõ
ſtituet. Etenim ima ſenſibilis mundi pars: eſt
vt immeralium regio: ſecunda plãtarum: ter
tia mutorum aiantium: quarta vero (omniũ
puriſſima & coelo ꝙ̃ maxime vicina) ſpecialis
ac propria hominum manſio eſt. Et ꝙ̃uis ĩ qua
libet mundi regione/ſint quælibet entia: quẽ-
admodum & in quolibet elemẽto quælibet ele
menta (nam in quolibet quodlibet eſt) a præ-
dominanti tamen immortalitate/puritate/pa
ce/ & indiſſolubili elemẽtorum harmonia: hu
manam regionem veſtigamus/paradiſi nomi
ne a ſacris eloquiis honoratam.


Deum haud ab re ſtatim ab initio mũ- 74
di: humanum genus redimerę noluiſſe
ſed dũtaxat aut in mediis aut in nouiſ
ſimis temporibus.

Huius propoſitionis ratio eſt ex his euãge
licis verbis depromenda. Domine nõne bonũ
ſemen miſiſti in agro: & vnde ergo habet ziza
nia? Qui reſpondit. Inimicus homo hoc fecit.
Et rurſum illi. Vis imus & colligimꝰ ea. Et il-
le. Nõ: ne forte colligẽtes zizania eradicetis ſi-
mul & triticum: ſed ſinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ
ad meſſem. Et in tempore meſſis dicam meſſó
ribus. Colligite primum zizania & alligate ea
in faſciculos ad comburendum. Triticũ autẽ
cõgregare in horreũ meũ. Propter enim tres
cauſas noluit deꝰ ſtatim ab initio deſtruere pec
catũ: & humanũ redimere genꝰ. Prima cauſa
eſt vt lõganimitas & patiẽtia dei ꝓbaret: qui
ſolẽ ſuũ ſup dignos & ĩdignos/ſuper bonos &
malos facit exoriri. Secũda vt etiã probaretur
patientia & virtꝰ electoꝝ iuſtorũqꝫ eius: qui in
ter malos & impios conuerſati: malo nequaꝙ̃
conſenſere: ſed angelicã quoad potuere vitam
imitãtes: in oĩ libertate maloꝝ oĩm perſeuera
uerũt innoxii. Tertia: vt vis/effectꝰ/fructuſqꝫ
peccati aliquãdiu appareret. Seminatũ eſt eñ
vt ait Eſdras germẽ ſeminis mali ĩ corde Adã
ab initio. Et quãtũ malũ incipiet facere quoad
vſqꝫ veniat area? Noluit igitur deus diſperde
re & euellere peccatũ: cũ adhuc eſſet in ſemine
priuſꝙ̃ ĩ deteriꝰ ꝓfeciſſet & operatũ eẽt oẽm ne
qtiã: ſed patiẽter expectauit: quoad ſemẽ pecca

ti imissū a diabolo in corde Adā: in excelsam arborē excreuisset: vt deinceps in iudicio & iustitia: peccatum ipsum a deo succideretur.

76 Deum haud eodem modo vt creatorē mundi: & vt incarnatum esse accipiendum.

Nam deus vt coniunctus & totus in numero trium personarum/creator est vniuersi. At vero nequaq̄ vt coniūctus & totus: nostrę humanitati adhęsit: sed dūtaxat secundum vnā suarum personarum: vt secundum eam quam prius officio extremam: & ordine mediā esse docuimus: & quæ vulgatissimis nominib⁹ filius/dyas/verbum/lux/splendor/imago & sapientia patris appellatur. Sit enim diuinæ trinitatis ysopleurus: quo in superioribus libris vsi sum⁹: A B C. in quo A patrem B filium C vero spiritum sanctum exprimat. Sit & alius ysopleurus creaturarum E F G: in quo trium potissimarum creaturarum genera concludo. per punctum E intelligens angelicum genus: per F humanā speciē: per G vero omnes sensibiles creaturas. q̄ aliquo pacto (nā creationis ordine) mediæ sunt inter angelicū & humanum gen⁹. Dico quoniam hęc tria A B C vt vnus substantialis deus & vt vnius volūtatis: vniuersum creauere: non tamen p̄ vniuersi salute/humanam carnem suscepere: sed dūtaxat persona B/puncto F: id est nostræ humanitati clementer adhęsit: & eam quæ p̄ peccatum a tota trinitate & ab indiuidua deitate erat separata: iterum toti diuinitati conciliauit.



77 Nec totam trinitatem incarnatā esse: nec propter omnem creaturam: incarnationem esse factam.

In figura præcedentis: triangulus E F G excidit quidem a pace & vnitate trianguli A B C: non tamen totus. Nam circulus E qui angelicum genus comprehendit: non totus immutatus est a bono/sed duntaxat partim decidit & euacuatus est: partim vero non excidit: sed plenus remansit: propter eos angelos qui non peccauere. Opus igitur non fuit vt deus in circulum E descenderet: vtve naturā angelicam sibi insereret redemptionis eorum angelorum gratia qui exciderāt. Id enim necessarium forte extitisset: si tot⁹ circulus E excidisset & euacuatus fuisset. At vero circulus F qui totā humanam speciem claudit: ob primi sui parentis noxam/totus a deo excidebat. quandoquidem protoplastorum transgressio: cūctis deinceps eorum filiis inhęrebat. Et quia circulus G (q est vt omnis sensibilis creatura) fact⁹ est a deo propter F/hoc est propter hominem: circulus quoq̧ G cum suo fine id est cum circulo F totus periclitabatur atq̧ interibat. Tolle eñ hominum genus: mox & coeli & omnis sensibilis creatura manet ociosa: non habens cui famuletur: aut propter quē facta sit a deo. Fuit igitur necesse redimere F: illudq̧ iterum diuinæ paci conciliari. Hęc autem redemptio facta est per descensum solius B in F. quam vocam⁹ incarnationem: id est nostræ humanitatis a verbo dei assumptionem. Non est igitur tota trinitas incarnata: nec etiam ob omnem creaturam incarnatio a deo profecta.


Incarnationem siue humani generis salutē debuisse ab alio proficisci atq̧ exoriri. 78

Nam F/humanum scilicet genus: a seipso redimi nō potuit. Quod enim diuersum erat: rursum quo pacto a seipso e tenebris peccati emersisset? quod exciderat: quomodo sese erexisset? quod deniq̧ mortuum erat: & a deo separatum: quibus mediis per seipsum aut deo vniri aut reuiuiscere potuisset? Non enim potuit ascendere F per seipsum in B: sed magis licuit ipsi B descendere in circulum F/& habitare in F: redemptionis/sublimationis/& cōciliationis/ac diuinæ insitionis gratia. Descendit igitur solum B in F: & habitauit in F: & redemit F: inserens illud cōcilians q̧ toti trinitati. Tres enim personæ A B C creauerunt quidē

F:ſed nequaq̄ tres perſonaliter habitauerunt in F:illiuſq̧ ſubſtātiam ſibi inſeruere. Et tamē B deſcendens & habitans in F:non eſt ſeparatum a cæteris perſonis A & C: nec auulſum a diuina tota ſubſtantia. Nec rurſum permixtū eſt aut confuſum cū natura & ſubſtātia ipſius F. ſed coniunctum eſt illi ſine diuiſiōe a diuinitate:& ſine vlla confuſione cum humanitate.

79 Quodlibet dei: creaſſe quodlibet creaturæ:ſed nō qđlibet redemiſſe quodlibet:ſeu quodlibet cuilibet perſonaliter adhæſiſſe.

Hæc concidit cum antepræcedente differens tantum verbis ab ea. Intelligimus autem per quodlibet dei / quālibet diuinam perſonā.



Cadens partim Cadens totū

Quodlibet ergo trium A B C: creauit quidē quodlibet E F G:ſed non quodlibet eorum:perſonaliter adhæſit cuilibet iſtorum. Etenim ſolum B deſcendit in F:eſtq̧ linea ſola B F:ipſi⁹ incarnationis index. Primū peccatum ſcaturiit in circulo E:& quotquot eadem trāſgreſſio ab circulo ipſius E exturbauit: hi nunq̄ in ſuum circulum & ordinem redierunt. Deinde ab ipſo E in F peccatum proceſſit:adhęſitq̧ fonti totius F:id eſt primo parēti humanę ſpeciei:maculans atq̧ inficiens omnia ipſius F ſingularia:niſi diuina clemētia opem tuliſſet: ſaluans in F nonnihil innoxium:& a peccati macula liberum:pro cæterorum redemptione & ſalute.


Cuncta ſenſibilia cum propter hominem ſint facta:vna cum ipſis cœlis: in humano peccato claudi. 80

Totus humanus circulus F euacuabatur per peccatum. Excidebant enim a ſuo domicilio & naturali circulo:omnes qui in F reſidere nati ſunt. Circulus autem G q̄q̄ non peccauerit(quippe qui ſenſum peccati non habet)q̄a tamen non propter ſe/ſed propter circulum F a deo factus eſt:ideo vna cū circulo F tanq̄ ſuperfluum & ſine priuatum ſecundum accidēs interibat. Dico enim ſecundum accidēs: quia non ex cauſa peccati proprii ſed alienæ tranſgreſſionis cauſa. quādoquidem ſublato homine oporteat & omnia quæ ipſius ſunt e medio auferri. Nam abſq̧ homine cuncta ſenſibilia & cœlites ipſi orbes ſuperflua/caſſa/& ocioſa manent:tanq̄ proprio fine orbata. Creauit igitur vt diximus triangulus A B C totus/triangulum E F G totum. Verum non totus totū redemit:ſed duntaxat punctum / punctum: vt B redemit F:inſerens ſibi naturam & ſubſtantiam ipſius F. Nulla enim fuit neceſſitas redimendi circulum E:cuius entia non vniuerſa exciderant. Fuit autem neceſſe redimere circulum F:in cuius omnia ſingularia/ipſa peccati labes tanq̄ a patre in filios ſerpebat:oēſq̧ maculabat & a diuina pace ſecludebat. Circulus vero G qui nec toto nec parte diuiſus eſt a deo(niſi ſecundum accidens per hominis peccatum in quo concluditur)diuinitatem non habuit/redemptionis ſuæ cauſa intra ſe habitantē. Nā redemptio hūani circuli vt pūcti F: etiam ſtatum perſeuerantiam & inſtaurationem rerum viſibilium vt cœlorum & elemētorum claudit. Peccauit ergo E & non eſt redemptum E. Peccauit F & redemptum eſt F. Non peccauit G: & tamen redemptum eſt G:nō per

fe:fed in redemptione & falute circuli F.

81 Haud ab re filiũ: potiusq̃ patrem aut spiritum sanctum: integerrimam nostræ humanitatis substantiam accepisse.

Hæc propositio causam recenset cur poti⁹ verbum dei:q̃ alia vlla diuinarum personarũ sit pro nostra salute incarnatum. Nam in proportione triangulorum A B C & E F G: punctum F pũcto B supponitur: illiq; vi analogiæ respondet. Sicut enim angelicum genus patri confertur: ita & humana species filio & sensibiles creaturæ spiritui sancto comparantur. Pater enim & fili⁹ officio extremæ personę sunt: spiritus autem officio media persona. Angelicus quoq; intellectus & hũanus extremę sunt creaturæ: & gemina vniuersorum luminaria magna circa deũ collocata. Sensibiles vero substantiæ: in vtriusq; lampadis & intelligentiæ medio exortę sunt. Satius igitur fuit humanã speciem in incarnatione filii sibi in analogia & & proportione respondẽtis redimi & saluari: q̃ sub incarnatione patris aut spiritus sancti. Hoc enim pacto secũdum creaturarum extremum: ab secundo diuinæ totius substantię extremo redemptum est & salutem consequutũ Quapropter linea B F index est nostrę salutis vt per quam & B deiecit seipsum vsq; in F: & remeans in propria id est in circulum B: secũ ipsius F substãtiã euexit. Eadẽ enim est via qua & B descendit in F & qua F translatum est in B: sine confusione vtriusq;. Vnde fit vt dyas diuina: dyadẽ creaturarum: eam sibi inserendo redemerit. Nam dyas in diuinis filius est: monas vero pater: trias autem spiritus sanctus. Monas autem in creaturis est angelicum genus: quod primitus & ante omnia emersit. Dyas vero creaturarum: humana species: secunda dei imago. Tryas vero sensibiles substantiæ. Est igitur perq̃ rationabile creaturarum dyadem hoc est humanam speciem: diuinæ dyadis potiusq̃ monadis aut triadis incarnatione fuisse redemptam.



Eam diuinam personã merito pro nobis incarnatã fuisse: cuius numerus id est dyas numero peccati consonus est. 82

Hæc propositio aliam quandam causam affert: quæ filio potiusq̃ patri aut spiritui sancto ipsi⁹ incarnationis proprietatem ascribit. Nã dei incarnatio: facta est dũtaxat humanæ conciliationis gratia. vt queãdmodum per peccatum humana species diuidebatur a deo: ita & per incarnationem sublato peccato: eadem species in sui rediret gratiam creatoris. Si igitur omne peccatum lis est & diuisio ac dissociatio aliquorum: manifestum est omne peccatũ oriri in ratione ac numero dyadis: & numerum peccati esse numerum dyadis. Nempe diuisio dyas quędam est: cum sit duorum admin⁹ dissidẽtium multitudo. Est & dyadis appellatio paterni splendoris: qui secundo loco a patre inter diuinas personas numeratur: & nihilo secius constat dyadem esse peccati numerũ: sicuti & diuisionis atq; discordiæ. Ea igitur diuinarum personarum nimirum ab humana specie peccatum sustulit: cuius numerus peccati numero consonus est. Dyas enim sustulit destruxitq; dyadem: id est dei filius hominũ peccato attulit medelam. Est enim dyas q̃q̃ æquiuoce: & dei filius & peccatum. Dei quidem filius vt secũda persona: peccatum vero vt creaturarum a deo diuisio ac dissociatio. Diuina dyas destruxit creaturarum dyadem id est litem / diuisionẽ / & discordiam earum a deo: restituẽs naturalem earum pacem amorem vnitatem & concordiam cum deo.

Per filium incarnatum nostræq; humanitati adhęrẽtem: probatus est omnis interior & consubstantialis dei partus: nequaq̃ a paterna pace & vnitate posse separari. 83

Missus est filius dei in mundum: vt id demum probaretur an scilicet euenire posset in

interiore dei operatione:quod in exteriore cõtigisse videmus.vt ve sicut diuinæ exterioris operatiõis partus vt angelus & homo ab suo fonte deo per peccatum diuisi sunt: ita & possent eo modo fœtuatæ:diuinæ interioris operationis filius & spiritus:ab suo fonte id est a patre vlla lite separari ac dissociari. Angelus eñi & homo per amorem materialium rerum: suũ principium illico ignorauere/suntq; ab illo penit⁹ diuisi. Vt autem probaretur an etiam infirma & solubilis esset per materialium rerum adhæsionem diuina ĩterna operatio: oportuit in terras filium dei mitti:& sub carnis amictu in mundo conuersari: manducare insuper ac progredi nobiscum: omniumq; humanarum operationum fieri participem: tentari demũ ab eo spiritu erroris: qui in paradiso primum humanæ speciei patentem seduxerat.vt pomnia elucesceret: q̃ firmus q̃ stabilis & indissolubilis esset nodus diuinorum interiorum ptuũ cum suo fonte:id est cum persona patris quæ fontana deitas est.Si enim per materialiũ carnaliumve rerum præsentiam/si item a suggestione diaboli euicta fuisset constantia filii:tan q̃ quæ a patre dissentiens carnalibus rebus assensum præbuisset:tum etiam & spiritus qui a filio nonnihil accipit:a fontana deitate dissensisset:fuissetq; diuina tota ĩterior pax in discordiam soluta:quod fieri non potuit, quandoquidem diuinæ tres personæ & vnitate substãtiæ & vnanimitate volũtatis siue assensionum paritate:sibiinuicem annectuntur. Sicut igitur diuia exterior operatio probata est ex toto esse infirma & liti ac diuisioni a suo fonte id est a deo obnoxia:ita & interna eiusdem actio p materialium rerum adhęsionẽ probata quidẽ est: sed a suo fonte & a patre inuenta est diffidere non posse.Adhærens enim primus dei partus vt filius/materiali: corpusculo:& in mũdo nobiscum cõuersatus:patri per omnia obediuit: nihil scelestum aut reprehensione dignũ agẽs. Nihil item ex nobis aut a mundo aut a diabolica suggestione contraxit:quod integerrimæ ipsi⁹ aut diuinitati aut humanitati maculam inferre potuerit.Oportuit igitur potius filiũ mitti q̃ spiritũ sanctũ:vt oĩs diuin⁹ ĩterior partus probaretur esse firmus & a patre abiungi non posse.


Primam personam testamenti & fœderis quod iniit de⁹ cum humana specie: regenerationis illius causa designare. 84

Primam diuini pacti & fœderis personam: sacra eloquia Abraam fuisse testantur:qui repromissiones accepit futurarum benedictionum/vt in semine eius benedicerentur omnes gentes. Hic enim inuisibili verbo dei ad se facto:mox absq; signis/absq; rationum euidẽtia credulas aures adhibuit:inuentusq; fidelis:iudicatus est dignus qui diuinas sponsiones acciperet:& e cuius semine humanæ regenerationis author Christus IESVS secundum carnẽ nasceretur. Ab Abraam igitur quẽ non signa non humanæ sapientiæ argumenta: sed simplex diuini verbi audit⁹ fidesq; instruxit & iustificauit:totius nostræ regenerationis ac diuinæ in nobis habitationis & nobiscũ conuersatiõis sumim⁹ exordium. Etẽñ Noe vir qdẽ iustus fuit coram domino:& a deo fœdus accepit ĩ signo iridis nequaq̃ ampli⁹ diluuii aquas in orbẽ terrarũ inducẽdas eẽ.Hic tñ ipsi⁹ regeneratiõis testamẽtũ diuinarũq; benedictionũ spõsiones antecessit. Abrahã igiẽ pater est diuini testamẽti:primusq; q iustificat⁹ ex auditu verbi/diuĩas spõsiões ĩ posteros ꝓpagauit.

Hos tres sensus auditum:visum:tactũ sub tribus personis Abraã, Mose Christo omne dei testamentum complecti. 85

Diuini totius testamenti seriem in tribus viris Abraam Mose & Christo definimus.statuentes ipsius testamẽti primordia in Abraã: media ĩ Mose:nouissima in Christo. Sicut eñi apparuit deus in primis Abraæ per auditum: ita & postea Mosi per visum reuelari voluit. Christo vero postremo per tactum & realẽ cõiunctionem manifestatus est.Sedit deus in auditu Abraæ:in oculis Moysi:& in manibus sicuẽ ĩ tactu & corpore Christi.Emin⁹ ab Abraã deus cognit⁹ est.Mediocriter a Moyse.Cominus a Christo. Dei ab Abraam distantia/erat q̃ maxima. A Mose media. A Christo minima

aut nulla. Cœpit diuina incarnatio (q̃ dei ĩ no
stra humanitate habitatio) in Abrahã: pfecta
est per Moysem: consummata est in Christo.
Aberat em̃ de⁹ summe ab hũanitate ĩ Abrahã.
Propior illi aderat in Moyse, cui ꝓximus & cõ
iunctus euasit in Christo. Quapropter hi q̃dẽ
tres viri Abrahã Moyses & Christus sumpt⁹
secũdũ humanitatẽ: ad diuinum statũ se hñt
quẽadmodum & hi tres sensus: auditus visus
tactus. Nam auditus & si cunctorum sensuũ
præstantissimus sit & cæteris in humano cor
pore sublimior: omnium tamen incertissimus
& lõgissim⁹ est. Visus vero inferior est & igno
bilior auditu: illo tñ certior & solidior. Tact⁹
autẽ & ipse auditu ac visu inferior est & igno
bilior: imo vero cunctorum abiectissimus. In
hoc tamen q̃ in cæteris: maior & solidior repe
ritur certitudo. Auditus em̃ & visus: eminus
sua obiecta percipiunt: tactus autem cominus
& rei tangibili attiguus illam apprehendit at
q; contrectat. Sicut igitur audiuit Abraã deũ
ad se e cœlis loquentem: ita & Moyses eũdem
in monte Syna vidit sibi facie ad faciem oculo
ad oculũ ap
parẽtẽ. Chri
stus vero illũ
in terris teti
git: apprehẽ
dit contrecta
uit. Diuina
igitur incar
natio quẽad
modũ incho
ata est in au
ditu Abrahę
ita & pfecit ĩ
visione Moy
si & consum
mata est atq; perfecta in tactu Christi. Cœpit
diuina incarnatio ab altissimo & incertissimo
sensu: vt ab auditu. Profecta est p mediũ & cer
tiorem sensum vt per visum. Cõsummata est
deniq; in sensu humillimo sed omnium certis
simo.



Conciliatio.

36 Harũ duarũ ꝓpositionũ deus est hõ &
homo de⁹ est: differentiam aperire.

Expressit ꝑcedens diuinã incarnationẽ quẽ
dam esse diuinũ ad nos accessum: qui cœptus
emin⁹ ab auditu Abrahę/per visum Moysi ꝓ
fecit: & cõsummat⁹ est demũ in manib⁹ siue in
tactu Christi. Principiũ nẽpe diuinę toti⁹ appa
ritionis fuit in Abrahã: mediũ in Moyse: finis
in Christo. Pręsens vero duas ꝓpositiones quę
in ipsa diuini verbi incarnatione suã recipiũt
veritatẽ/adinuicẽ cõfert: has inquã/deus ẽ ho
mo: & hõ de⁹ est. Differũt em̃ ambę quẽadmo
dũ descensus & ascensus: seu sicut diuini ver
bi humilitas & hominis sublimitas. Nã diuĩa
incarnatio eadẽ est & diuina q̃dam humilitas:
& toti⁹ nostrę hũanitatis sublimitas. Etenim si
cut p incarnationẽ de⁹ effect⁹ est homo: ita &
homo euasit in deum. Quapropter cõuersim
(absq; tamen vtriusq; naturę cõfusione) post
incarnationẽ verbi dei: & hõ de deo & de hoĩe
deus enũciant hoc pacto. De⁹ est homo. & rur
sum. Hõ de⁹ est. Cæterũ hęc ꝓpositio deus est
homo/ratione prior est: tanq̃ diuinę humilita
tis enũciatrix. Hęc vero hõ est de⁹: est ratione
posterior, velut toti⁹ humanę sublimitatis &
exaltationis buccinatrix. Etenim via eadẽ &
deus descendit vsq; ad nos: & vsq; in seipsum
nostram euexit humilitatẽ. Et per eandẽ Chri
sti personam: vtraq; prædictarum propositio
num/deus est homo & homo deus est: suã to
tam recipit veritatem.



87 Diuinam apparitionem hominib9 triniter inotuiſſe. Ante legẽ: in ſenſu ſimplici: vt in auditu ſolo. In legiſlatione: ſub duplici ſenſu: vt in auditu & viſu. Poſt legem vero in triplici ſenſu: vt in auditu: viſu: tactu.

Hæc propoſitio pulchre tempora ipſa ante legem / in lege / & poſt legem: triniter ex varia dei apparitione diſpartitur. ſub trium ſenſuũ auditus / viſus / & tactus proprietatibus: quib⁹ de diuinitate pro modulo noſtro certi efficimur: & ad illius ſublimitatem euehimur. Ante legem fuere patriarchę: Abraham / Iſaac / Iacob. qui diuinas quidem voces: deo ad ipſos e coelis loquẽte exaudierunt: neq; nubem ĩ qua habitaret deus cernentes: neq; corpus (diuinitatis habitaculum) palpantes. Nõdum enim deus noſtræ ſalutis gratia: ſibiipſi aut viſibilẽ nubem / aut palpabile corpus circundederat. Quamobrem necdum viſibilis nec palpabilis erat: ſed audibilis tantum: vt qui ſolo amictu & pallio coeli tectus: ſanctis patribus / futuras repromiſſiones vocum medio per aures inferebat. Apparuit autem Moyſi in ipſo legiſlationis tempore: per auditum & viſum. vt qui nõ de longe / nec velut e ſimplici coelo: ſed in nubis colũna / Moyſem alloquutus: ſeſe & audibilem & viſibilẽ pſtabat. Apparuit autẽ Chriſto poſt legẽ in triplici ſenſu: auditu ſcilicet viſu & tactu. dũ nõ in ſimplici coelo / neq; in nube: ſed ĩ corpore habitãs: cũ hoĩbus ĩ terris cõuerſatus eſt: effect⁹ audibilis / viſibilis / palpabilis.

88 E tribus ſenſibus quib9 deus hominibus appere voluit: auditu: viſu: tactu: potiſſimum: incertiſſimum eſſe: & abiectiſſimum: certiſſimum.

Nã potiſſimus omniũ ſenſuum eſt audit⁹: medi⁹ viſus: abiectiſſimus vero tactus. Atqui certior eſt auditu / viſus: & oculatus teſtis aurito teſte certior ac fidelior. oĩm vero certiſſimus eſt tactus: qui cominus & attiguus: ſibi obiecta & pręſentata diiudicat. E tribus igitur ſenſib⁹ auditu viſu tactu quib⁹ deus hũano generi reuelari & in hominibus habitare voluit: potiſſimus auditus / incertiſſimus eſt: abiectiſſimus vero tactus / certiſſimus.

Humani generis ſalutem ſiue diuinam incarnationem: inchoatam eſſe ab auditu: profectam per viſum: ac terminatam in tactu. 89

Nã apparere coepit deus Abrahæ / per auditũ: Moyſi p viſũ: Chriſto per tactũ & p realẽ in hũano corpore habitationẽ. Si eñ diuina ĩcarnatio eſt quidã diuin⁹ in hoĩes deſcẽſus: oportuit vtiq; hũc deſcẽſum / a ſublimiore ſenſu vt ab auditu inchoari: ac proficiſci p ſenſum mediũ: id eſt p viſum: terminari vero ĩ ſenſu extremo & abiectiſſimo: ſed oĩm certiſſimo vt in tactu. per quẽ & deus effect⁹ eſt homo: & homo deus effectus. & deus in hominem deſcẽdit: & homo aſcendit in deum.

Deum & hominem velut quædam cõcilianda adinuicem extrema: per auditum fuiſſe abinuicẽ ſemotiſſima: hunc quidem in terra illum vero in coelo. 90

De⁹ & hõ ante Chriſti natiuitatẽ & legẽ: erãt vt q̃dã extrema inter ſe cõcilianda & ſibi mutuo inſerẽda. q̃ per ſimplicẽ auditũ: erant abinuicẽ ſepata ac ſemotiſſima. Deus eñ vt loquens in Abraã / vt ſolũ audibilis & nõdũ viſibilis ac tãgibilis: adhuc ĩ coelo manebat & nec dũ ſub coelos penetrarat: vt in nube vel ĩ terra p realis corporis aſſumptionẽ habitaret. Nec dũ etiã hoĩem in montẽ Synã vel in coelos ſubuexerat: vt diuino cõſortio & vnitate frueretur. Sunt igit in ſimplici auditu: de⁹ & homo velut extrema coelũ & terra abinuicẽ ſeparata vt pſẽs figura oſtẽdit: ĩ q̃ de⁹ in coelo: Abraã vero ĩ terra viſũt: audiẽte Abraã deũ de coelo ad ſe loquẽtẽ: futuraſq; bñdictiões repromittẽtẽ.

Deum per viſibilem apparitionem in medium deſcendiſſe vt in nubes ſiue in montem Synam. 91

Sicut pcedens primũ hũanæ ſalutis gradũ edocuit: ita & pſens ſecũdũ oſtẽdit in quo de⁹ & homo ſunt velut ſibiinuicẽ ppinquãtia extrema. Penetrans eñ p legiſlationẽ de⁹ ſub coelos: in nubibus habitauit. Deſcẽdẽſq; e primo

& altiſſimo gradu ſui in ſecundum: vt e cœlo in montem Synam: hoībus in nube apparens legem dedit. Sicut em̄ cœli altiores nubibus ſunt: & ab hoib⁹ ſemotiores: ita & de⁹ in Abraham ſemotior erat ab humano genere: id ē ab ſui incarnatione: q̄ in Moyſe: tanq̄ q ad Abraham de longe & e cœlo loquebat: ad Moyſem vero de nubibus & e monte Syna.

92 **Deū per ſup̄mam & palpabilē ſui apparitionē: in tertiū gradū id eſt vſq; in terram deſcēdiſſe: noſtræq; humanitati p Chriſtum perſonaliter adhæſiſſe.**

Ante p̄cedens ꝓpoſitio deū e cęleſti ſede ad Abrahā loquētē deſcripſit, quæ eſt prima dei apparitio / facta per auditū; pręcedens vero eū dē e nubibus ſiue e mōte Syna / viſibiliter Moyſi apparētē depinxit, quæ eſt ſecūda dei apparitio: cōſummata in duplici ſenſu; id eſt in auditu & viſu. Præſens aūt ꝓpoſitio tertiā ſup̄mā q; dei apparitionē ꝓſequit, per quā demū deus e cœlo p nubes in terrā deſcēdit: noſtręq; hūanitati / in perſona Chriſti veraciter adhæſit. Et hęc poſtrema dei inſinuatio: cōſummata eſt in triplici ſēſu: id eſt ī auditu / viſu / & tactu. quā doquidem vis certiſſimi ſenſus: vim incertiorū ſenſuū cōprehendit. & cuicūq; deus ſeſe p tactum ꝓdit: eidē ſeſe p viſum & auditū īſinuet at nō e diuerſo. Quāobrē diuina omnis apparitio cœpta eſt ī Abrahā: ꝑfecta p Moyſem & cōſummata in Chriſto. inchoata ē in auditu: ꝓgreſſa p viſum / perfecta in tactu.

93 **Ex diuino in hoīem deſcenſu ternis gradibus conſummato: illatā eſſe reciprocam hoīs in deū ſubuectionē trino pariter gradu perfectā & adimpletam.**

Sicut tribus proxime ſuperiorib⁹ ꝓpoſitionibus: intelligis deū e cœlo / p nubes / vſq; ī terrā ꝑfectū / hoībus adhęſiſſe: ita & reciproca latione intellige hoīem trino gradu in deū eſſe ſubuectū: & e terrenis ſedib⁹: per nubes in cœlum eſſe trāſportatum. Nam per primam dei apparitionem & auditum Abrahæ: homo in terra manebat, qui per viſum Moyſi / in nubē ſiue in montem tranſlatus: in ſecundū ſui gradum peruenit. qui demum per tactum Chriſti id eſt p incarnationē verbi dei / in cœlū cōſcendit. Et hāc trinā hoīs in deū ſcāſionē: pinge paribus ſed reciprocis figuris: ſicut in trib⁹ præcedentibus: diuinum deſcenſum: in humanū commutans aſcenſum.

Diuiuū in hoīem deſcēſum: priorē eſſe humana in deū ſubuectione. 94

Nam a deo & non ab homine: ſumitur totius motus initium & cauſa. Si enim deus in terras deſcendere noluiſſet: quis hoīem in cœlū ſubuexiſſet? Non poterat homo per ſeipſum ī cœlū aſcendere: niſi prior deus in terras deſcēdens / illi perſonaliter adhęſiſſet / eumq; in cœlum tranſportaſſet. Quis igitur diuinus in hominem deſcenſus ſit & hominis in deum ſubuectio: hæc tamē ratione & tempore poſterior: ille vero prior: & hæc effectus: ille vero cauſa.

In ſublimi ſui ſenſu hoīem humillimum fuiſſe: qui in abiectiſſimo ſui ſenſu: ſublimis & altiſſimus euaſit. 95

Potiſſimus hominis ſenſus auditus eſt: a quo cœpit prima & incertiſſima dei apparitio: homine per Abraham adhuc in terra manente. Medius ſenſus eſt viſus: in quo per Moyſem conſummata ſecunda dei apparitio: hominem e terra / vſq; in nubes euexit. Imus vero & abiectiſſimus hominis ſenſus eſt tactus: qui ſupremam dei terminans apparitionē: humanam ſubſtantiam in cœlum ſub Chriſti ꝑſona tranſportauit. Fuit igitur homo in ſublimi ſui ſenſu humilis: & in abiectiſſimo ſublimis. in potiſſimo imperfectus & ſeparat⁹ a deo & in abiectiſſimo ꝑfectus / diuinæq; ſubſtantię perſonaliter coniunctus.

Deū: Abrahæ duplici velo: vt cœlo & nube tectum apparuiſſe. 96

Prima dei ad Abraham apparitio: ex parte eius cui innotuit: facta eſt in ſimplici quidem ſenſu: vt in auditu. Ex parte vero obiecti apparentis id eſt dei: facta eſt in triplici orbe. ſcilicet in orbe & ſphęra diuini illuceſcentis vultus: & in orbib⁹ duplicium velaminū: id eſt cœli

& nubis/diuinum vultum adoperiẽtium. Diuinus enim vultus/nequaq̃ iam nudus aut visibilis vel palpabilis:sed dũtaxat audibilis: duplicique velo vt coelo & nubibus obtect⁹/Abraę illuxit.vt pñsens figura docet:quæ diuino vultui in specie solis radianti:geminos orbes pro duplici velamine circũdat:alium quidẽ coeli/alium vero nubium: per quos in subiectum Abraæ auditum:diuinæ voces traducuntur.

97 Diuinum vultum:Moysi:simplici velamine id est sola nube obductum apparuisse.

Secunda diuina apparitio quæ facta est ad Moysem:vela quidem diuini vultus minuit: sed sensuum potẽtias auget. Facta enim est in simplici nubis velo:sed in duplici sensu id est in auditu ac visu. Quãobrem iuxta imitationem figuræ præcedentis: pingo circa diuini vultus orbẽ/dũtaxat hemisphæriũ nubiũ:cui subdo auditũ visumque Moysi:tanq̃ quib⁹ sensibus diuinus vultus (nostræ salutis gratia: e primo sui gradu in secundum/id est e coelo in nubes protectus) sese/audibilem & visibilem præbuit. Propior enim (vt humano more loquamur) erat deus humano generi in Moyse: q̃ in Abraam: & vt pluribus sensib⁹ illucescẽs ita & paucioribus velaminibus obtectus.

98 Diuinam apparitionem:Christo absque omni velamine innotuisse:in cuius humanitate:personaliter deus habitauit.

Tertia suprema & potissima dei apparitio cum sit diuini verbi in humanitate Christi vera & psonalis habitatio: haud ab re absque omni velamine dicitur adimpleta. per quam diuinus vultus nõ iam coelo nec nubibus tectus: sed purus nudusque/humanitati reuelatur: & qui primo apparuit in triplici orbe & in simplici sensu: secundo vero in duplici orbe & in sensu pariter gemino ac duplici: tertio in simplici orbe & in sensu triplici insinuatur/id est in auditu visu & tactu. Vt igitur hæc diuina appatirio oculis subiiciatur: pingo diuinũ vultum nudum/simplicibus radiis fulgentem: nec coelo nec nube tectũ. cui suppono sensus Christi: auditũ visum ac tactum: diuino quidem vultu omnem Christi sensum irradiãte: & personaliter in eis habitante: seque & audibilem & visibilem & palpabilem clementer præbente.

99 Diuinæ apparitionis quanto vela minuuntur: tanto sensuum numerus augetur.

Nam diuina apparitio facta est Abrahæ: in triplici orbe & in vnico sensu. Moysi in duplici orbe & in duplici sensu. Christo vero i orbe simplici: & sẽsu trino. Orbis eni diuini vult⁹ audibilis i Abraã: & coelo & nube tegebat: q postea visibilis & audibilis in Moyse: solã nubẽ se obumbrãtẽ habebat. & q postremo in Christo tãgibilis/visibilis/& audibilis: nullo velamie tectus optusque refulsit. Quãto igit diuięapparitionis vela minuuntur: tanto sensuum numerus augetur. Prima enim diuina apparitio est vt tres orbes/sensus vnus: secunda vt duo orbes/sensus duo: tertia velut vnicus orbis sensus terni: vt subiecta descriptio perfacile ostendit.

Deus.	Coelum.	Nubes.	Abraam.	Auditus.			
	Deus.	Nubes.	Moyses.	Visus.	Auditus.		
		Deus.	Christus	Tactus.	Visus.	Auditus.	


TRINA DEI APPARITIO IN AVDITV VISV TACTV.
Diuinus vultus
Auditus Abrahe per nubes & celum.
Visus moysi per nubes,
Tactus
Christi
Christus
Moyses
Mens ſubuectionis huma-
næ ſubſtantiæ in deum trino
gradu conſummatę.
Aaron
Abraham
Isaac.

101 Ab his tribus cœlo:nube:terra:sensim & diuinã humilitatẽ & humanã sublimitatem nobis patefieri ac referari.

Cum sensim sub numero trium graduũ ad nostra vsq̃ humilia progressus sit de⁹: is merito p hęc tria cœlũ nubẽ terrã:tã suã naturã in nos deiecisse/q̃ nostrã in seipsum trãsportasse iudicatur. Deus enim cui naturalis sedes/cęlestis thalamus est:e cœlis per nubes in terram descẽdit. Homo vero cõtra cui naturalis i terra habitatio:e terrarũ ergastulo p nubes/subuehente deo deportatus est in cœlum. Nã de⁹ per Abraã adhuc in cœlis manebat. Per Moysem in columna nubis apparebat. Per Christũ sub carnis amictu:in terris versabat. Sublimis erat deus in Abraam/medi⁹ in Moyse/humillimus in Christo. Audiuit Abraam deũ de cœlis. Quẽ Moyses in nube conspexit. Et quem postremo Christi humanitas in terra cõprehẽdit. Diuina vox exciuit ac iustificauit Abraã. Diuina nubes Mosem edocuit. Diuina persona & substãtia Christũ (secundum humanitatem intellige) perfecit: consummauit: sanctificauit. Sub Abraã humillimus adhuc erat hõ habitãs in terris. Per Mosem fuit homo i nubibus. Qui p Christũ cœlos penetrauit euasitq̃ sublimis. Et cũ certior oĩs sensus incertiorũ virtutẽ cõplectaf: hinc de⁹ qui in simplici auditu appatuit Abraę in visu & auditu reuelat⁹ est Moysi. Christo vero omniquaq̃ hoc est in tactu visu & auditu. Vnicus erat dei sensus in Abraã: duplex in Mose: trinus in Christo. Au

Abraam	Moses	Christ⁹
Auditus	Visus.	Tactus
Vox dei	Nubes	Persona
Cœlum	Nubes	Terra
Aures	Oculi	Manus
Audibilis	Visibilis	Tangibilis
Longissim⁹	Medius	Proximus
Deus	Deus	Deus
Homo	Homo	Homo

dibilis in Abraã erat deus: visibilis in Moyse: tangibilis in Christo. In Abraã: cœlorũ & nubiũ interstitia deum ab humanitate secluserunt. In Moyse sola nubes deũ operuit. In Christo absq̃ oĩ velamine de⁹ palpabilis effectus est: nud⁹ purusq̃ i ipsa Christi hũanitate manẽs.

Diuinã incarnationẽ: haud fuisse diuinæ naturæ in humanam permutationẽ. 102

Dixerũt nõnulli diuinã incarnationẽ fuisse diuinitatis ĩ humanã naturã pmutationẽ. quẽadmodũ cõtingit aerẽ leui frigore in aquã pmutari: aut aquã subtiliante calore in aerem resolui. qua opinatione nihil profecto irrationabilius arbitramur. Nã si permutata est diuinitas in humanitatẽ: nõ potest cũ humanitate permansisse diuinitas. quandoquidẽ permutatio alicuius: eius naturã corrũpat: vt calor corrumpit aquã: eã permutãs in aerem. frigus vero corruptum aerẽ in aquã resoluit. Hæc igitur opinio tanq̃ & quæ diuinitatẽ asserit corruptibilẽ: & quæ inter diuinitatis humanitatisq̃ naturam nonnihil cantrarietatis inducit & quæ demum Christi personã prædicat simplicem esse humanitatem: a cunctis per se exibiletur.

Diuinam quoq̃ incarnationem: haud fuisse diuinitatis cum humanitate confusionem. 103

Alii humanitatẽ diuinitati permixtam: & cum illa esse confusam voluerunt. Hæc vero opinio q̃q̃ non vsqueadeo vt prior sit irrationabilis/sed paulo minus incommoda: est tamẽ falsitati subnixa. Nam lumen quidem lumini confunditur: & aqua vino permiscetur. Non autem eo modo diuinitas adhæsit humanitati: quo lumen lumini cõfunditur: & quo aqua vino immiscetur. Confusio enim pręsertim eorum est: quę sunt similis & eiusdem speciei/vt duorum luminũ. Cõmixtio vero eorum quæ corporalia quidem sunt & liquida: & q̃ sese ad usq̃ naturæ minima partiuntur. At nihil tale inter diuinitatem & humanitatem contingere potuit quandoquidem alterius est naturæ diuinitas/ab humanitate. Haud est igitur diuina incarnatio aut diuini verbi in humanam


naturam/permutatio:aut eiusdē cum humana substantia confusio.

Personam Christi tres naturas diuinā animalē & corporeā:seu duas diuinam & humanam inconfusas & ipermixtas complecti.

Vnica est Christi ꝑsona:quæ geminas substantias immo vero ternas naturas comprehēdit. Nā alia est natura diuinitatis/alia humanitatis. Et rursum in humanitate alia est substantia animę/alia vero corporis. Sicut igiť humana anima nec transmutatur in naturā corporis:nec cum corporea & materiali substantia confunditur:sed illi naturaliter absq; vlla confusione copulať: ita & diuinitas nec in humanitatem permutatur nec confunditur in illa:sed eidem supernaturaliter adhæret. Est eñ discreta anima a corpore: & diuinitas ab hūanitate. Aīa est alterius substātiæ a corpore:nō tñ separata est a corpore:sed naturali vinculo illi adunata. Diuina quoq; natura q̄q̄ alteri⁹ sit substantiæ ab aīa & corpore siue a tota humanitate:ab ea tamē nō dicitur esse separata.


Maiorem esse discretionē triū naturarum diuinæ animalis & corporeę in ꝑsona Christi:q̄ triū personarū in diuina substantia. Et rursum minorem esse earundem naturarum in persona Christi copulam:q̄ trium personarum in diuina tota substantia.

Maior est discretio triū naturarum scilicet diuinitatis aīę & corporis in ꝑsona Christi:q̄ triū ꝑsonaꝝ in diuina substātia. & rursum minor earūdē naturarū in ꝑsona Christi copula q̄ triū ꝑsonaꝝ in diuinę substātię vnitate coincidētia. Nā diuinæ tres ꝑsonę substātialiter inuicē copulanť: & ꝑsonaliter solū abiuicē discernunť. In ꝑsona aūt Christi tres naturę dūtaxat ꝑsonaliter vniūť:substātialiter vero (absq; tñ vlla separatiōe) discernunť. Sūt eñ tres naturæ:diuinitas/aīa/& corp⁹ in Christo:tres qdē substātię sed tñ vnica & indissolubilis ꝑsona. Nō eñ diuinitas forma ē aut aīę aut corporis aut toti⁹ hūanitatis:q̄ est naturalis aīę & corporis cōplexio. Nec rursum alio vinculo diuinitas ē corpori q̄ aīę sociata: sed prsus eodē & pari nodo:tā animę q̄ corpori diuina sapiētia semetipsam alligauit.




Sicut Christi corpus claustrum est aīæ ipsius:ita & tota hūanitas sacrū est & imaculatū templum diuinitatis eiusdē.

In trib⁹ Christi naturis:nullā aut ꝑmutationē aut cōfusionē aut ꝑmixtionē docuimus eē inducēdā:cū in ꝑsona Christi sit corp⁹ ab aīa discretū:sitq; tota hūanitas/cū diuinitate icōfusa:sicut & ꝑsens figura ostēdit:in qua circulus corporis Christi ābit circulū aīę:& circul⁹ aīę circulū diuinitatis eiusdē. Nā sicut corp⁹ tēplū est & domiciliū aīę:ita & tota Christi humanitas/effecta ē verissimū diuinę sapiētię diuiniq; verbi tēplū. Hęc eñ figura ostēdit quomodo ꝑstātiora a minoribus & inferiorib⁹ capiunť: vt aīa a corpore & diuinitas ab hūanitate. Sicut eñ latet in corpore inuisibilis aīa: ita & in Christi hūanitate arcana & inuisibilis diuinitas/sacro amictu contecta latuit: & salutis nostrę gratia in luteo ac terreo corpusculo: tanq̄ in nō manufacto templo habitauit.



107 Sacratissimam Christi personam sub trib⁹ naturis diuina:animali: & corporea explicitā posse bifariam figurari.

Aut enim figurari potest eo modo quo in præcedente:per tres orbes. Cuius intimus sit orbis diuinitatis. Medi⁹ vero orbis animę. Extremus autem sphera corporis. Et hic modus est competētior. Aut figurari potest eo modo



quo inferiora & minus perfecta:indicantur capi & comprehendi a superioribus & pstantioribus. Quod vt fiat:cōuerto priorē figuram ī oppositū:faciēs ipsius diuinitatis circulū oim extremum & maximū:circulū vero animæ velut medium:corporis autem circulū velut minimū/qui a circulis diuinitatis & aīæ ambiat. Prior em̄ figura sensibiliter Christi psonam expressit. Sequens vero eundem intellectualiter adaperit: indicans singularum ipsi⁹ naturarū virtutē amplitudinē & capacitatē. Vtraq tn̄ figura ostendit aut geminas aut ternas Christi naturas:esse inconfusas & abinuicē discretas nō tn̄ separatas. Nam sicut aīa absq cōfusione adunata corpori est : ita & diuinitas toti hūanitati. Interest dūtaxat q anima/naturalis forma corporis est:nō aūt diuinitas forma humanitatis. Est em̄ diuinitas immēsa: humanitas vero vtraq sui parte finita.

108 Differētias vtriusq modorum pingendæ & figurandę Christi personę apire.

Exposuimus geminos modos:in qbus diuina incarnatio seu sacratissima Christi persona aut sub tribus aut sub geminis naturis adinuicē inconfusis in figura referatur: Per tres inquam circulos seinuicem complectentes. Prima ergo figura sensibiliter & iuxta intuitū carnalis oculi:explicat Christi personam. Nā carneus oculus neq animā Christi neq eius diuinitatē quæ intus latuere:sed solam carnē corpusq conspexit:tanq̄ amictū interiorū & inuisibiliū naturarū:id est animæ & corporis eiusdē. Hic etiam modus pingendę Christi psonæ nobis ppior & cognatior est : vt qui similia & nobis cognata iuxta nos collocat. Secunda aūt figura:in qua diuinitatis circulus:partiū humanitatis id est animę & corporis circulos ambit: rationaliter & intellectualiter psonā Christi pingit. Nam rationabile est animā(vtpote præstantiorem & insigniorem corpore) capere & ferre corpus:potiusq̄ capi & ferri a corpore. Similiter & rationabile est immensam & interminam diuinitatem satius capere ferre & continere humanitatem:q̄ capi & cōtineri ab humanitate:cuius captus breuis & finitus ē. Sunt igitur hi duo modi pingendæ & figurādæ Christi personæ/eo modo differentes:quo & sensibilis & intellectualis diuinæ icarnationis expressio.

Non quēadmodum in persona Christi sunt simpliciter tres naturæ diuina:aīalis: corporea:ita & in eadē sunt tres volūtates singulæ singulis naturis pprię. 109


In persona Christi vt prius diximus & duę & tres naturæ sunt:duæ quidem integrę: scilicet diuina & hūana:tres vero simpliciter:humanam naturam in animā & corpus ptiendo. Hæc enim tria deus anima corpus/tres substātiæ sunt:diuersarum naturarum. quæ tamen tam naturali q̄ supranaturali copula: vnicam Christi psonam efficiūt. Asserit ergo præsens propositio haud vnicuiq triū huiusmodi specialium naturarum inesse propriam aliquam & peculiarem voluntatem. nec esse in Christo tres voluntates:quemadmodum tres in eo naturæ sunt. Huic vero propositioni non modo theologus: sed physicus satisfaciet. cum

probe norit/corpoream naturã esse irrationalẽ & totius expertem voluntatis. Nam corpus p se nihil amplius habet a mutis animantibus: quibus adsunt tantum haec tria: essentia/vita/ sensus/absq; ratione: quæ hominum propria ẽ. Voluntas autem cum sit annexa rationi & intelligentiæ: ibi solum reperitur vbi est & rationem & sapientiam reperire. Nõ sunt igitur in Christo tres voluntates: q̃q̃ sint in eo simpliciter naturæ tres: diuĩa/animalis/corporea. Nã totius humanitatis vnica voluntas est: haudquaq̃ in corpore sed in anima sita,

in primis & irrationalem appetitum cunctasq; corporeas vires ratiõi suæq; hũanitatis volũtati subiecit. Deinceps vero suç quoq; humanitatis volũtatẽ volũtati suæ ipsius diuinitatis ad mortẽ vsq; /iuxta sacrũ eloquium submisit.

In persona Christi: quaternam pacem & concordiam inuestigare. 111

In persona Christi: quaternam pacem in rectum succedentes eliciemus hoc pacto. Nam pax prima est inter corporeas vires: nequaq̃ sibi inuicẽ dissidẽtes. Et inter sensitiuũ appetitũ:



110 In Christo sicuti & in cæteris hominibus esse appetitum sensitiuum atq; irrationalem: sed nequaq̃ rationi obsistentem aut ab ea dissonantem.

Nam cum Christi humanitas sit perfecta & integra humana substantia; nulla illi pars aut substantialis aut integralis deest quæ cçteris hominibus adest. Et non modo est in Christo sensitiuum appetitum reperire: sed & nulla etiam naturalis potẽtia aut virtus homini necessaria: aut abfuit aut abest ab eius humanitate. Cæterum in cõmunibus hominibus/vt plurimum: dissidet irrationalis appetitus a ratiõe pertrahens eo quo cupit rationem. Quamobrem & in his caro dominari animæ solet: & anima corporis esse ancilla. Hãc autem litem/hoc inferiorum potentiarum vt sensitiui & irrationalis apetitus a ratione dissidium: Christus in seipso nequaq̃ persensit/pacificans omnia in seipso: vt nullo pacto irrationali & sensitiuo appetitui obsequi & a ratione deficere potuerit: sed ad vnius supremç/diuinæ/paternæ voluntatis nutum atq; imperium/cuncta perfecerit: obediens illi vsq; ad mortem. Nam sensitiuum & vires ad vitam & ad inferiores actus pertinẽtes. Secunda vero pax est inter voluntatem humanitatis Christi & sensitiuum appetitũ: qui in cunctis ipsi rationi obtẽperauit. Tertia vero pax est inter voluntatẽ humanitatis: & voluntatem diuinitatis ipsius. Illa enim huic per omnia obediuit. Quarta demum ac suprema Christi pax: est inter voluntatem diuinitatis Christi & voluntatem paternam: ad quam tãq̃ ad fontanam deitatem & totius suæ incarnationis initium (q̃q̃ sit illi par) omnia filius ipẽ referebat: dicẽs Ego ex deo processi & veni. Et rursum. Ille me misit & ego veni in noie eius. Hi enĩ sermones: testãtur diuinç totius ad nos progressionis initium cœpisse a patre.

In quib9 Christi humanitas sit reliquorum hominum substantiæ & humanitati similis: aperire. 112

Ex præcedentibus manifestum est: in quib9 sit humanitas Christi/cæterorum hominum similis humanitati. Similis enim est secundum totam ipsam substantiam: neq; partium substãtialium neq; integralium expertem. Similis est rursum in habitu omnium naturalium facul-

tatum tam corporalium q̃ spiritalium: quarum nulla potuit eius humanitati deesse. Similis est demum q Christus in terris conuersat⁹ omnes humanas operationes vt verus homo p̃ fecit. Epulatus est enim cum discipulis/vestit⁹ est/ambulauit/dormiuit/esuriuit/sitiuit/lassatus est. Exultauit non ridens. Nam ridere: carnaliter lætari est. Diuina autem exultatio stolidum cohibet risum. Fleuit crebriuscule. Nã ridere nunq̃ visus est: flere sæpissime. Scripsit: loquutus est: vidit: audiuit. Sunt igitur humanitatis Christi cum cæterorũ hominũ humanitatibus: quatuor præcipue similitudines. Prima habitus partium substãtialiũ: vt animę & corporis. Secunda habitus partium integralium. Tertia habitus naturalium facultatum. Quarta adimpletio humanarum operationũ.

113 In quibus etiam humanitas Christi: cęterorum humanitatibus dissimilis fuerit: recensere.

Dissimilis est Christi humanitas ab aliorũ hominum substantia: præcipue in quinq̧. Primo in conceptione/secundo in natiuitate/tertio in suæ totius substãtiæ puritate: quarto in naturali immortalitate: quinto in personali diuinitatis pręsentia. Christi enim conceptio impleta est nõ ex viri semine: sed a spiritusancto. Eius quoq̧ natiuitas fuit ex virgine: casta/pura/illibata/absq̧ vllo pariẽtis dolore. Fuit item Christus solus cum matre virgine/purus/innocuus/& mũdus ab omni tam originis q̃ voluntatis macula. Ex cõsequenti vero per naturalem innocentiam & puritatem sui: erat natura immortalis. Nam si mors comes est & ęmula solius peccati: in eo vtiq̧ nihil poterat mors qui ab omni labe & peccato mundus apparuit. Erat igitur Christ⁹ natura immortalis: id est & potens non mori & debẽs non mori. Hic eñ morti semet ipsum vltronea bonitate propter nos offerre non recusauit.

114 Diuinitatem in Christi humanitate: longe aliter q̃ in prophetis aut sanctis patribus habitasse.

Habuit Christi humanitas diuinitatis intra se habitãtis præsentiam: longe aliter q̃ prophetæ aut alii sanctorum patrũ: qui a deo afflati & diuinitate pleni fuisse prædicantur. Nam hic prophetarum & sanctorum sacer afflatus diuinaq̧ replentia: fuit diuinæ solius virtutis in eis habitatio: nõ aũt aut totius deitatis aut alicui⁹ diuinarum personarum: vera realis & personalis præsentia: & cum ipsorum humanitate indissolubilis vnio. Deus enim vt simpliciter sumptus qui dudum loquebat̃ in prophetis: nequaq̃ veraciter per realem sui præsentiã habitauit in ipsis: nec eorum humanitatibus personaliter adhæsit: sed duntaxat diuina virtus & spiritalis lux: eorum mentes illustrabat: iisq̧ ea quæ circa p̃sonam Christi futura & adimplenda erant: in mysterio præsignabat. Præcessit enim diuina virtus in mentibus hominũ verissimam dei in nostra tota humanitate inhabitationem: quemadmodum solent accidentia præcedere substantiam: dispositiones/habitum: & vmbratilis aurora veri solis ortum.

Diuinum verbum in incarnatione sui repẽte toti insedisse hũanitati: nec pri⁹ corpori q̃ animæ adhæsisse. 115

Cunctorũ hominũ prius materno in vtero/vsq̧ ad aliquẽ perfectionis gradũ formant̃ corpora: q̃ rationales animę in illis a deo procreentur. Haud eñ statim ab hora cõceptionis seminis in matrice: rationalis procreatur aĩa: sed in aliquãtulam corporis formã proficit ipsum semen: priusq̃ rationalẽ animã excipere sufficiat quæ tum primũ procreari dicitur: quando demum perfecta est cordis forma. Est enim cor naturalis animæ sedes: & primũ in quo castrametetur anima: & vltimũ qđ moribunda linquit ac deserit. Christi autem anima ex momẽto cõceptionis corporis in vtero virginis/fuit a deo procreata. Hæc enim quatuor in Christo simul perfecta sunt: scilicet corporis ipsius conceptio/animæ procreatio/corporis & animæ naturalis vnio & diuini deniq̧ verbi cum tota & integra humanitatis substantia/vera & personalis agglutinatio.

Substãtiam corporis Christi: repente etiam corporis formam & ornatum ac decorem membrorum accepisse. 116

Christi	Corporis conceptio Animæ procreatio Aię & corporis vnio Diuinitatis adhęsio	Eodem instanti perfecta.

Substantia corporis Christi repente corporis formam speciē & ornatū accepit: nec oportuit hūc corporeum ornatū siue integralium & heterogenearum partium decorem/ordinē ac venustatem in vtero virginis nouem mensibus coaluisse. Quapropter ab hora & instanti conceptionis Christi toti corporeæ massæ inerāt rationalis anima atq diuinitas. eratq singulorum membrorū perfectus ornatus ac lucida corporis species: quę deinceps ad trigesimū aut ad tertiū supra trigesimum annum ætatis ipsius sensim augescere cœpit, quoad in mensuram perfectæ plenitudinis (in qua vt plerig volūt creatus est Adam) profecit. Vnde fit vt Christi humanitas sit iterum cæteris hominibus similis in vno & dissimilis in duobus. Similis enim est in adeptione naturalis quantitatis ac iustæ hominū magnitudinis. Dissimilis vero in assecutione suæ totius substantiæ & humanarum decentium qualitatum: vt virtutū & scientiarum. Nam simul cum totius corporeæ substantiæ conceptione: nō modo procreata est anima Christi: sed & illi ab initio suę creationis angelico more: cunctarum & scientiarū & virtutum illustrationes affuere. Sciuit enī Christus iuxta eloquium literas cum non didicerit illas.

117 Adam protoplastum & Christum: cæteris hominibus conferre.

Protoplastus Adam & nouissimus Christ⁹ extrema quædam sunt totius humanę speciei. Nam vt generationum pater Adam: ita & regenerationum pater Christus. Oēs enim ex Adam secundum carnem nati sunt. Cuncti vero ī Christo secūdū spiritū renati. Mortui sunt omnes in Adā reuixerūt in Christo vniuersi. Adam & pater est & filius Christi: pater quidē secundū carnem/filius vero secundū spiritū. Christus quoq & pater est & filius Adæ: filius in carne: & pater in spiritu. Nullus hominum præter Adam: creatus est a deo e limo terræ: & natus ab homine nullo. Nullus vero præter Christum: natus est e virgine. Deinde nullus hominum præter Adam: & animam & perfectum corpus in iusta & æqua viri magnitudine est repēte assequutus. Nullus quoq præter Christum in instāti & corporis compaginem & animam & humanas omnes qualitates: vt virtutem & sapientiam: adeptus est. Hæ ergo sunt dissimilitudines Adæ & Christi: vt extremorū totius humanę speciei a cunctis hoībus.


118 Adæ & Christi adinuicē similitudines: dissimilitudinesq recensere.

Amborum similitudines præsertim duæ sunt. Prima q sicut Adam a nullo homine genitus est: sed a solo deo factus e limo terræ: ita & Christus a nullo genitus est viro: sed conceptus de spiritu sancto. Secunda vero quoniam sicut Christus prodiit ex vtero virginis mundus ab originali macula: ita & Adam factus est e limo terræ purus/innocens/& ab omni originali labe mundus. Nam quæ deinceps in cunctis hominibus vocatur labes originis: hæc in Adam extitit peccatū solius voluntatis. Hæc enim macula nequaq fuit Adæ cōcreata: vt potè cui post esum ligni scientiæ boni & mali: in paradiso primitus adhæsit. Porro vna est amborum dissimilitudo: q Adam & substantiam & ætatem iustamve corporis molem & quantitatem: absq humanis qualitatib⁹/id est absq integra & cōsummata mētis illustratione momento adeptus est. Christus autem & substantiam & humanas omnes qualitates: id est omnem sapientiam in instanti pariter suæ conceptionis est assequutus. Aetatē vero & iustā virorū magnitudinē diuidue & ī tēpore possedit

119 Adam & Christum adinuicem: sub trina hois natura & proprietate cōferre.

Cunctis mediis hominib⁹ (iis inquam qui inter extrema totius humanæ speciei: vt inter Adam protoplastum/& Christum hominum nouissimum humanarumq generationū terminum continentur) proprium est sensim per tres gradus in perfectum hominem attolli. Hi enim prius substantiam q quantitatem: q qua

litatem & sapientiam consequuntur. Secundũ hæc autem differunt extrema totius humanę speciei: Adam & Christus: tam a cæteris hominibus q̃ abinuicem. Nam Adæ repente & substantia & quantitas ab initio affuit: præter solam qualitatem & sapiẽtiam. Nullarum enim rerum scientia fuit Adæ concreata: vt qui nihil eorum omnium quæ sunt: sub scientiæ & qualitatis modo nouerat: priusq̃ fatalẽ ac perniciosum scientiæ boni & mali fructum in paradiso elusus incautusq; mãducasset. At Christus ab hora & instanti suæ conceptionis/ fuit homo & substantia & qualitate: non autem homo quantitate & corporis incremento. Trigenis quippe annis ætas & mensura corporis Christi firmitatem/magnitudinem/& robur accepit: & ad culmẽ hũanæ staturæ cõscendit.




Adam creatus est in primo & secũdo hominis gradu: non in tertio. Christus vero ex momento suę conceptionis fuit homo in primo gradu & ĩ tertio: nõ aũt in secũdo. Manifestauim⁹ igitur quas differentias extrema totius humanę speciei protoplastus Adam & nouissim⁹ Christus & abinuicem & a mediis hominibus habere videantur.

120 Amborum protoplastorum originem deo vt agenti & actui conferre.

Protoplastus Adam vt a nullo hominũ pendens sed factus a solo deo e limo terræ: nequaq̃ genitus/sed creatus dicendus est. Eua pariter q̃q̃ nõ statim e limo terrę educta sit: sed ex Adę latere processerit: non tamen ab Adam genita sed ab illo/præter naturę ordinem & cunctorũ hominum consuetudinem processisse censeat. In creatiõe Adæ erat deus vt act⁹ siue vt agẽs & efficiẽs; limus vero terrę vt patiẽs: vtve subiecta materia atq; potẽtia: Adam autem velut effectus vtriusq;. In formatione autẽ Euę deus iterum erat vt agẽs vtve de latere dormientis Adæ/Euam producens. Adam vero in quem dei sopor irruerat: patientis potẽtiæ & materiei vicẽ pręstabat. Eua autem vtriusq; (agentis scilicet dei & patientis Adæ) extitit effect⁹. Hi sunt igitur protoplasti cũctorum hominũ parentes qui longe diuersum

Actus. Patientia.
Deus. Creatio Adę Limus terræ
Adam
Effectus.




a cęteris hominibus habuere initium. In cæteris enĩ hominibus: deus non est immediatus agens: nec terra aut vir vicem subeunt patiẽtis: sed vir ẽ agẽs: mulier autem patiẽs. Actus homo est: potentia item homo. Et qui consurgit amborum effectus: est etiam homo.

Agens Patiens
Deus Productio Euæ Adam
Eua
Effectus.

Amborum protoplastorum origines: cæterorum hominum natiuitatibus comparare. 121

Adæ creatio & Euæ productio dissimilib⁹

terminis referantur. Explicatur enim Adæ creatio his tribus: deo/terra/homine. Nam deus actus est: terra potentia: homo vero effectus. Euæ autem productio his tribus exprimitur: deo/homine/& iterum homine: seu deo/viro/muliere. Nam deus actum æmulatus: de viro potentię vires gerente (etenim dormiente) mulierem tanquam effectum produxit. Sequentium autem hominum generationes: consimilibus vocibus ac terminis explicantur: nam tripo homine. Quippe agente homine vt viro: patiente homine id est muliere: & progenito homine vt viro vel muliere. Etenim naturali serie ex Adam & Eua Cain sumpsit originem. Cuius propterea origo generatio appellatur: in qua deus non amplius est immediatus agens: nec terra aut vir vicem ac similitudinem præstat materiei. Creatio enim primum protulit indiuiduum humanæ speciei: productio vero secundum: generatio autem tertium & cuncta deinceps sequentia: quæ naturali ordine: agente viro/ex vtero mulieris prodiere. Hic itaque naturalium generationum ordo perseuerauit vsque ad Christum: qui rursum præter naturæ ordinem/in quadam fere protoplastorum similitudine (patiente quidem muliere: sed nullo viro agente) genitus est.



122 Impium esse Sarracenorum errorem dicentium Christum: filium esse virginis MARIAE & spiritus dei.

Quis MARIA virgo in conceptione Christi fuerit erga spiritum sanctum & virtutem altissimi vt conceptionis thalam⁹: non tamen ideo fuit vt patiens: quasi diuina virtus suppleuerit aut perfecerit in ea: quod a viro solet in muliere adimpleri. Id enim sentire nepharium iudicam⁹ et persimile errori Sarracenorum: qui dicunt Christum filium esse MARIAE virginis & spiritus dei. Volunt enim (quod absit) spiritum dei operatum esse in MARIA: quod viri in mulierib⁹ generationis & prolis causa. Dicim⁹ autem MARIAE virginitatem: ante partum/in partu/& post partum fuisse illibatam: nec aliquid passam esse MARIAM aut a viro aut a spiritu sancto: sed impraegnationem eius factam esse repente/virtute spiritussancti: non immitentis substantiam prolis in virginem: sed illam ex virginis MARIAE corpore & substantia desumentis. In Christi igitur natiuitate: extrema/quæ speciem actus & potentiæ gerunt: sunt spiritussanctus & virgo MARIA: ille vt actus: hæc vt potentia. Medium vero seu proles ipsa/Christus: secundum humanitatem.

Humanæ speciei regenerationem non esse eiusdem recreationem aut renouationem simpliciter. 123

Cum enim substantia tota carnis & corporis Christi sumpta sit ex vtero & substantia mulieris virginis: quæ naturali generationum serie (absque tamen originali macula) ex protoplasto Adam pependerat: manifestum est & carnem siue substantiam corporis Christi ab Adam pependisse: & cum vniuersorum hominum carne & substantia esse communem. Quod si deus ex limo terrę/Christi corpus procreasset inspirans illi simul animam viuentem: aut si spirit⁹ in vterum virginis substantiam coporis Christi immisisset natiuitas Christi iam non regeneratio/sed recreatio fuisset humanæ speciei: & illius innouatio simpliciter. quod pro inconuenienti refutam⁹. Dicimus enim deum noluisse denuo nouum hominem procreare: sed potius misertum eius qui peccato obnoxius in morte periclitabatur eundem regenerare voluisse: atque eam demum regenerationem in Christi ex virgine natiuitate/esse diuinitus consumatam: & effectam toti humanæ speciei salutarem. Communis enim est vniuersis hominibus per Christum regeneratio: quia caro corp⁹ & tota naturalis Christi substantia: sumpta est ex vtero virginis: quæ naturali humanarum generationum serie ab Adam & Eua

his qui ſponte ipſum agnum ſequuntur: bene beatūq; eſſe in cœleſtibus māſionibus donans.

127 Aliud eſſe tēpus ſimplicis ſubſtantiæ peccati: aliud vero tempus apparitionis eiuſdem.

Diximus in præcedētibus haud ſtatim ab initio deum voluiſſe humanum redimere genus: ſed diſtuliſſe quoadusq; crebeſceret & appareret peccatum: vt rum maior/euidētior/& amplior ſuccidendi peccati neceſſitas demonſtretur. Fecit enim deus iuxta prædictionem huius ſacri eloquii. Vadens reuertar ad locum meum donec deficiatis & quęratis faciem meā Abſcondit faciem ſuam aliquo tempore ab hominibus: vt poſtea maiore ingruente neceſſitate: multiplicatis hoſtibus: excitaretur clamore populi ſui tanq̄ dormiens & potens crapulatꝰ a vino: vt conſurgens de habitaculo ſancto ſuo veniret in ſalutem electorum ſuorum. Dicimꝰ igitur cum beato Paulo: quoniam ante legem & circuncisionem/erat quidem ſimplex peccatum: ſed non apparebat: mortuum erat non viuebat. Per circuncisionem autem & legem: peccatum apparuit & reuixit. Imminet enim maior occaſio deſtruendi viuentis & apparentis peccati: q̄ peccati mortui & nōdum apparētis. Erat igitur ante legē: tempus ſimplicis ſubſtantiæ & exiſtentiæ peccati. In lege vero tempus ſubſtantiæ & apparitionis eiuſdem. Allata enim lex: id demum peccatum quod ſolum erat & non apparebat: fecit apparere.

128 In aliis item populis fuiſſe peccatū ſimpliciter: & in aliis fuiſſe & apparuiſſe.

Quærenti ac percontanti: in quibꝰ fuit peccatum & in quibꝰ apparuit: dico peccatum in cunctis filiis Adę (deme Christum & intemeratam eius matrem) extitiſſe: ſed nō in cunctis vixiſſe & apparuiſſe. Vixit enī & apparuit peccatum præſertim in circuncisione & lege dei. In gentibus autem quæ fuere extra circuncisionem & legem: nec vſque adeo apparens erat nec viuens peccatum/ſed vt exiſtens ſolum. Si quis enim in corpore ſuo aut carne maculā habuerit vllam: q̄diu hic in tenebris māſerit/eiꝰ macula (etſi inſignis) cunctos latebit. Si autē venerit in lucem: mox eius macula & deprehēdetur & liquido a cunctis arguetur. Ex hac ſimilitudine perſcrutare & circuncisionis & legis cauſam: & differentiam populi dei a cæteris gentibus: quæ extra circuncisionem manſere. Volens enim deus mederi Abrahæ & ſemini eius: ipſam labem & originis maculam: per ſignū circuncisionis excepit: diuidēs Abraam & omne eius ſemen a cunctis gentibus: fecitq; vt in his ſolis quos ſanare volebat: reuiuiſceret & appareret peccatum: vt demū ex hac apparitione & vita peccati in ſelecto a cæteris gētibus populo: manifeſtam occaſionem nanciſceretur/peccati a populo ſuo ſuccidendi & exterminandi.

Hæc tria ſibi inuicem ordie ſucceſſiſſe eſſe peccatum: apparere peccatum: ſuccidi peccatum. 129

Hęc tria ordine ſucceſſerunt: eſſe/apparere tolli/ac ſuccidi. Eſſe peccatum in cunctis hominibus extitit primū. Apparere in populo dei: ſecūdum. Sanari demum & ſuccidi in cunctis fuit tertium & vltimū. Adam introduxit ſubſtātiam peccati. Per Abraam vero & Moyſem intrauit peccati vita & apparitio. Nā in Abraam cœpta eſt circūciſio. Lex vero lata per Moyſem. Christus autem hominū nouiſſimus: peccati inuexit ſanitatem ſuccidens illud & eradicans ab vniuerſis. Introduxit Adam peccatum in omnes. Per Abraā vero & Moſem non in cūctis ſed in ſolis Hebræis: peccatum apparuit vixitq;. Per Chriſtum porro id in cunctis deleri potuit: & in omnibus ſuccidi. Principium peccati in Adam. Mediū in Abraam. Finis ī Chriſto. Adam eſt vt ſimplex origo & exiſtētia peccati. Abraā vero & Moſes vt peccati vita/lux & apparitio: ſuccidendi illius occaſionem gignens. Chriſtus autem vt totius peccati mors.

Similitudinē proponere per quā poſt ſimplicem exiſtentiam peccati: ex ipſiꝰ apparitione colligatur occaſio illius ſuccidendi & eradicandi. 130

Intellige populum dei eſſe vt ortulum quē plantauit deus/quem circundedit muris/quē

gentibus ac bestiis terræ inuium posuit. Et similē esse deum dormienti aut absenti ad tempus hortolano: qui tamen ab initio & hortū fo derat & irrigauerat & salubrium herbarum se minibus conseuerat. Cæterum qui vnius alicuius pestiferæ & noxiæ hærbæ semen / ab inimico immissum: in eiusdem hortuli agello late re nouerat; illudq; probationis causa / in terra reliquerat: vt videret quid magis floreret / bonum an malum semen: Excitatū vero deinceps a somno hortolanū aut reuersum ex regione longinqua: vidisse omne bonum semen suffocatum a germine mali: & hærbam insalubrem in totius ortuli agellum esse propagatam: nullamq; terræ portionē amplius bono semini superesse: Tum demum ex hac mali seminis integra & vniuersali propagatione causam nimirū nāciscetur hortolanus / sui hortuli propriis manibus repurgandi: & non hærbas tantum noxias: sed & earum semina ac radices (ne denuo florere incipiāt) penitus euellendi: omnēq; ipsius hortuli terram ex toto emūdādi. Hæc ergo similitudo in populo dei per circuncisionem signato & a cæteris gentibus separato legem fuisse perneccessariam ostendit: vt per eā appareret in eis peccatum: & ex ea demum apparitione: emanaret succidendi delendiq; peccati iustissima causa.

131 Omnem peccati vitam & apparitionē in hoc sacro eloquio mystice aperiri. Expectaui vt vitis mea faceret vuas & fecit labruscas.

Deus vt Esaię quinto habetur: plantauit vineam electam: & ædificauit turrim in medio eius: & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas & fecit labruscas. Quid est autem diuinam vitem fecisse labruscas: nisi ipsius peccati ab origine vniuersi velut solum existentis & nondum apparentis quædam lux / vita / & apparitio? Si eñ diuina vitis quæ est populus Hebræorum: caruisset interiore originali macula & insito semine mali ab Adā succedente: haud quāq; labruscas / vnarū loco peperisset. Quod enim degenerauit in labruscas: non erat id qđ seminauerat deus: sed (vt diu⁹ Dionysius ait) quod diabolus homini per astutiam suā in paradiso propinarat. Et nisi profecto plantasset deus vitem: nisi circūdedisset illi sepem: nisi Israelis agrum & hortulum tāq; propriū & peculiarem a cęteris terris ac gentibus seclusisset: haud vsqueadeo vixisset aut apparuisset peccatum: nec tāta exorta fuisset occasio illius in iustitia & iudicio succidendi. Nam quæ in neglecto agro extra dei hortulum plātata fecit labruscas: aut forte non peccat aut saltem peccare nō iudicatur. Quæ autē exculta est a deo quæ cuncta ab eo suscepit ad fructum bonum necessaria: & quæ demum in ipsomet peculiari dei agro plantata fecit labruscas: huius grāde peccatum sese confestim exterminatione ostendit esse dignum.

Diuinam clementiam succidēdi & euellendi peccati causa illud in Hebręis obsedisse & eius antiparistasim in eis perfecisse. 132

Operata est diuina clementia in Hebræis: quandam antiparistasim & contrariorum circunstantiam: coercens & obsidens ignorantiā eorum in scientia: vt illa appareret ignorantia: & eorum tenebras obsidens in luce: vt agnoscerentur tenebræ: concludens quoq; eorum peccatum sub circuncisione & lege: per quam reuixit & apparuit peccatum. Sunt enim gentes vt sine lege: tanq; obscurum & inapparens peccatum. Hebræi vero: vt peccatum apparens & viuens in lege. Vnde fit vt magis ex natura & necessitate Hebræorum q̄ aliarum gentium: orta sit & incarnatio filii dei & regeneratio peccati. Nam & magis complacuit deo in semine Abrahæ q̄ in semine gentium: & peccatum in Hebræis viuens: satius fuit a deo succidendū: q̄ in gentibus emortuum & subobscurum.

Non modo naturalibus Abraæ filiis his inquā qui æstimantur in semine: sed & filiis adoptiuis in semine Abrahæ renatis: diuinas sponsiones & repromissiones ad Abraham a deo factas pręclarius deberi. 133

Circuncisio signum erat regnerationis vē

turæ:ex ſemine Abrahæ. Baptiſmus autem ſignum eſt præſentis regenerationis: in omnes qui ſeſe ſponte obtulerint & immaculatum agnum ſequi voluerint: feliciter propagandæ habentis inſuper virtutem: eos omnes qui renaſcuntur & ſacris aquis abluuntur: in filios Abrahæ adoptandi. Qui enim ſecundum carnem & in ſemine/filii ſunt Abrahæ: hi ſunt naturales filii. Qui vero renati ĩ Chriſto: hi ſunt filii adoptiui & acquiſiti. Nam & Chriſtiani & Hebræi omnes quidem Abrahæ filii ſunt; ſed hi filii/nati in ſemine Abrahæ. Nos vero in ſemine Abrahæ (qui Chriſtus eſt) renati. Si igitur naturalibus filiis ex pacto & fœdere debentur promiſſiones quæ factæ ſunt Abrahæ & ſemini eius: quanto magis eædem quoq; debentur & acquiſitis filiis qui non per circuncisionem & futuram gratiam: ſed per baptiſmum ſacrumq; lauacrum (in quo præſens inhabitat gratia & manifeſta ſpiritusſancti virtus) in pactum in fœdus in teſtamẽtum & hęreditatem dei introducti ſunt.

54 Sacras baptiſmi virtutes & proprietates recenſere.

Octo ſunt præcipuæ ac lucidiſſimæ virtutes & proprietates baptiſmi. Prima ꝙ carnem noſtram; a natiuitatis labe ſanctificat. Secunda ꝙ animam a peccatis voluntatis: quæ eidem poſt natiuitatem adhæſere: reddit innoxiam. Tertia eius virtus aduerſarias poteſtates profligat: arcetq; illarum conamina a tota noſtra ſubſtantia. Quarta ſpiritumſanctum inuitat in templa noſtrarum animarum ac mentium. Nam & plærũq; viſus eſt corporali ſpecie ſpiritusſanctus deſcendiſſe in eos/qui duntaxat verbo crediderant: tametſi nondum ſenſibilis per aquam baptiſmus illos abluiſſet. Erant enim iam ex fidei & diuini amoris abundantia/ſecretius in corde apud deum renati: q̃q̃ non ſimpliciter apud homines: quod in Centurione Cornelio eueniſſe lectitamus. Quinta eſt ꝙ nos ipſos in filios dei: ſacer baptiſmus adoptat. Sexta ꝙ q̃diu hoc in mundo viuimus: noſtrę voluntati diuinum robur impartitur ne rurſum ſolita inſtabilitate in ea quibus abrenuntiauit vitia: remorbeſcat. Septima ꝙ noſtras animas (vbi e ſuorum corporum ſoluuntur ergaſtulis) tutiſſimo calle ad deum perducit. Suprema ꝙ iiſdem ſpem futuræ reſurrectionis: & iteratæ in ſua carne mãſionis largit.

Virtus baptiſmi:
- Originale peccatum tollit.
- Voluntatis peccatum ſuccidit.
- Diabolum profligat.
- Spiritum ſanctum donat.
- Nos dei filios efficit.
- Voluntatem confirmat.
- Animam ſaluat.
- Reſurrectionem operatur.

Nam ſicut in carnis ablutione ſenſibiliter adimpletur perficiturq; baptiſmus: ita & oportet animam cunctarum ſpiritalium virtutum baptiſmum ſequentium: tandem effici conſortem.

Baptiſmum & in carnem & in animam & tam in corporeas vires q̃ in ſpiritalẽ hominis facultatem vim habere. 55

Regenerata per baptiſmum & ſanctificata caro (vt quæ præſentium laborum particeps eſt) conſors erit futurorum præmiorum. Quę enim in hoc mundo vehit animam: debet in futurũ çũ ab anima introduci. Quemadmodũ & noſter ſenſus qui in præſenti ſæculo noſtræ opitulatur intelligentiæ: in futuræ immortalitatis ſæculo nonnullam gloriæ portionem cũ eadem intelligentia recipiet. Omnes quoq; corporeæ virtutes: quæ in hoc mundo vl intellectrici tanq̃ reginæ & matrifamilias obſequuntur & famulantur: demum per ipſius baptiſmi gratiam reſurgent: immo vero non tam reſurgentiq̃ ſuarum operationum functiones recipient: per corporis mortem ſopitas atq; intermiſſas. Cunctæ enim animi vires naturaleſve facultates tam corporeæ q̃ ſpiritales; tanq̃ ipſi animę coeſſentiales naturali immortalitate potientur. Hæ tñ quæ corporeę vocantur: ꝑ corporis interitum/tãdiu ſuis & organis & operationibꝰ ſpoliantur: q̃diu in morte & reſolutione materialium atomorũ ſepulta latuerit corporis cõpago. Vbi vero corpus denuo e puluere in nouiſſimę tubę cantu ſurrexerit: iterum

illi quoq; sociabitur immortalis anima: & cuncta corporeæ animi vires: in suorum organorum rediuiuis potentiis/vt prius colludent: naturalibusq; operationibus iterũ perfruent. Hæc omnia operabitur in nobis gratia baptismi: in quo totius nostræ regenerationis arcana substantia latet. Vis namq; baptismi ac sacri lauacri: sese fundit in hominem totũ: vt in eius corpus/in eius animam: & in cunctas animę dotes ac naturales facultates. Emundat eñi (vt diximus) carnem ab originali macula. Animã vero ab vltroneis peccatis innoxiam reddit: intelligentiam mentéq; illustrat: complens illã claritate dei & virtute spiritussancti. Omnium deniq; corporearum virium perempta organa in præsentis sęculi exitu & futuri initio instaurabit.

Theologicarum Conclusionum septimi libri De incarnatione dei: Finis octaua Nouẽbris. MDXII.

Theologicarum Conclusionum Octauus Liber. De passione dei.



Atiuitatẽ Christi: quæ est totius hũanæ speciei regeneratio & a creatione & a generatione differre.

Vt præsens de passione Christi liber/priori de incarnatiõe verbi nectatur: Christi natiuitatem (quæ est humanæ speciei regeneratio) simplici creationi & generatiõi hominum conferre oportet. In superiore enim libro de diuini verbi incarnatione / sumus abunde locuti: edocentes secundam mediãq; diuinarũ personarum (cui diuini verbi diuinæq; sapientiæ & paterni splendoris congruit appellatio) nostram substantiam absq; vlla suæ integerrimæ diuinitatis confusione sibi inseruisse/salutis nostre gratia. Diximus insuper in persona Christi aut tres aut duas esse naturas: tres quidem simpliciter: duas vero totales humanam atq; diuinam: & geminas tãtum in ea esse volũtates: per omnia inter se vnanimes atq; concordes. Humana enim voluntas: etsi inferior diuina voluntate: huic tamen per omnia ad mortẽ vsq; obediuit. Insuper & incarnationẽ verbi diximus non esse recreationem humani generis sed solam regenerationem eiusdem. Nam sicut creatio humani generis cœpit in Adam: ita & generatio eiusdem propagata est in cũctis mediis hominib⁹. In Christo vero tanq̃ omnium nouissimo & homine supremo cõsummata est hominis regeneratio. Quapropter natiuitas Christi & a generatione & a creatione differt. A creatione quidem quia non fuit facta Christi humanitas/sicut substantia Adæ ex immediato limo terræ. A generatione vero q̃a absq; patris carnalis operatione: & de spiritusancto

conceptus & de virgine natus est. Non enim mulier quia peperit desiit esse virgo: cum sola viri operatio virginitati aduersetur. Nam cæteræ mulieres ante partum præcurrente a viro impregnatione: iam virgines esse desierũt. Sacratissima vero Christi mater: & ante partũ & in partu & post partum: virgo/casta/illibata & a virili impregnatione aliena permãsit. Huius igitur diuini verbi (De cuius incarnatiõe in præcedente libro sumus loquuti) vl[illegible]tronẽ pro humani generis salute oblationem/passionem/ac temporalem mortẽ: pro viribus & quãtum diuina lux aderit in præsenti libro prosequemur.

2 Secundum naturam: nihil esse præter bonum: malum autem secundum naturam & ex ipsa creationis ordinatione: nusq̃ subsistere.


Nam secundum necessitatem & essendi naturam: nullum est ens præter deum: qui solus & æternus est & immẽsus: solus supreme & excellenter bonus: a quo nihil præter bonum pependit. Et nõ modo secundũ naturam aut necessitatem simpliciter non est malum: sed & secundum legem & ordinem creationis vniuersorum: quæ absq; vlla necessitate a diuina sola bonitate processit. Nam si creauit bonus deus omnia bona valde: vbinam obsecro in reb[9] malum? Creatio enim omnium contingens est & facta voluntate dei. Hæc tamen nullum in rebus inuexit malum. Nihil enim creauit deus malum: aut sibi (qui eminenter bonus est) dissimile. Est igitur malum quod bono aduersat/quodve separatum est a deo: ipsa vniuersorũ creatione contingentium: vtpote quod ex ipsi[9] creationis serie minime pependit: sed secundũ accidens ex alicuius creatarum substantiarũ inordinatione & separatione eius a totius deitatis pace. Ortũ est enim malũ in primate angelorum: sicuti in præcedente libro docuim[9].

3 Malum & mali imperium a bono & boni imperio diuisum: secundum accidẽs ex voluntate & nequitia creaturæ duxisse originem.

Aut enim cœlestium primas spirituũ aut alius aliquis totius apostasiæ diuinæq; secessionis princeps: primus diuinorum potiẽdorum honorum gratia diuidi a deo cœpit: secũq; in scelus/complicem aliorum spirituum cæteruã pertrahens: fuit & sibiipsi & perditę ac facinorosæ cohorti toti[9] perniciei/plapsionis/ac ruinæ causa. Ex hac sane contingentia & inordinato peccati accessu: exortum est & malũ & omne mali regnum atq; imperium: habens in omnibus permissione dei potestatem: quæ sub peccato concluduntur: vt in cunctis dæmonibus & in hominibus: qui originali macula non caruere: & in his deinceps: quæ propter hominẽ fecit deus: vt in elementis/mixtis imperfectis/mineralibus/vegetabilibus/cunctis animalib[9] & cœlestibus corporib[9]. Nam & cœli propter hominem facti sunt. Et ardebunt igne extremi iudicii: tanq̃ qui non sunt (iuxta sacrum eloquium) mundi in conspectu dei. Subiacent enĩ cœli & peccato hominum & peccato angelorũ: peccato quidem hominum: quia hi dũtaxat ꝓpter hominem facti sunt. Peccato vero angelorum: quia in cœlis peccauit Lucifer & angeli eius. Mali igitur imperium diuisum a bono & boni imperio: haudquaq̃ per se exortum est: sed duntaxat ex voluntate & nequitia creaturæ: idq; diuina tantum permissione stat perseueratq; in esse.

Quantum sit mali imperium recensere. 4

Latum est & ingens mali regnum: quod est Sathanę & principis mundi huius. Aeternum quidem non est & immensum: sed tamen ęquũ diuino imperio/si duntaxat creaturarum genera respexeris. Nam seipsum diffundit in omne creaturarum genus. Accepit enim potestatem in angelis vt in dæmonibus: deinde in hominibus & in cunctis sensibilibus creaturis: quas propter hominem deus procreauit: quẽadmodum præsentes eptagoni indicant: in quibus boni & mali: dei & Sathanæ partiti sumus imperia: subiicientes omnia deo secundum naturam: vt a quo/ipsam substantiam creationis ordine & serie acceperunt.



Heptagonus diuini imperii naturalis/veri/perfecti/lucidi/ſancti/& creationis omnium.

Heptagonus imperii Sathanæ cõtingentis ex peccato falſi immundi & tenebroſi vſurpationis omniũ.

Sathanæ vero non ſecundum naturam aut creationis legẽ (Non enim a Sathana ſubſtantiam habuere) ſed ex contingentia peccati: per vſurpationem temporanei principatus omnia pariter ſubdentes. Nam bonorum angelorum loco: dæmones in eius inſcribimus heptagono & ſanctorum loco: homines nequam: & in dæmonum ac facinoroſorum hominum medio: cunctas ſenſibiles creaturas: quæ quia ſubiectę homini ſunt: Sathanæ quoq; poteſtati aliquo pacto (permittente deo) ſubduntur. Recenſuimus igitur quãtum ſit mali imperium: edocentes illud quoad æternitatem & immenſitatem inferius eſſe diuino imperio: iuxta vero creaturarum genera: aliquo pacto illi æquum eſſe: vt cui⁹ poteſtas in omne creaturarum genus ſeſe diffundit: vt in angelos/in homines/& in cuncta ſenſibilia.

5 Sicut omnis actus & operatio virtutis militat deo: ita & omnem actum & operationem peccati ſub Sathanę vexillis et imperio patrari.

Conditis vt in præcedente duobus imperiis: vno ęterno alio vero temporaneo: vno virtutis/altero peccati: dicimus omnẽ actum virtutis militare ſub diuino imperio: omnem vero actum & operationem peccati concludi ſub Sathanæ vexillis: omnemq; virtutem in vnam partem: diuinũ ſubire heptagonũ. Omne quoq; vitium & peccatum ex parte altera in heptagonum Sathanæ traduci. Nullam inſuper eſſe virtutem vacuam & orbatam diuino munere: nec patrari aliquod ſcelus quod ſit a Sathanæ ſęuitia immune. Nã ſicut omnis qui bene agit iungitur deo: ita & omnis qui male agit a deo diuiditur. Quiſquis autem diuidit̃ a deo: mox inter Sathanæ commilitones compliceſq; numeratur. Omnis itaq; virtus ſicut militat ſoli deo: Ita & omne peccatum ſub Sathanæ patratur imperio.

Mali imperium aliquo pacto vnũ eſſe & aliquo pacto non eſſe vnum. 6

Mali imperium & vnum eſt & non vnum. Vnum quidẽ eſt vniuerſitate malorũ & ſcelerũ: quę omnia vt diximus in vnã partem ſeclusa: Sathanæ imperio ſubſunt. Aut ſi vis: vnum eſt vnitate principis: qui præeſt omni malo: & in cuius mente pullulauit primum mali germẽ: quod deinceps in cũctos dęmonas & in humanam ſpeciem: inuiſas radices propagauit. Omne enim peccatum & malum iure huic imputatur: cuius voluntas prima & per ſe ſceleri


manus dedit: quæve & sibi ipsi & cunctis aliis volūtatibus: extitit causa instabilitatis & ruinæ. Qui autem ipsum mali imperium in seipso peculiarius & secundum partes inspexerit: deprehendet illud non esse vnum: sed diuisum in seipso: ac discordię & horroris plenum. Quo enim modo vnum erit: quod diuisum est & separatum a summa vnitate: a qua pendet toti⁹ vnitatis participatio? Est igitur mali imperiū aliquo pacto vnum & aliquo pacto non vnum.

7 Omne quod vnum est: debere conspirare & copulari cū summa vnitate seu cum ipso simpliciter & summe vno.

Quicquid enim est præter ipsum absolute & simpliciter vnum: aliter vnum esse nequit, q̄ ipsius summe vnius participatione, vt numerus omnis vnus est: participatione solius vnitatis. Quicquid autem participatione est vnū: necesse est vt ei demum agglutinetur atq; conspiret: cuius participatione est vnum, vt si binarius est vnus binarius: illum oportet coniūctum esse vnitati. Si enim separat⁹ fuerit & diuisus ab vnitate binarius: iam defecit a participatione vnitatis cuius: vnitiuam & infitiuā virtutem a seipso excussit. Quamobrem binarius abiunctus ab vnitate: haud est vnus binarius: sed duę vnitates in varia dilabentes: ipsiusq; binarii substantiam conuellentes. Haud enim potest aliquis effectus vnus esse in seipso: nisi hic in primis suæ causæ conspiret: sitq; cū illa vnus & pacificus: vt ab ea recipiat vnitatē. Nam quod separatur ab vno: vnius vim quo medio capesset? Omne igitur quod vnum est: conspirare & copulari debet cum summa vnitate, seu cum ipso simpliciter & summe vno.

8 Perfectionem vnitatis: in triplici vno consistere.

Ex præcedente manifestum est perfectionē vnitatis: in triplici vnitate consistere. Semel in vnitate causæ in seipsa: deinde ī vnitate effectus cum causa: quæ est pax amborum: & tertio in vnitate effectus in seipso. Quemadmodum deus in primis est vnus in seipso. Deinde & Christus (secūdum humanitatem loquor) vt effectus: est vnus cum deo tanq̄ cum causa. Tertio vero Christus est vnus ac pacificus in seipso: scilicet in partibus suæ humanæ substantiæ: vt in anima & corpore. Prima ergo & pręcipua vnitas: est vnitas causæ absoluta. Secunda & media: est vnitas mutua inter causam & effectum, quæ pendet a priore vnitate. Tertia vero vnitas, quæ pendet ab vtraq; priore vnitate: est vnitas ipsius effectus in seipso. Tolle igitur secundam vnitatem: id est pacem amorem & conciliationem ipsi⁹ effectus cum sua causa: destruis mox & tertiam vnitatem, quæ infertur ex prima & secūda. Necesse



est enim eum effectum diffidere in seipso: qui diuisus est a sua causa: nec vllam habere secum vnitatem aut pacē: qui defecerit a pace & vnitate suæ causæ.

Sathanæ imperium per partes in seipso esse diuisum: ostendere. 9

Nam Sathanas & omne eius imperium: creatura dei est diuinusq; effectus. Non est igitur Sathanæ imperium quod sequestratū est a deo: in seipso vnum. Quod enim priuatur secunda vnitate: quo pacto tertiam habebit vnitatem? Hunc nempe syllogismum vim optimę consequentiæ habere fatemur. Deus est toti⁹ vnitatis caus₉. Sathanas vero diuis⁹ est a deo.

diffidere: vt quandoq; bonum quandoq; vero malũ operetur: aut vt vnius dæmonum natura sit agere bonum alterius vero conari & operari malum. Nam cuncti dæmones a malo immutabiles sunt: & cuncti in malorum conamine similes: vnanimes: vniformes. Oẽs rursum dęmones mali sunt & omnes semper mali. Nõ autem alii quidem boni: alii vero mali. Nec rursum aliquando boni: aliquando vero mali: sed omnes & diuisi a deo sunt: & perpetuo negat⁹ est illis ad diuinam pacem atq; vnitatẽ recursus. Similes igitur sunt dęmones & in odio dei & in amore atq; exequutione malorum operũ: & hactenus inter se conspirant: q deum tanq̃ veritatem & lucem oderunt: q in sceleribus & nequissimis operibus exultent: gaudeãtq; quoties hominum animas decipiũt: & secum in barathri abyssum demergũt. Decidere autem dicuntur & a deo & abinuicem & a seipsis: quia naturali amore diuinæq; pacis & vnitatis participatione priuantur. Gaudent enim litibus atq; discordiis: & plerunq; contraria aliis alii opera / q̃q̃ mala exequuntur.

11 Omne bonum omni bono consonum conciliatumq; esse: mala autem malis esse contraria.

Non sicut omne bonum omni conspirat cõsentitq; bono & verum vero: ita & omne malũ omni malo aut falsum falso. Bonum nãq; vnũ: alteri bono nunq̃ aduersatur: sed cuncta bona sibiinuicem sunt confœderata. At malum vnũ malo alteri: & falsum falso contrarium reperitur. Omnis namq; virtus in simplici & vnica mediocritate cõsistit: fertq; omnis virtus omni virtuti præsidium. Vicia autem quæ mala quidem sunt seinuicem expugnant: & in quadã extremitate & contrarietate inter plus minus cõsistunt. Nam septem vitia quæ a nostris pestifera mortaliaq; vocantur: interdum contrariis & pugnãtibus ex causis oriuntur. Omne igitur bonum omni bono cõspirat. Mala autem malis sunt contraria & inimica.

12 Haud aliter potuisse humanã speciem ridemi & eripi a Sathanę potestate q̃ per vnum hominem in quo Sathanás nihil haberet: quiq; non esset sub eius imperio.

Nullus enim eorum qui per peccatũ suberant Sathanæ dominio: potuit humano generi afferre salutem. Nam qui seruus est: potestatem non habet nec seipsum nec seruum alium redimendi. Siquis enim ad aliquem dominum accedens cupiat eius seruos manumitti & ab eius seruitute liberari: offerat eidem vnum ex seruis ei⁹ pro redemptione aliorum: aut quod uis aliud ex ipsius domini peculio donet: haud ab re dominus ac iustus possessor seruorum eũdem illico arguet dicens. Tu mea ex meo redimis: aufers mihi aut seruum meũ aut pecuniã meã: vt ceteros seruorum meorum in libertatem vindices! Hęc irrationabilis via est seruos meos liberandi ac manumittendi. Tu vero magis offer aliquid quod tuum non meum sit: vt illius commutatione mei serui liberent. Haud igitur potuit aliter humana species redimi & eripi a Sathanæ potestate q̃ per hominem liberũ & penitus immunem a Sathanæ imperio.

Solam diuini verbi incarnationem non esse humani generis redemptionẽ eiusue a Sathanæ potestate ereptionem. 13

Hęc propositio ex hoc sacro eloquio statim dilucescit. Nisi granum frumenti cadẽs in terram / mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si vero mortuum fuerit: multum fructũ affert. Nihil enim nobis profuisset simplex incarnatio verbi: nisi id eam quam pro nobis assumpserat humanitatem / sponte obtulisset in nostræ redemptionis pretium. Quapropter nostra redẽptio & humani generis a Sathanæ potestate ereptio: nequaq̃ ex simplici incarnatione filii dei: sed ex eius vltronea deinceps pro nobis passione & immolatione venit depromenda. Si enim Christus non seipsum pro nobis obtulisset: solus iuxta prædictum eloquium mansisset: vixissetq; imperio Sathanæ & morti nequaq̃ obnoxius. Quia vero deus pater illum pro nobis tanq̃ immaculatam hostiam offerre voluit: ideo illius dono ac salutifero

pretio/omnium noſtrum redemptio & iuſta liberatio manauit.

14 Sathanam nequaq̃ iure naturali humanam ſpeciem tamdiu poſſediſſe.

Quo iure Sathanas humanam ſpeciem tandiu oppreſſerit: id ſacrum eloquium oſtendit: Nequaq̃ moriemini. Scit em̃ deus q̃ quacũq̃ hora comederitis de ligno hoc: eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum. Nam nullo naturali iure Sathanas hominẽ poſſedit: ſed iure fraudulenter acq̃ſito. Solus em̃ deus naturalis dñs eſt omnium creaturarũ: qui dedit cunctis creaturis & ipſi etiam Sathanæ & angelis eius: naturalem ſubſtantiam. Exemit autem Sathanas & ſeipſum & impiorum ſuorũ miniſtrorũ cateruam ab vnitate pace & imperio dei: volens ſimilis haberi altiſſimo. Stat igitur perſeuerat q̃ Sathanæ imperium non ordine naturæ aut ſerie creationis omnium: ſed duntaxat peccato ſuo & permiſſione dei.

15 Sathanam trino iure humanam ſpeciẽ tamdiu poſſediſſe.

Habet Sathanas in poſſeſſione humanę ſpeciei ius triplex. Primum ius fraudis & acquiſitionis: per eam aſtutiam qua hominem fefellit in paradiſo. Secundum ius volũtatis/nõ vtiq̃ ſuæ ſed humanæ; quæ cũ potuiſſet inſidiis Sathanę obſiſtere: illi tamen vltro paruit. Tertiũ ius diuinæ inobedientiæ. Conſtitutus eſt em̃ Sathanas dux omnium creaturarũ quæ in malum ruerent; quęve a deo ſequeſtrarẽtur. Quã obrem ipſa protoplaſtorum inobedientia diuinarumq̃ iuſſionum trãſgreſſio fuit ſub Sathanæ dominio aliquandiu mulctanda. His trib⁹ de cauſis Sathanas dominus effectus eſt hominum: quia ſcilicet aſtu hominem ſuperauit: q̃a voluntarie illi paruit homo: & quia non obediuit deo homo primo igitur iure fraudis: ſecundo iure humanæ voluntatis: & tertio iure humanæ tranſgreſſionis.

16 E trino iure quo Sathanas humanam ſpeciẽ poſſedit: ius fraudis minimũ eſſe

E triplici iure quo Sathanas humanam poſſedit ſpeciem: minus præcipuũ eſt ius aſtutiæ fraudis & eluſionis. Nã ſicut diuitię quę fraude quæruntur: haud omnino propriæ eorum ſunt qui illas aſtu obtinuere: ita & ſi ſolo iure fraudis Sathanas hominẽ poſſediſſet: iniuſtã habuiſſet in hominibus dominationis & imperii cauſam. Quia vero cum fraude affuit & humana voluntas/allecta in ſcelus ex concupiſcẽtia oculorum (Erat enim lignũ pulchrũ viſu) & rurſum cum humana volũtate ſuppetebat diuini præcepti tranſgreſſio: ab his deinceps cauſis iuſtior apparuit Sathanæ violẽta in hoĩbus dominatio. Si em̃ Sathanas decepiſſet creaturam nõ liberã nec libero præditam arbitrio aut ſi liberam quidem fefelliſſet: ſed quæ diuinas iuſſiones minime exaudiſſet: iniuſtum fuiſſet Sathanæ in eius creaturæ genere dominiũ vtpote ſola fraude & aſtu quęſitum. Quia vero & per voluntatem & per diuinarum iuſſionum præuaricationem arguitur homo in iudicio & iuſtitia ſeruus effectus Sathanæ: ideo & a deo in iuſtitia & iudicio fuit redimendus. Ea enim lege redimendus fuit: qua & ſeruus euaſerat peccati.

Creatiõis iure: ſolum deum humanam poſſidere ſpeciem. 17

In nulla em̃ creatura Sathanas ius creationis habet. Nam creatio/ſoli⁹ dei eſt: omni creaturæ incommunicata. Neq̃ enim Sathanas ſibi ipſi neq̃ vlli creaturæ ſubſtãtiam dediſſe potuit aut dare poteſt: quare & in nulla creatura ius creationis habet: nec eſt naturalis domin⁹ alicuius creaturæ. Omnia igitur poſſidet ſol⁹ de⁹ iure creationis: qđ naturale ius & toti⁹ ſubſtantię indultoriũ appellamus. At vero hominum peccato: ſolutũ eſt ius creationis quo de⁹ humanam ſpeciem vt ſuam & peculiarem poſſidebat: permiſitq̃ deus eam ad tempus manere ſub infelici eius dominio atq̃ ĩperio; cui ſpõte paruerat: ſeq̃ ipſam vltro ſubdiderat. Solus igitur deus iure creationis & naturalis ordinationis: humanam ſpeciem poſſedit.

Vnde ſumpta ſit neceſſitas humanę redimendæ ſpeciei: in analogia exponere. 18

Quia tota humana ſpecies per primi parentis peccatum erat a deo ſeparata: hinc o̦re

ta est necessitas humanæ speciei aut redimendæ aut nouæ alicuius recreandæ. Etenim homo non minus q̄ angelus: est ad vniuersi & diuini totius operis complementum & integritatem expetendus. Non minus item q̄ luna cum sole: in mundo perpenditur esse necessaria. Nam si lunaris orbis aut per illitam casu aliquo maculam / fieret ad phœbeę lucis susceptionem incommodus: mox deus (ne quid deesset ad perfectionē vniuersi) aut lunam ablueret: eā q̄ in natiuam puritatem reuocaret: aut forsan priore exterminata nouam aliquam in prioris loco procrearet. Intellige ergo humanam speciem angelica comparatione esse vt lunam. Humana enim species per inditam peccati maculā: effecta ē ad diuinæ lucis & imaginis susceptionē indigna, nec potuit eo modo syncere & nitide suo collucere creatori: sicuti erat nata illi collucere: & in eius conspectu iugiter apparere. Nam in maculato speculo haud facile est alicuius imaginis verum & integrum speculari decorem. Fuit igitur necesse ad integritatem vniuersi & diuini totius operis complementum: deum aut abstergere maculā humani speculi: & reducere in suum gradum & locum id quod infœliciter exciderat: aut aliud simile de nouo speculū pcreare. Et q̄q̄ deo fine omnia æque & eodem modo possibilia: facilius tamen fuit renouare & abluere humanam speciem: q̄ recreare nouam aliquam aut de nihilo aut de limo terrę. Placuit igit̄ deo renouare inueteratam humanitatem / abluere maculatam & releuare prostratam satius: q̄ nouam aliquā recreare.

19 Necessitatem & possibilitatem nostrę redemptionis ostendere.

Nostra redemptio concluditur necessitate & possibilitate. Necessitate quidem ne diuinū opus staret imperfectum: priuatione & interitu totius humanæ speciei. Possibilitate vero quia possibile fuit virtute diuini inhabitantis verbi & conceptione facta de spiritu sancto: ex his hominibus qui perierant / quiq̄ Sathanæ suberant potestati: aliquem nasci hominē sanctum / iustum / immaculatum / deo obediētem / liberum / qui non esset sub Sathanæ potestate: cuius oblatio esset redēptio vniuersoꝝ. Casus enim totius humanæ speciei: ostendit necessitatem aut recreatiōis aut regenerationis eiusdem: ne sensibilis mundus maneret ociosus: cuius finis ē homo. Possibilitas vero natiuitatis Christi (id est q̄ ex peccatoribus aliquis absq̄ peccato: & ex seruis aliquis liber: ex corruptis aliquis incorruptus: ex morientibus aliq̄s immortalis diuīa virtute nasci potuit) tollit humanę recreationis necessitatē.

Humanā speciem quino iure a deo possideri. 20

Humana species possidebatur in primis a deo: deinde possessa est a Sathana: postremo vero redēpta est a deo: & possidetur iterū a deo. Possessa autem est vt diximus a Sathana non iure creationis: sed iure fraudis / iure humanę voluntatis / & iure humani peccati. Nunc vero possidetur & a deo iure multipliciore. Nā primo iure creationis. Secundo iure redēptionis & passionis Christi: qui vltro seipsum offerens eandem redemit. Tertio iure innocentiæ & puritatis: quæ a nostra regeneratione & sacro lauacro proficiscitur. Quarto iure voluntatis & obediētię: quia quotquot obedīūt Christo obediunt & deo: suam ipsorum voluntatē deo integerrime subiicientes. Supremo vero & vltimo iure bonoꝝ operū. Nam omne bonū opus sub inspiratione dei fit: quēadmodum & omnis nequitia sub Sathanæ militat imperio. Humana igitur species quæ quondam trino iure a Sathana possessa est: nūc quino iure a deo possidetur.

Christi passionem mere voluntariam fuisse. 21

Christi oblatio / passio & temporanea mors: fuit quo ad Christum volūtaria: q̄q̄ causa nostri apprime necessaria. Nam poterat Christus manere: & naturaliter non mori: cum nullam in semetipso causam mortis haberet. Mortis enim causam: nullus ignorat esse peccatum. p quod humana tota species sub Sathanæ iugo: morti erat obnoxia. Christus autem ob innocentiam suam & peccati carentiam: non erat

sub iugo Sathanę:sed liber & immunis ab ei⁹ potestate & innaturali mortis accidente. Nā sicut peccatum diuisio est & secessio a deo:qui est naturalis omniū vnitas/ac totius viuificę pacis & vnitatis causa:ita & hi quibus inerat peccatum/erant & a deo & a seipsis diuisi. A seipsis quidem secundum substantiales suas partes:vt secūdum corpus & animā,quarum naturale fœdus (quod absq̄ peccato erat immortale) per peccatum solutum est. Si enim non intercessisset hominis a deo per peccatum diuisio:nequaq̄ introducta fuisset diuisio aiæ & corporis/quā mortē appellamus. Si mansisset homo vnus cum deo:pmansisset vtiq̄ vn⁹ atq̄ indissolutus in seipso. Fœdus enim dei & hominis:causa est fœderis & naturalis vinculi animæ & corporis. Et contra diuisio hois a deo:diuisionē humanarū partiū vt aię & corporis operat. Vnitas vnitatis:& dyas dyadis est causa. Quia igit Christus peccato caruit: hic nunq̄ a deo diuisus est:sed illi semper & personaliter adhesit: & vnanimiter consensit obediens vsq̄ ad mortem. Et si nunq̄ a deo diuisus est Christus:nunq̄ vtiq̄ naturali serie debuit eius humanitas vlla morte resolui/nunq̄ vinculū & fœdus animę & corporis ipsius dissociari,quandoquidem dissolutio partium: pendet ex diuisione totius a deo,qui est toti⁹ vnitatis pacis & fœderis cā. Fuit itaq̄ mors Christi nequaq̄ naturalis aut contingens ex ei⁹ peccato:sed mere volūtaria,qua pro nobis (patri obediens) vsq̄ in mortem voluntarie progressus est.

22 Christi mortem ratione & cōparatione nostri:necessariam extitisse.

Nam haud aliter redimi poteramus: q̄ per vnius innocentis & per omnia imaculati agni oblationem. Erat enim necessaria humana redemptio/non simpliciter:sed secundum quid: ne diuinū opus maneret incōsummatū:ne vecuncta hęc sensibilia suo fine id est homine priuata/lugerēt & essent ociosa. Nā deus etsi contingēter & volūtarie creauit vniuersa:voluit tñ ea q̄ creauit manere perfecta:nec abundantia nec diminuta. Tolle autem hominem: illico diuinū opus & superfluum & imminutum manet. Supfluum qdem ppter sensibiles creaturas:quæ manent absq̄ homine ociosę. Diminutum vero propter hominem:qui finis est totius sensibilis mundi.

Ab homine peccatore humanū genus redimi non potuisse:sed solius innocentis & imaculati hois passione ac nece. 23

Potuit deus perfacile aut de nihilo aut de limo terræ:creare nouum aliquē hominē vt prius Adam creauerat,qui & natura esset absq̄ pecca to:& qui naturali perfruens immortalitate/diuinis pareret præceptis nunq̄ peccans/nunq̄ diabolo consentiens,qui esset pater alterius cuiusdā humanę speciei:similis natura & substantia ei speciei/quæ perierat & in morte iacebat. Misertus tamen deus ei⁹ humanę speciei quæ triplici iure possidebatur a Sathana: maluit possibiliore & faciliore via illā redimere/q̄ nouam aliquā procreare naturaliter (vt prior fuerat) immortalem. Necesse itaq̄ fuit aliquē ex mortalibus hoīb⁹ diuina virtute (nā id naturæ ordo operari non potuit) nasci immortalē;ex seruis/aliquem liberū: ex maculatis/aliquem immaculatū,vt is qui esset imortalis:sua morte/omnibus immortalitatē largiret. Et qui liber esset:sua seruitute cunctos ī libertatē vīdicaret. Et qui demum esset absq̄ peccato:fieret peccatum omniū:vt omniū peccata transferret.

Si simile ab simili nequaq̄ succidit aut exterminat:sed dūtaxat dissimile a dissimili & cōtrariū a cōtrario:haud ab renocētiū & peccatoꝝ hoīm noxas ab solo innocente homine esse sublatas. 24

Si nec solet nec potest:simile succidi ac destrui a simili: sed duntaxat dissimile a dissimili:& contrarium a contrario: quomodo ab homine peccatore potuit flāma ignis & incendiū peccati restingui/quomodo maculatus homo potuit cunctorum abstergere ac delere maculas/Sicut eīn aquā mundam esse oportet qua ablui ac lauari volumus (nam si immunda fuerit/fœdabit potius nos: q̄ sordes abluet)

ita & mundus & immaculat⁹ esse debuit is ho
mo: per quem cunctorum hominum maculæ
fuerant abstergendæ. Ex huius enim corpo-
re immaculatus sanguis & mundissima aqua
manãtes: humano toti generi & vitale balneũ
& salutiferum lauacrum hærentium macula
rum abstersiuum præstitere. Et quod longe
admirabilius est: immaculatus dei agnus no-
stra omnia sustulit crimina nostrasve maculas
abluit: absq; vlla contaminatione & inquina-
tione sui. adeo vt verissime dictum sit a ꝓphe-
ta. Deposuit omnes iniquitates nostras: & pro
iecit in profundũ maris omnia peccata nostra.
Astulit enim a nobis infirmitatem nostrã im-
posuitq; illam humeris suis: & excussit demũ
eam a seipso in profundum maris / in abyssum
mortis & æternæ obliuionis: ꝓcipitans iuxta
sacrum eloquium mortem in sempiternum.

25 Humanam speciem vniuoce id est in
suæ speciei similitudine & substantia:
& in eius speciei quæ periclitabatur ve
ro & proprio semine redimi debuisse.

Diximus regenerationem humanę speciei
oportere esse vniuocam id est in eadẽ substan-
tia & in eodem semine perfectam. Nam & hac
de causa diximus nullum dæmonum posse re
generari in dæmone alio: quia scilicet angelo-
rum substantiæ sunt inter se ęquiuocæ & in-
communicantes: carentes naturali coordina-
tione patris & filii inter se. Fuit igiť necesse hu
manã speciẽ regenerari in suæ speciei silr̃itudi
ne. Et nõ mõ in suę silr̃itudine speciei: sed etiã
in ꝓpria substãtia & ꝓprio semine ei⁹ speciei q̃
ꝑiclitabať obnoxia morti: id est in substãtia &
semine Adę. vt & Adam & cuncti eius filii: es-
sent eiusce regenerationis participes.

26 Si deus aut de nihilo aut e limo terræ
nouum quendam hominẽ ꝓcreasset: in
huius oblatione passione & nece: hũa-
num genus redimi non potuisse.

Hæc statim infertur ex præcedente. Esto
enim dicas deum potuisse rursum aut de nihi
lo / aut ex limo terræ nouum aliquem procrea
re hominẽ: in quo naturaliter nulla fuisset pec
cati macula: & hoc ipsi non imus inficias: atta
men dicimus illius noui hominis aut de nihi-
lo aut ex limo terræ procreati / spõtaneã obla
tionem & mortem: huic nostræ speciei quæ ex
Adã processit: nihil fuisse salutis aut redẽpti-
onis allaturam: propter æquiuocum & diuer
sitatem substantiæ. Nam etsi hunc nouum ho
minem nobiscum specie similem esse fateberer:
dico tamen illum esse ex ęquiuoca & incõmu-
nicanti substantia: e radice primi parẽtis Adę
nequaq̃ prodeunte. Is enim homo ad neminẽ
nostræ speciei sese haberet: aut vt pater aut vt
filius: sed a tota coordinatione naturæ / quę est
inter filios Adam: esset ex toto reiiciendus. At
qui diximus prius & nomen ipsum & rationẽ
regenerationis: arguere eos quidem qui rege-
nerãtur esse vt filios: eum vero qui regenerat
vt cunctorum esse parentem. Nã generatio &
regeneratio naturalia quædam nomina sunt:
quæ patrum erga filios proprietates quasdam
seruẽt. Sicut enĩ qui generat est carnalis oĩm
pater: ita & qui regenerat est pater spiritalis
vniuersorum. Et sicut qui regenerať vt Adã:
est spiritalis filius eius a quo regeneratur: ita
& qui regenerat Christus / debet carnalis esse
filius eius: quem & cui⁹ filios regenerat ac sal
uat. Haud potuit igitur in homine æquiuoco
qui ad neminem nostræ speciei sese habuisset
aut vt pater aut vt filius: humana nostra spe-
cies regenerari.

Id semen quod peccauit: debuisse pro 27
peccato pati.

In eius semine in quo habitauit peccatum:
debuit & passio pro peccato consistere. Pecca-
uit enim Adam & semen eius. Oportuit ergo
pati Adam & semen eius. Nam Christus est se
men Adæ: natus de virgine absq; immediato
semine viri. Si enim passio & oblatio hominis
facta fuisset extra Adæ semen: nil forte frugis
& vtilitatis hæc passio nostræ saluti attulisset
quandoquidem in eo semine debuit adimple-
ri passio: in quo erat & peccatum. Verũtamen
in semine immaculato: redemptum est macu-
latum semen: & in incorrupto / corruptũ. Adã
peccauit in ligno: Semen Adæ passum est in li

gno:vt peccatum quod per lignum processerat/per lignum interimeretur. Quamobrem nostra redemptio:cuncta fere nomina paria & vniuoca/cum ipsa totius peccati origine seruat. Nam peccatum hominis:non potuit nisi ab homine tolli. Peccatum Adæ:deleri non potuit nisi in semine Adæ. Peccatum in ligno nõ est sublatum nisi in passione per lignũ. Per quę enim vt scriptũ est quis peccat:per hęc & punietur. Haud igitur pro homine:debuit offerri angelus aut creatura aliqua sensibilis/homine iferior:vt leo bos haud aliud quicq̃. Neq̧ p Adam & semine eius:debuit nonnihil offerri quod esset alienum ab Adæ semine. Hæc enim omnia:scilicet angelus/sensibilis creatura homine inferior:& æquiuocus homo/qui non esset Adæ semen:sed procreatus a deo nouiter aut ex nihilo aut ex limo terræ:tam pro semine Adæ offerri non debuere:q̃ nec semen Adę regenerare potuere. Non igitur si deus nouũ hominem aut de nihilo aut de limo terræ procreasset:fuisset huius spontanea oblatio/& interemptio:nostra redemptio.

28 Haud eodẽ modo dicendum est Chrĩstũ nũc deo nunc morti seipsum pro nobis obtulisse.

Interim Christus vocatur agnus dei & immaculata hostia:deo pro humani generis salute oblata & immolata. Interim vero & illũ scripturæ chirographum peccati appellant:affixum cruci & factum pro nobis maledictũ:tanq̃ virum dolorum omnium nouissimum:scientem infirmitatem/percussum/humiliatum & derelictum a deo in manu hostili:cum tamen ꝑsonaliter deo cohæreret:& infirmitatẽ nõ haberet:nec peccatum fecisset:nec fuisset dolus inuentus in ore eius. Aliter igitur deo & aliter Sathanæ:pro nobis oblatus est Christus. Nam oblatus est deo tanq̃ immaculata hostia placãs iram dei. Oblatus est autem morti:tanq̃ sua morte exoluens illi p̃cium ac tributum pro debito peccati humanæ naturæ. Deus enim ex parte vna:humanam speciem propter eius inobediẽtiam deseruerat:repulerat:abiecerat:& eius ira super omnes homines merito incumbebat. Mors vero ex parte altera:illam per peccatum iure aliquo possidebat. Eadem igitur Christi vt agni innocentis immolatio:satisfecit vtrisq̧.& placans quidem iram dei:& exoluens morti pro hominibus tributum:concilians iterum hominem deo:& eripiens ac subducens illum a Sathanæ iugo.


Toti personæ Christi:quatuor de causis competere mediatoris nomen. 29

Secundum causas quatuor:competit personæ Christi mediatoris nomen. Prima est quia personaliter & in essentia suæ personæ:vtranq̧ naturam diuinam scilicet & humanã apprehendit. Secunda est ratione officii.quia Christus pontifex est vniuersorum hominum:assistens diuino conspectui pro hominibus & intercessor pacis eorum. Hic eñ primus & pertulit iram dei:& eandem in seipso cõpescuit. Voluit perferre in seipso iram dei:vt illa a cæteris hominibus auerteretur. Tertia causa est mediatio Christi inter Sathanam & humanũ genus. Exoluens enim seipsum pro vniuersorum debito:cunctos a Sathanæ potestate liberauit. Quarta est qua probatur inter deum & Sathanam medius fuisse:vt eripiens quidẽ hominum genus a Sathanæ potestate & concilians illud deo. Exiens enim & procedẽs a deo Christus penetrauit (secundum scripturas) in inferiores partes terræ. Portas ęreas confregit/dirupit infernum/intrauit abyssum/carceres Sathanæ (quæ promptuaria erãt humanarum animarũ) spoliauit:& alligatas sub tenebrarum caligine/sanctorum animas/non modo in antiquam paradisum:sed & in cœlũ reportauit.

Omnem Christi a patre progressionẽ & ad patrem reuersionem:in quadrato concludi. 30

Ex præcedentis discussione hunc quẽ præsens proponit facile eliciemus quadratum. Nã Christus a patre missus est in primis/in mundum. Ex mundo descendit in infernum. Ab inferis resurgens:in mundum rediit. A mundo vero ad patrem ascendit. Hæc sunt quatuor latera expetiti quadrati. Quorũ primũ est in

carnatio verbi. Secundũ paſſio ſeu mors Chriſti/per quã abiit in infernũ. Tertium reſurrectio eiuſdem: per quam reuerſus eſt in mũdũ. Quartum vero aſcenſus eiuſdem ad patrem: q Chriſtũ in ſuũ reuocauit initiũ illiuſq; aut quadratum aut circulũ compleuit. Et huius



totius quadrati duo latera ſunt vt deſcenſus: duo vero vt aſcenſus. Nam a patre in mundũ & a mundo in infernum deſcendit Chriſtus: qui ab inferno in mundũ & a mundo in cœlũ aſcendit. Omnis igitur Chriſti a patre ꝓgreſſio & ad patrẽ recurſus: quadratum cõponit.

31 Horum quatuor incarnationis: paſſionis: reſurrectiõis & aſcenſionis: ꝓprietates afferre.

Diuini incarnatio verbi ante oĩa ſubſtãtiale dei verbum: e cœlis huic mundo & virginali vtero infudit. Mors vero humanitatis quæ eſt ſolutio animæ & corporis Chriſti: fecit vt idem verbum/Chriſti animam comitaretur ĩ infernum. Reſurrectio vero: eandem animam cum diuino ſociatam verbo/eduxit ab ĩferis. Suprema autem aſcenſio: verbum ipſum cũ tota hũanitate patri reſtituit. Deſcẽdit verbũ ſolũ abſq; hũanitate (nã nõdũ erat incarnatũ) in mundum & in vterum virginis. Deſcendit verbum cum ſola anima: abſq; corpore in ĩfernum. Corpus enim Chriſti nõ deſcendit in infernũ: ſed manſit in mundo in ſepulchro: cui etiam diuinum aderat verbum: tam animę q̃ corpori præſens. Aſcendit vero ab inferis verbum ſicuti deſcenderat cum anima. Aſcendit demũ ad patrẽ: cum humana tota ſubſtantia. Etenĩ cũ diuino verbo: & anima & corpꝰ Chriſti/iterum ſibi inuicẽ naturaliter ſociata aſcẽderunt. Non deſcendit anima Chriſti e cœlis in mundum: quia non fuit creata in cœlis ſed in vtero virginis: in quo & cõcepta fuit puriſſima eius caro.

Omnium rationalium animarum proprium eſſe: vt a deo in ſuis tantum corporibus procreentur. 32

Omnium rationalium animarum id proprium & peculiare eſt: vt procreẽtur a deo in ſuis corporibus: nec prius eſſe incipiant q̃ eſſe in corporibus. nec prius habeant eſſe: q̃ aut cõcepta ſit aut aliquãtiſper ornata perfectaq; totius corporis compago. Eam enim opinionem quæ cunctorum hominum animas/ab initio & origine mundi ſimul a deo procreatas fuiſſe fatetur: & demum ſucceſſione temporũ ſenſim illas e cœlis illabi & infundi corporibꝰ: dudum alibi exploſimus. Nec minꝰ etiam eã exibilamus: quæ q̃q̃ non ſimul ſed ſenſim ac ſucceſſiue procreari a deo animas velit: illas tamẽ profiteẽ extra ſua corpora procreari. vt in cœlo aut in elementis: aut alio quouis loco. ac deinceps illas in ipſa corporis clauſtra celitus immitti.

Legem per quam reuixit & apparuit peccatum: contrariam eſſe peccato. 33

Q; lex ſit quædam peccati vita & apparitio: monſtratum a nobis prius eſt. quando etiã & diui Pauli teſtimonium citauimꝰ dicentis: ſine lege mortuum peccatum fuiſſe: per legẽ autem illud reuixiſſe. Ego enim inquit concupiſcentiam neſciebam: niſi lex diceret/non cõcupiſces. Et addit vlterius dicens: peccatũ autem occaſiõe accepta per legem: operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Hæc eſt enim antipariſtaſis peccati/hæc cõtrariorum circũſtantia. Nam ſicut vnum contrariorum ſui contrarii circunſtantia & obſidione vires accipit: euaditq; & fortius & manifeſtius: ita & diximus peccatum ſub circunſtantia diuinæ legis/quaſi ſibi contrarię atq; repugnantis: vires reſumpſiſſe & maiꝰ peccatum apparuiſſe.

Humana etenim natura prona ac propẽsa est in vicium: & vnũquodq; quanto collecti⁹ est & magis vnum: tanto & fortius efficitur. Diuina igitur lex & aduersa est & contraria peccato: & indulta a deo vt destrueret peccatum quæ demum vbi & circunstetit & obsedit peccatum in Israel: illud quod prius sparsum erat collegit: ei quod imbecillum ac diffusum: vires addidit: & quod mortuum sopitumq; iacebat viuificauit.

34 Qq̃ per legem malum id est peccatũ reuixerit: legem tamen malam & bono contrariam nõ esse.

An ergo lex (vt sacer Paulus percontatur) mala sit? quæ est vita peccati / quæve & fortificauit & apparere fecit peccatum. Nam & vita & fortitudo & apparitio peccati / mala quędã & fugienda sunt: quę tamen per legem illata. Si lex intulit peperitq; malum id est peccati vitam: quomodo non est mala lex? Nam bonum nunq̃ aut malum infert / aut in malum degenerat: sed quicquid ex bono pẽdet: bonum est. Quod vero a malo procedit: contingit id aut malum aut bonum esse. Vt enim natura boni immutabilis est & semper gignens bonum: ita & natura mali / mutationi est obnoxia: nũc bonum patiens nũc malum. Si ergo ex lege illatum est ac pepẽdit malum: vt vita / fortitudo / lux / collectio & apparitio peccati: quomodo queat lex dici bona? Ad hæc dicimus legem & bonam esse & boni causam / & boni gratia a deo indultam. Nam peccatum seipso malum est: lex autem peccato obsistit estq; illi contraria. Bona igitur est lex: quę murus est & obsidio peccati, contranitens illi & vetans illud amplius diffundi cupiens insuper illud exterminari.

35 Legem q̃q̃ fortificãtem peccatum: malam tamen non esse ex analogia ostendere.

Intellige id contigisse in peccato: quod contingit in aliquo rege bono qui ciuitatem quandam hostilem plenam iniquorum hominum euertere moliatur. Hic enim rex collecto exercitu circa eandem ciuitatem castrametabitur: illamq; q̃ artissima poterit obsidione premet. Audientes autem iniqui ciues aduentum regis: cuncti illico ciuitatem tuendę illius causa ingredi properabũt. Fossas murosq; ciuitatis instaurabunt. Conductos insuper ingẽti mercede milites accersent: & in eam introducent. Erit itaq; rex bonus obsidens impiorum ciuitatem: causa in primis cur hæc ciuitas & multitudine hominum & altitudine murorum & fossarum profunditate euadet istructior. Cupit tamen rex euertere ciuitatem / non autem reddere fortiorem. Verum circunstantia & obsidio ciuitatis a bono rege: cõstat circa eam antiparistasim: augetq; ad tempus vires ciuitatis: quoad ex perseuerantia & longanimitate regis circa ciuitatem: sensim aut fame aut quouis morbo / iniquorum ciuium elãguescete incipiens virtus / ex toto concidat & per se corruat, quæ vbi penitus emarcuerit: tum per facile erit bono regi absq; fere exercitu & corporeis viribus: ciuitate potiri. Ex huius igitur analogiæ similitudine intellige quo pacto deus destruere & subuertere volẽs peccatum: illud per legem obsederit: prævalens non quasi viribus: sed longanimitate / perseuerantia & patientia: elanguescere & emori sinens totius peccati vires.

Subuersionem & interitum peccati p legem ex analogia & aliqua similitudine inferre. 36

Similitudo & analogia quã p̃sens expetit p positio tota fere in p̃cedente allata & exposita est. Deus enim rex bonus & pius est: Lex vero exercitus dei: peccatum ciuitas impiorũ, quæ ꝓpter obsidionẽ imminentem: virium accepit incrementa. Perseuerantia regis boni circa ciuitatem: longanimitas & patientia dei est: patienter sufferens peccatũ: quoad seipso deficiat / elangueat / emarcescat. Fames & morbus impiorum in ciuitate obsessa: infirmitas ẽ peccati, cuius virtus: quia violenta & innaturalis: perseuerare & fugis esse nequit. Occupatio autem iam viribus destitutæ ciuitatis a rege / fere absq; exercitu & corporea fortitudine: subuersio peccati & mali est a deo: non

Similia

Progressio diuina in subuersione mali.	Analogia regis boni ciuitatē obsidentis ad subuersionē peccati.
Deus	Rex bonus
Lex	Exercitus
Peccatum	Ciuitas impia
Vita peccati	Fortificatio ciuitatis
Patientia dei	Perseuerātia regis in obsidione
Infirmitas peccati	Fames morbus
Subuersio peccati	Occupatio ciuitatis.

corporeis viribus:sed in iudicio & iustitia prę ualente.Etsi igitur lex a deo indulta Israeli sit vita quædam & apparitio peccati;nō tñ ideo lex probatur eē mala.Est enim lex obsidio peccati in populo Hebręorum:prępia subuersionis eiusdem.Nam volens deus sanare Israelem & curare eius peccatū:obsedit sub lege peccatū,nō vt viuificaret illd̄ eiusq; vires augeret: sed vt euerteret & auferret a pplo suo. Sicut eñ necessaria ē obsidio hostilis ciuitatis prius q̄ illa subuertatur: ita & necessaria extitit lex: vt ī ea obsideref & demū subuerteref peccatū.

37 Vitam & fortitudinem peccati illatā ex lege: nequaq̄ ex natura legis: sed ex vi solius peccati accidere.

Diximus legem nihil aliud esse: q̄ obsidionem & coartationē peccati. Et bonam esse legem:quemadmodum & obsidio impię ac rebellis ciuitatis bona est.Non enim ea præsertim intentione data est lex: vt reuiuisceret & fortius fieret peccatum. quēadmodum neq; rex bonus/ea mente impiam ac rebellem obsidet ciuitatem:vt illa virib⁹ augeatur:euadatq; & fossis & muris & militib⁹ instructior.sed eam oppugnat: vt tandem expugnet euertatq;.Q; enim impia ciuitas ex obsidionis pręsentia virium incrementa accipiat:id nō est ex natura boni regis:sed ex natura ciuium iniquorum;qui fossas eius murosq; instaurāt.Ita igitur & deus legem non dedit: vt in ea viueret aut fortius fieret peccatum:sed vt peccatum subuerteretur atq; deleretur. Vita enī & fortitudo peccati:nequaq̄ accidit ex natura legis: sed ex natura peccati:vires instaurantis in obsidione legis & cōtra legem seipm fortificantis.Hoc enim & verba diui Pauli sonant dicentis. Occasione autem accepta p legem peccatum reuixit: & operatum est in me omnem concupiscentiam.

Christi passionem ac necem esse summe & maxime peccans peccatum: terminans legem. 38

Christi interēptio:quędam adimpletio legis est:quam & Moses & cuncti prophetæ euērturam p̄dixerāt.Pręfigurata erat mors Christi in morte & nece prophetarum. Mors vero prophetarum cōsummata est in nece Christi: tanq̄ ī cōclusione & fine legis.Mors enī regnauit in lege:incipiens a prophetis vsq; ad Christum.Summa vero toti⁹ peccati/vita item & exaltatio peccati siue maxime peccans peccatum:Christi interēptio est:aliquo pacto in lege conclusa/quæ est & summum malū & summum bonum.Summum quidem malū vt contingens ex lite & inimicitia peccati:vtve perfecta & patrata ab his:in quibus supme excellēter & quasi in apice viuebat peccatum. Summum vero bonum vt operans atq; eliciens redemptionem vniuersorum: vtve totum ipm peccatum crucifigens/subuertens/interimēs. Vbi enim per mortem Christi peccatū maxime reuixit atq; apparuit:mox illd̄ subuersum est ac funditus exterminatum.

Christum & sponte pro nobis passum esse: & cum in eo nulla esset iniquitas: omnium nostrum iniquitates ptulisse. 39

Diximus Christi necem toti humano generi fuisse pernecessariam:& placuisse deo patri/vt filius eius pro salute vniuersorum imolaretur.Non enim ad id incarnatū est dei verbum aut propterea natus Christus:vt sol⁹ maneret viueretq; natura immortalis:sed vt of-

ferens ſeipſum pro nobis: multum fructum afferret omniumq; ſalutem moliretur. Qꝫ enim interemptus ſit Chriſtus: non neceſſitate captiuitatis ſuæ ab Hębreis quaſi effugere non potuerit eorum manꝰ: aut quaſi in inſidias & laqueos eorum incautus inciderit: ſed ſponte ſua & propria volũtate Eſaias his verbis oſtẽdit. Oblatus eſt quia voluit. Sicut ouis coram tondente ſe obmutuit: & non aperuit os ſuum. Eius vero innocẽtiam pariter teſtatur: dicens eum non propter ſeipſum ſed propter nos afflictum & attritum. Ipſe (inquit) vulneratus eſt propter nos: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et poſuit deus in eo iniquitatẽ omnium noſtrum. In quo enim nulla fuit aut naturalis aut ſpõtanea iniquitas: in eo poſuit deus & naturalem & voluntariam iniquitatem vniuerſorum. Is demum ſolus qui proprii peccati pondus non habuit: magna ſua clementia & bonitate / cunctos ab intolerabili propriorũ peccatorum ſarcina exonerauit.

40 Nequaq̄ vt fabulantur aſtrologi Chriſtum paſſum eſſe: quia cum aduenerat hora eius: manus Hebræorum effugere non potuerit.

Qꝫ vltro & non inſperato fuerit captus ab hebræis: palam eius prædictiones oſtendunt. Prædixerat enim crebro diſcipulis ſuis: ſe veniſſe in mundum: ſe a patre miſſum vt patris impleret voluntatem. ſeq; a peccatoribus capiendum / ligandum / flagellandum / conſpuendum: ac demum turpiſſima crucis morte condemnandum & tertia die ſurrecturum. Et ſpõte cœna facta / abiit in hortum trans torrentem Cedron: præſciens ſe ibidem ea nocte vinciendum. Nã cũ dixit diſcipulis: dormite & requieſcite: ecce appropinquat qui me tradet: nondum oculo corporeo eos cernebat / qui ad ſe capiendum & ligandum appropera bãt: ſed diuinitatis intuitu: illos eminus & adhuc diſtantes conſpicabatur: & eorum aduerſum ſe conſilia & occultas inſidias: plane intelligebat. Et rurſum cum iam ligaretur / ſignificans ſe vltro duci & pro hominibus pati velle: dixit Petro. Mitte gladiũ tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater: non vis vt bibam illum? Et iterum ad eundem. An non putas quia poſſum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo pluſq̄ duodecim legiones angelorum? Si ergo poterat rogare patrem cum ſemper exaudiretᷣ a patre: poterat vtiq; & eo quoq; tempore ſicut & prius euadere & effugere manus Iudæorum. Quãobrem haudquaq̄ verum eſt quod fabulantur Aſtrologi / iudices & inſpectores horarum: dicentes quoniam vbi aduenit hora eius: non potuerit denuo ſicut antea ſolebat / euadere laqueos & manꝰ Iudæorum. Volunt enim ea demum hora neceſſitatem incubuiſſe vt Chriſtus caperetur: nec tum illum potuiſſe ſuæ obſiſtere captiuitati. Nos vero euangelicis verbis innitentes aliter ſentimus: dicentes Chriſti necem & voluntate eiꝰ ꝗ offerebat patris: & volũtate eius ꝗ offerebatur filii: & ſola neceſſitate humanę redemptionis contigiſſe.

Chriſti necem q̄q̄ & diuina diſpenſatione pręordinatam & noſtrę ſaluti per neceſſariam: ipſis tamen hebręis imputari in peccatum. 41

Si Chriſti mors & interemptio: completa eſt & voluntate dei & neceſſitate humanæ ſalutis: cum & voluntas dei ſit bona & humana ſalus etiã bona: quomodo illa / Hebręis imputatur in peccatum? Interficientes enim Chriſtum Hebræi: & voluntatem dei & prædictiones prophetarum impleuerunt: & humanam inſuper ſalutem operati ſunt. Ad hæc dicimꝰ ab intentione & fine ſumendum eſſe totiꝰ operis iudicium. Nam bonum aliquod interdum bene / interdum vero male patratur. Iudæi autem interficientes Chriſtum: impleuere quod præordinatum erat a deo & prædictũ a ꝓphetis. Cunctis inſuper hominibus: grande aliqđ ac ſummum bonum pepererũt. At vero quia non intentione & mente implendæ diuinę pręordinationis aut propheticæ prędictionis aut humanæ ſalutis: impias in Chriſtum manus extenderunt: ſed concepto odio & inimicitia inſtigante: ideo ingens ſcelus operati dicũtur a deo vt mors Chriſti ſit inſigne & maxime

peccans eorum peccatum: illarum in lege. Nā & Nabuchodonosor rex Babylonis qui & Hierosolymam euertit: & Salomonis tēplum succendit: & partem populi interfecit: reliquam vero partem vinxit & captiuam in Babyloniā perduxit: hic operatus est quod deo placuerat. Voluntatis enim dei erat vt propter peccata populi & ciuitas euerteretur & templum arderet: & populus partim cęderetur/ partim captiuus abduceretur. Verūenimuero quia hęc non vt obsequeretur deo: sed hostili animo pfecit: ideo ea illi acta: in peccatum cesserūt. Eodem igitur argumento mors Christi (q̄q̄ summum bonum) hebręorum trāsgressio & summe peccans peccatum appellatur.

42 Quēadmodum omne bonum opꝰ ad deum vt ad primam causam refertur: ita & omne opus nequam ad Sathanā vt totius mali causam & primum eius initium esse referendam.

Deus nullius est peccari causa nec sub eius aut voluntate aut inspiratione aliquod peccatum viget. Omne autem peccatum quod vel angelus nequā vl' homo iplet: merito Sathanę imputatur: tanq̄ in cuius mente prima viguit peccati radix: q̄ deinceps in hominum mētes: inuisos ramusculos extendit. Cur enim ei qui primus in propria mente plantauit originem & radicem peccati: omne reliquum peccatum omnisve peccati fructus nequaq̄ imputetur? Nam qui insertor est radicis aut germinis alicuius: est & totius arboris & foliorum eius & florum & fructuum causa. Vt enim in mente diuina ortum est germen boni ex quo omne deinceps bonum opus deriuatur: ita & in mente Sathanæ ortum est mali germen/ quod deinceps omne malum parturiuit.

43 Christi interemptionem Sathanæ imputari: tametsi illam vxori pilati noctu apparens tardare & impedire molitus sit.

Cum enim omne malum sit a Sathana inuectum: Mors autem Christi sit malum quiddā dicimus & Christi necem secundum Sathanę suggestionē pependisse: & non immerito illi ī peccatum imputari. Nam etsi vxori Pilati per somnium suggesserit: vt Christum tanq̄ virū iustū a marito dimitti precaretur: id minime boni alicuius gratia: sed ne spoliaretur infernus & concideret eius imperium: implere satagebat. Moliebatur enim Sathanas tardare & auertere Christi necem: nō propter iustitiam Christi simpliciter: sed quia nouerat Christi imolationem sibi fore perniciosam: & summo exitio futurā: seq̄ omni virtute & imperio (si Christus immolaretur) in iustitia & iudicio a deo priuandum. Si quis enim princeps tectis viri cuiusdam quem oderit ignem subiici imperarit: quem postea q̄ conceptum est incendium/ facti peniteat: iubeatq̄ ignem illico restingui/ ne latius deflagrans flamma sua ipsius etiam tecta corripiat: manifeste huius & sera nimis est & indigna poenitentia. Sera quidem nimis: quia per cuncta tecta volans incēdium restingui non potuit. Indigna vero quia non alieni mali: sed proprii dūtaxat mali deuitandi causa idipsum pręceperit.

Sathanā aliquo pacto authorē & causam esse mortis Christi.

Nā Sathanas author & causa est totiꝰ eiusce incendii: quod & dæmonum cohortes & hominum genus corripuit. Videns autem sibi p Christi mortē imminere exitium & in seipsum id q̄d prius suscitarat conflari incendiū: illud nimirum in persona Christi restinguere conatus est: sed non prævaluit. Id enim testatur diuus Ignatius in epistola ad Philipenses dicēs, Malignus interitum sibiipsi esse cognouit crucem domini. Hoc eni trophęum est contra eiꝰ virtutem: quod videns expauescit & audiens timet. Nam & anteq̄ facta esset crux: festinabat facere hoc & operari in filiis diffidentiæ. Operatus est autem iuidia in Pharisęis/ in Saducęis/ in senioribus/ in iuuenibus & sacerdotibus. Cum autem properaret vt fieret: cōturbabatur. Et postea desperationem immisit pditori: & laqueū ei ostēdit & suspēdiū eū docuit. Et mulieri imisit timorē in sōno: cōturbās & cōpescere tērās patibulū crucis. Malignꝰ enī sc

draconem:iuſte omnem animam cui peccati originalis macula inhæſit deuorantem.Obtulit enim ſeipſum Chriſtus Sathanæ in mortem quem Sathanas tanq̄ communem hominem nihiloq; cæteris abſimilem deglutiens:ſe ipſum fefellit:neſciēs in eo habitare diuinitatem.Hunc ergo vitę fructum quem incautus edit:in ſuo ventre cum cæteris animabus continere non potuit ; ſed ſciſſo ventre diruptus non modo hanc animam quam iniuſte momorderat:ſed & complures quas iuſte detinebat:perpetuum lugens ac deſolatus amiſit . Sathanas enim mors eſt:Chriſtus vero vita.Mors edit vitam. Mors eſu vitæ crepuit & mortua eſt.Quia enim mors iniuſte vitam abſorbuit:perdidit mors ea quæ iuſte ob inhabitans peccatum poſſidebat.Nam cuncti peccatores hoīes iuſte a morte & Sathana poſſidebant:hiq; nec ipſas tollere inferni valuas: nec Sathanæ ventrem dirumpere valuerunt. Vbi autem in morte & Sathanæ ventre Chriſtus per omnia innocentiſſimus inuentus eſt: hinc pepēdit interitus & condēnatio mortis. Edens igitur Sathanas Chriſtum totius vitæ fructum:iudicium ſibi manducauit ſeq; ipm̄ morſu virulento interemit.

49 Hoc ſacrum eloquium:Ero mors tua o mors:morſus tuus o inferne:ad Chriſtum referre.

Quia deſcēdit de⁹ ſub ſpecie cōmunis hoīs latitans:in ventrem Sathanæ/in os mortis/& baratrhū inferni:ideo factus eſt prædo ſanctarum animarū quæ ibidem repertæ ſunt. Fuit enim iniuſta mors Chriſti:euacuatio inferni & obturatio abyſſi.Euacuatio quidem propter animas protoplaſtorum & ſanctorum patrū veteris teſtamenti:quæ diſpoſitæ erāt ſub vmbra & caligine/in ſpe futuræ immortalitatis q̄ reuelanda erat in manu mediatoris.Obturatio vero propter animas ſanctorum noui teſtamenti:quæ præſentis regenerationis participes effectæ:in os & fauces inferni nequaq̄ labūtur.Vitæ igitur fructus id eſt Chriſtus;morti Sathanæ & inferno fuit exitioſus:mordens eum qui ſe momorderat:& perimens eum qui ſe occiderat.Immo vero Sathanas qui momordit & interfecit Chriſtum:ſibiipſi man⁹ cōſciuiſſe ſeq; ipſum peremiſſe dici poteſt.

Gentes in circuitu Iſraelis habitantes: ſimilitudinem quandam legis habere. 50

Habetur in libro Iudicum: hæ ſunt gentes quas dereliquit deus vt erudiret in eis Iſraelē. Non enim voluit deus ſtatim delere cunctas gentes a facie Iſrael:ſed nōnullas reliquit i circuitu populi ſui:vt eſſent flagellum ei⁹ & virga iræ dei.vt quoties populus a veri dei cultu defeciſſet/gentium idola ſequutus: hic a deo in baculo & virga vicinarum gentium cędere tur.Solet enim plerūq; pax bello eſſe pernicioſior.Nam bellum corpus tantum & carnē perimit:pax vero & animę carni (vt plurimū) exitioſa reperitur.In tēpore belli:nec delitiis nec luxui aut eneruationi animorum indulgetur: ſed inſtigante inſtanteq; mortis timore: cuncti aut ad corporeā militiā: aut ad diuinę orationis præſidia:tuendæ vitæ cauſa ſedulo recurrunt.Vbi autem a bello temperatur: vbi ſublatus eſt ingruētium pauor hoſtium:mox & intermiſſæ repetuntur delitiæ:& tam corporea q̄ ſpiritalis militia (quæ ſita eſt in oratione) obliuioni mandatur.Prouidens igitur deus populum ſuum duræ ceruicis futurum & curam gerens ſalutis ipſius: dereliquit gentes in circuitu eius.vt populus exiguus quaſi obſeſſus a gentibus:aſſidua & fere ſemper ingruente earum hoſtilitate; diuino ſe ſemper cultui deuoueret: diuinumq; præſidium iugi oratione:aduerſum irruentes gentium turmas imploraret.Omnes itaq; gentes ſitæ ī circuitu Iſraelis: ſimilitudinem quandam habent legis/a deo Iſraeli indultæ.Nā diximus legem:eſſe obſidionem peccati in populo dei: per quam reuixit peccatum.& vſq; adeo quidem reuixit:vt in maximum & ſumme peccās peccatum/id eſt in vſq; Chriſti necem ꝓgreſſum ſit.

51 Mortem & paſſioné Chriſti:in paſſione Hieruſalem & populi dei a gentib⁹ præfiguratam fuiſſe.

In populo dei:oppoſitum factum eſt ei⁹ qđ fieri debebat. Nam in lege vitæ mortu⁹ eſt populus:qui legem acceperat vt in ea viueret/vitamq; conſequeretur. Lex enim & bona eſt: & populo indulta/vitæ & ſalutis ipſius gratia. Sicut igitur poſuit deus populo legem vt viueret in ea:ita & reliqt in circuitu Iſraelis gentes:vt ꝓbaret erudiret & caſtigaret in eis Iſraelem. Lex enim malleus eſt & petra peccati:quẽadmodum & gentes quondam malleus fuere & virga populi dei. Cum vero Chriſtus ſit vita populi dei:quæ mortua eſt ſecundum legẽ dicentium:Nos legem habemus & ſecũdum legem debet mori:quia filium dei ſe fecit: manifeſtum eſt necẽ: & paſſioné Chriſti præfiguratam fuiſſe in paſſione & ſubuerſione ciuitatis Hieruſalem a gentibus. & pari odio deſlagraſſe gentes in populũ dei & in ciuitatẽ Hieruſalem:quo etiam populus dei in Chriſtum dei electum/debacchatus exarſit.

52 Dæmonum exercitum ad humanã totam ſpecié:& gẽtiũ multitudiné ad populũ dei:& populũ dei ad pſonam Chriſti eodẽ modo ſe habere.

Hęc propoſitio latam ſimilitudiné & analogiã cõplectitur. Edocuit eñ præcedens præfiguratã fuiſſe paſſioné Chriſti a Iudæis:in paſſione Iudęorũ & Hieruſalem a gẽtibus. Hæc eſt ergo portio & pars vna ſimilitudinis quã præſens proponit. Nam ſicut ſe habet vnus homo Chriſt⁹ ad multos homines qui ſunt populus vnus vt ad Hebræos; ita ſe habet populus vnus ad multos populos & ad varias natiões gentium:quæ ſunt vna humana ſpecies. Et rurſum eo modo tota humana ſpecies ſe habet a varias & ęquiuocas legiões dęmonũ. Obſidẽt dęmonicę cateruę humanam totã ſpecié:hoſtiliter in illã debacchãtes: & pro ſuę immanitatis libidine ea abutẽdo/illam in varia flagitia compellentes. Obſederũt & omnes gentes populum dei:illum perimentes/euertẽtes/in captiuitatem abducentes. Circunſtetit & populus Iudæorũ vnũ virum Chriſtum:in quẽ (inteſtino odio concepto) debacchatus eundẽ tã q̃ hoſtem/tanq̃ iniquũ & ſeductorem plebis/cruci affigens interemit. Concluſit deus oĩm dæmonicarum legionum odia ac tyrannides in vna humana ſpecie. Congeſſit oĩm nationũ & gentium inimicitias:in vnico Hebręorũ populo. Concluſit deniq; toti⁹ ſui populi iniquã voluntatem:in vna perſona Chriſti. Permiſit deus humanã totã ſpeciẽ aliquo tẽpore opprimi ſub diro & immani dęmonum iugo. Permiſit onus gentiũ verſari nõnunq̃ in humeris populi ſui. Permiſit & toti⁹ populi onus: vni⁹ hominis vt Chriſti filii ſui ceruicibus imponi Hoc eñ modo omnis hoſtilitas/omne odiũ & inimicitia:ab latiſſima quadam dęmonũ circũferentia:ad vnius vſq; hominis ſcilicet pſonæ Chriſti cẽtrũ/probatur deuoluta. Ortum eſt eñ omne malũ:in circũferentia & ampliſſimo



dæmonū circulo. Quod a circulo dęmonum: sinistris ventis profectum est in circulum gentium. Penetransq; circulum gētium: in populi vsq; Iudaici circulum sese propagauit: cuiꝰ vltimus effectus ac terminus fuit Christi interemptio. Ibi enim tanq̄ in centro conclusum est & mortuum omne malum: quod ex amplissimo dæmonum circulo primitus irrepsit. Eo igitur modo se habet exercitus dæmonum ad humanam totam speciem: quo & gentiū multitudo ad populū dei: id est ad Hebręos: & quo rursum dei populus ad Christum: tanq̄ ad intimum & supremum humanæ totius speciei centrum.

54 Quēadmodum ab extremo & amplissimo dæmonum circulo vsq; in centrū Christi processit oppressionis & seruitutis series: ita & ex opposito a centro personæ Christi vsq; in dęmonū circulum ordo victorię procedit.

A dæmonibus vsq; ad Christum pergit oppressionis & seruitutis series. A Christo vero ad vsq; dęmonū cateruas: procedit ordo victoriæ. Oppresserunt enim dęmones cunctas gētes. Omnes vero gentes Hebręos oppresserūt: & in seruitutem redegerūt. Hebræi autē Christum hūiliantes occiderūt. At viceuersa Christus sua morte vicit hebręos / constituꝰ a deo rex eoꝝ. Hebręi vero suæ seruitutis patientia gentes vicerunt: earū ve iugū crebro a seipsis excusserunt. Omnes quoq; gentes humanave tota species renata per Christū: diabolū vicit. Et vt paucis totius eiusce analogię vim cōcludamꝰ: sicut ꝑpessus est Christus malū oē quod a dæmonibus effluxit: ita & e diuerso in dęmones oē malū reuerteť. Liberauit eñ deus Christum de manibus Hebræoꝝ: suscitans illum a mortuis. Liberabit populū suū de manu gentiū. Liberabit deniq; oēs gētes de manu Sathanæ & angeloꝝ eius. Motꝰ mali qui a circunferentia dęmonū vsq; in Christi cētrū peruenit a Christi innocentis cētro ad nocētiū dęmonū circūferentiā reuerteť. Ois eñ Sathanæ nequitia conuertetur ac redundabit in caput eius. Habitauit primū deus in vnius hominis scilicet Christi persona: vt per vnum virum / in cūctis gentibus habitaret. Voluit vero & in cunctis habitare populis: vt ab eis auerteret iram dei & euacuaret Sathanę oimq; dęmonū ptātē

Omne totius humanæ speciei malū in vna Christi persona interiisse. 55

Ante præcedēs circulos quattuor descripsit seinuicem complectentes. Quorum intimi ab extremis: & minores a maioribus temporaliter obsidentur & opprimuntur. Horū maximus & omnium extremus est dęmonū circulꝰ in quo omniū emersit maloꝝ scaturigo: q̄ exinde in humanam effluxit speciem vsq; ad centrum Christi. qui q̄uis fuerit absq; peccato & per omnia innocens: omnium tamen hominū mala & peccata pertulit solus: interficiens omne malum in seipso: & euacuans ac superans oēm potestatē tā terrenā q̄ spiritalē. Incipiēs eñ a seipso: oia subiecit deo: expolians & euacuans potentiā totiꝰ spiritalis nequitiæ: a qua inuisibiliter obsidebať & affligebať humanū genus. Volens igiť deus destruere omne hūanæ speciei malū: imposuit illud humeris vniꝰ personæ: vt q̄facillime in vnius personę interitu & nece pro oibus suscepta: interimereť oē malū: eoq; relabereť / vnde ab īitio effluxerat.

Totius mali iugum per Christū ab humana specie sublatum: in suum initiū id est in dæmonum ceruices contraria latione reuerti. 56

Nā quēadmodū opp̄ssio / iugum / mors / miseria / calamitas / afflictio & oē malū e circulo dęmonū ꝓdiit in nos: ita & ꝑ Christū cuncta hęc mala ab hominibꝰ excussa / in dęmonū circulū reuertenť: suoꝝq; initioꝝ ceruicibꝰ imponeť. A circūferētia eñ ad cētrū ꝓgressa ē mors ab initio: omnisq; seruitus & afflictio. A cētro vero ad circūferētiā: ex opposito victoria dñatio & vita ꝓcedet. Serui eñ iuxta sacrū eloquiū: possidebūt eos q se possederāt & dominabunť eoꝝ. Seruierūt oēs gētes dęmonibus: seruiuit Israel cunctis gētibus: Israelitico populo seruiuit Christus: humiliatꝰ & occisus ab illo. Dñabitur igitur Christus totiꝰ Iudaici populi. Iudaicus populus oīm gētiū ꝑ Christū cōstitueť

dominus. Omnes deniq; gentes omnisve hũanas species: immundos calcabit spiritus: eorumq; virtutem nequaq̃ ampli⁹ expauescet. Sicut igitur omne malum a dæmonibus procedens impositũ est vni Christo: ita id a Christo sublatum: in dæmones cõtraria ratione reuertet.

56 Iudaicũ populũ haud ab re ab Ezechiele propheta habitatorem vmbilici terræ vocari.

Ex præcedentibus manifestum est cur Iudaicus populus: dicatur ab Ezechiele habitator esse vmbilici terræ. Vt enim vmbilicus in media humani vẽtris superficie sedet: ita & Iudaicum solum in medio fere terrarum. Nã cũctę nationes quę habitant super terram: sunt ĩ medio spiritalium nequitiarum aeris huius. Hebręorum vero populus in medio & centro omnium nationum. Christus autem in medio totius populi. De⁹ vero in medio Christi. Hic etiam manifesta est veritas sacri eiusce sermonis: de⁹ apparuit in medio terrę. Et rursum huius: Eris salus mea vsq; ad extremum terrę. Exorta enim est cœlestis vita in meditullio & cẽtro mundi: vt in persona Christi. per quam in ipsum dei populum ac deinceps ad extrema vsq; terrę: in omnes gentes eadem vita est propagata atq; diffusa.

57 Christus q̃q̃ nec mors nec peccatũ sit sed pura vita & innocentia: eius tamen mortem dici mortẽ mortis & peccati.

Duabus de causis dicitur Christus eẽ mors mortis: & peccatũ peccati. Prima est propter oĩm hominum peccata: quæ in sua carne tulit. Posuit eñ deus in Christo oĩm nostrũ iniquitates: vt morienti in cruce commorerentur. Hoc pacto Christus mors est totius humani peccati: quod in eius carne diuinit⁹ est interemptũ. Secunda est propter mortem Sathanę: cui⁹ iugum per Christum est ab hominib⁹ sublatum. Nam Sathanas mors est & mortis author. Si autem Sathanas per Christum euacuatus & spoliatus est: vtiq; & mors in Christo mortua est. Quamobrem iuste appellari potest Christus: mortis mors & peccatum peccati. Haud enim in iudicio & iustitia condemnari potuit peccatum: priusq̃ non mõ peccaret, sed q̃ summe & excellenter peccaret. Per Christi igitur necem quæ est excellentia totius peccati: mors morte perimitur & peccatum de peccato damnatur.

Aliter Christum esse vt peccatum hominũ: aliter vero vt Sathanæ peccatũ. 58

Aliter Christus vocatur peccatum hoĩm: & aliter Sathanę peccatum. Nam Christus est hominũ peccatum: quia abstulit hominũ peccatum, cunctos emundans & in seipso regenerans. Est autem vt Sathanę peccatum: non q̃ abstulerit Sathanę peccatum Sathanam regenerans & saluans: sed quia per Christum, omne peccatum & malum: ab hominibus sublatum, in Sathanã redundat. Siue quia Christi morte & Sathanas damnatur: & eius potestas euacuatur. Christus igitur est & mors & vita: est & innocentia & peccatum. Est eñ vita vitę & mors mortis: innocentia virtutis & peccatũ peccati. Nam damnauit mortem ex morte: & peccatum ex peccato. Et q̃q̃ sua morte occiderit mortem: peccato tamen non suo, sed peccato peccati damnauit (vt ait Paulus) peccatum. Sicut enim cum accessu & ortu lucis dispereunt illico tenebræ: ita & accessu vitæ interiit mors. Et sicut ortus lucis non est simpliciter occasus tenebrarum (verũtamẽ inter se couertuntur & vnum consequens est alterius) ita & Mors Christi haud simpliciter ẽ ipsa Sathanæ mors: sed hæc consequens est mortis Christi: illata per mortem Christi. Quapropter miro modo in contrariis rationibus hæc patrata esse perpenduntur. Nam cũ soleat ortus lucis esse occasus tenebrarum: occumbere tamen voluit lux, vt disparerent & occumberent tenebrę. Lux obscurata est: vt tenebrę abirent pellerentur q; in tenebras. Vita non vixit vt mortem interimeret: sed mori voluit vt moreretur mors. Vnde fit vt per argumentum a maiori saluati sim⁹: cõdemnata morte in sempiternum. Si enim vita mortua est: quanto magis mortem mori oportet. Si lux obscura facta est: quãto magis tenebrę obtenebrascere & obumbrari debuere.

59 **Cunctos dæmones biſariam eſſe dei: & biſariam non eſſe dei.**

Vniuerſa:iure creationis:dei ſunt. Nã & Sathanas & cuncti complices eius ſunt creaturæ dei:ſed quæ voluntate primum:deinde ſcelestis actib⁹/ſeipſas a deo ſequeſtrauere. Dęmones ergo dei ſunt & dei non ſunt. Sunt eñ dei biſariam. Primo ſecũdum primam naturam: qua a deo id quod ſunt acceperũt. Ab eo enim facti & creati ſunt. Secundo iuxta poteſtatem dei. quia & potens eſt de⁹ ſi vellet:illos iterum conuertere. & quia rurſum cuncti dæmones/ diuinæ ſubiiciuntur poteſtati. Maior enim eſt (nam infinita) dei potentia: & Sathanæ & cũctorum dæmonum virtute:hiq; q̃q̃ nolẽtes & inuiti:diuino ſubſunt imperio. Et ſicut dęmones biſariam ſunt ipſius dei:ita & geminis modis ſunt a deo alieni. Primo voluntate: quę eſt radix omnium peccatorum. Secũdo vero actibus & operibus. Radix enim malę eorum voluntatis:omni deinceps ſceleſto operi manus dedit:& abſq; vlla aut venię aut diuinę miſerationis ſpe:hacten⁹ in malis perſeuerare gaudet. Sunt igitur dęmones biſariam dei/ & biſariam a deo ſequeſtrati.

o **Humanum genus & cuncta ſenſibilia naturaliter dei eſſe: ſed lege peccati a deo ſeparata.**

Humanum genus natura & creationis ordine in manu dei eſt. Lege tamẽ peccati quod a dæmonibus irrepſit:alienatũ eſt a deo: & ſub dæmonum (quibus paruit) poteſtate ſecũdũ tempus derelictum. Præter igitur ſanctos bonoſve angelos qui nunq̃ peccauerũt:quiq; ab ſuo ordine nunq̃ aberrauere: cuncta peccato fuere obnoxia & a deo aliena. Nam omnes ſenſibiles creaturæ/per hominis peccatũ aliquo modo cum ipſo homine/ceſſerunt in Sathanę poteſtatem. vt qui non modo quem vicit hominem poſſedit:ſed & cuncta quæ ipſius erãt vſurpauit. Factus eſt eñ princeps totius viſibilis mundi:vt elementorum & omnis plenitudinis eorũ/q̃ ꝓpter hominẽ deus ꝑcrearat.

61 **Deum per id quod natura ſuum erat: eã quæ perdita erant iuſte & nõ in fortitudine redemiſſe.**

Volens deus non in fortitudine quaſi viribus prævalens:ſed in iudicio & iuſtitia oĩa rurſum in ſuam traducere poteſtatem: & exterminare in primis Sathanę virtutem:humanum quoq; genus & viſibilia cũcta poſſidere:q̃bus Sathanas vſurpatorius princeps imperabat: fecit vt ex hoĩbus peccatorib⁹ & ex vtero virginis naſceretur vir vnus:qui nullo aut originis aut volũtatis peccato ſeparatus a deo: Sathanæ ſubderetur. Huius enim hominis natiuitas:fuit recuperationis omnium cauſa. Hic iuſte poſſidebatur a deo:nec in aliquo ſuberat Sathanæ poteſtati. Hic merito erat templum dei:mundũ ab omni macula:in quo habitabat deus. Hic erat hæreditas dei/domus dei/ciuitas dei/filius dei. Quid ergo fecit deus vt aliena acquireret:quæ tamen ſua ab initio fuerãt/ ſed alienata/per peccatum? Poterat deus ĩ fortitudine vincere Sathanã & euacuare eius poteſtatem:& claudere illum in abyſſo & eruere ab ore eius humanũ genus. Noluit tamẽ deus naturali fortitudine vincere. Nam hoc pacto vincere:potius eſt vinci:& vinci vincere. Volens autem vincere in iudicio:perdidit qđ ſuũ erat/vt quod non erat ſuum acquireret. Obrulit hæreditatem ſuam/templũ ſuum/domũ ſuam/ciuitatem ſuam/filium ſuum Sathanæ in perditionem:vt iudicio aduerſum Sathanã contenderet:& cuncta quę illius erant ſibi merito vendicaret. Quia enim in ore & ventre Sathanæ inuẽta eſt naturalis & immaculata dei ouis:in qua Sathanas natura nihil habuit:iuſtum nimirum fuit:vt deus ex ore eius/omnẽ reliquam maculatam ouem liberaret.

Regna gentium in afflictione hebraici ppl'i:iuſte a deo ſubuerti & euacuari. 62

Deus in primis per Chriſtũ naturalẽ ouem: Iudaicum populum redemit:qui erat vt naturalis popul⁹ dei. In paſſione vero Iudaici populi & ſubuerſione ſanctæ ciuitatis a gentib⁹: iuſte acquiſiuit terras & hęreditatem gentiũ/ oĩa ſubiiciens regno Chriſti & populi ſui. Iudaicus eñ popul⁹:eſt vt vera Chriſti hæredi-

tas. Gentes vero aliquo pacto vt hęreditas Sathanæ: quandoquidem hæ prius Sathanæ famulabantur. Permisit autem deus dominari Sathanã & reges gentiũ in populo suo: vt & ipse dominaretur in gentibus & vniuersum Sathanæ imperium deleret. Quapropter diuinum hunc discursum rite considerandum esse monemus. Quoniam inquã omnia ab initio secundum naturam dei fuere: omnia vero (pręter sanctos angelos qui nõ peccauerunt) peccato perdita sunt & a deo separata: Reparauit postea deus vnum quod suum erat vt Christum. Perdidit exinde quod suum erat: offerens Christum suũ morti. Acquisiuit deinceps omne id quod pdiderat: quod lege peccati a Sathana possidebatur. Sathanam postremo dãnauit & in abysso tenebrarum cõclusit.

63 Qua proportione hebręi prius arguebantur esse vt populus dei: eadẽ ratione gentes esse vt populum Sathanæ.

Sicut enim habitabat de⁹ in Israel: ita & Sathanas per cultũ idolorum cunctas gentes eludebat. Solus nanq; Israel (vt diuus Dionysius ait) ad veri & vnius dei cultum ducibus angelis subuectus est. Gentes vero deos aureos / ligneos / & lapideos aut potius sub horũ simulachris latentia dæmonia coluere. Huius ergo rationis & proportionis causa Hebręi sunt vt filius dei. Gentes vero vt filius mãmonæ & iniquitatis: Hebræi vt vita / Gentes vt mors: Hebræi vt lux / Gentes vt tenebræ. Permisit autẽ deus populum suum affligi & opprimi a filiis Sathanæ & iniquitatis id est a Gentibus: vt filios Sathanæ acqreret subderetq; sceptro suo. Volens enim in iudicio vincere omnes gentes: permisit vt prius a gentibus: Israel opprimeretur. Vniuersus ergo gentium motus & impetus aduersum Israel: existimari potest tanq̃ quędam instigatio & eleuatio Sathanæ in deum.

64 Omne Sathanæ imperiũ quo dominatus est hominib⁹: in quatuor pręcipua & maxima mũdi regna esse dispartitũ.

Omnem Sathanæ potestatem omneque ei⁹ dominium: quo imperãs Gẽtibus aduersum Israel & deum insurgebat: in quatuor præcipua & maxima mundi regna dispartimur: in regnum orientis / meridiei / occidentis & septẽtrionis. Orientis regnum dominatio est Assyriorum: quæ in Babylone ab Assur primo Assyriorum rege condita: multis annis mortales oppressit. Meridiei imperium potentia Persarum est; quæ per Cyrum regem regnũ oriẽtis euertit illiq; successit. Regnum vero aquilonis seu septẽtrionis: imperium est Macedonum: quod Alexandro magno duce / Persarũ dominium subuertit. Quartum vero mundi & gentium regnum; imperium est Romanoꝝ: quod Macedonum vires fregit & omnem fere terrarũ orbem armorum vi subegit. Hæc igitur sunt quatuor præcipua & maxima mũdi regna: in quibus princeps mundi hui⁹ Sathanas dominat⁹ suę nequitiæ vires in hoĩb⁹ exercuit. Nam a creatione mũdi ad diluuium: aut nulla fuere regna aut ignota nobis sunt. A diluuio vero ad Nymbrothum vsq; ducentis & quinquaginta annis: stetit ætas aurea. in qbus & pii homines & veri dei memores viuebant: his contenti: quæ sponte ex inarata & inculta adhuc terra nascebantur. Nullus enim suum aliquid esse dicebat: nullus quę proximi erant vel cupiebat vel rapiebat. Peregrini super faciem terræ (recentibus aquis diluuii ab immunditia impiorum gigantum repurgatæ) i tentoriis manebant: tam seipsos q̃ sua omnia aut quo lubebat / aut quo lętiora auocabant gramina transferentes.


Auream mundi ætatem: quæ a diluuio ad primum vsq; regnum stetit: primi regni ortu sublatam viciatamq; fuisse. 65

Aureã / pacificã / superis gratã: & q̃q̃ paucorũ annoꝝ: magnę tñ felicitatis ętatulã: prim⁹ Nymbrothus (q iuxta sacrũ eloquium coepit potẽs eẽ in terra) viciauit. Etenĩ accẽsus dñandi libidine bella finitimis ĩferre coepit. Nõ ferro primũ (nã nõdũ itũ erat in viscera terræ) sed pugnis ac manib⁹ dimicatum: vnde & pugnæ nomen iuste emersit. Postea lapidibus res agi coepta est: hinc etiam lignis ac fusti-

bus manus consertæ. Postremo extrema dimicandi rabies: in hominum perniciem ferrum conflauit atque exacuit. Et vsque adeo tandem sæuitum est: vt nostra ætas non ferro contenta: priscis ignota tormentorum tonitrua excogitauerit: vt ne quidem amplius sint petræ vel crassissimæ turres / tuta hominibus refugia. Hæc omnia authore Sathana & excogitata & patrata sunt: cuius vires sunt vires fortitudinis non iudicii. Vis autem regni dei iustitia est & æquum iudicium. Porro spiritus erroris qui Nymbrotho dominandi incussit libidinem: filio eius Belo idololatriã ostendit: quæ humano generi / longe quàm temporalis regni ortus: exitit perniciosior. Is idem & filium Beli Ninũ qui & Assur dictus est: permouit vt Babylonẽ conderet: in qua primi & orientalis mundi regni sedes mansit.

66 Per quatuor metalla: hæc quatuor regna a Daniele propheta figurari.

Aurũ: regnum est Babylonis & oriẽtis. Argẽtum vero meridiei & Persarum. Aes regnũ Macedonũ & Acquilonis. Ferrũ vero regnum occidẽtis & Romanorũ. Hæc enĩ quatuor metalla distant differuntque adinuicem perfectione & fortitudine: nobilitate atque duritie. Nam aurũ cuncta metalla nobilitate vincit: cum tamen sit omnium mollissimum. Quanto enim mollius fuerit aurũ tanto censetur & nobilius. E diuerso autem ferrum quod a cæteris nobilitate superatur: cũcta comminuit: ac suapte duritie vincit. Nobilissimum est aurum. Nobilius ære argentum. Ferro quoque æs preciosius habetur. At ferrum præ cunctis est metallis durissimum. Aes argento durius. Auro: argẽtum solidius. Ex his itaque proprietatibus / eorum quæ diximus regnorum scrutandæ sunt proprietates. Babylonis regnum / quod comparatur auro / sequentia regna nobilitate vicit: non tamen duritie aut rei bellicæ peritia. Regnum Persarum argento persimile: minus quidem nobile censetur regno Babylonis: diriustamẽ & crudelius illo surrexit pluresque prouincias subegit. Macedonum regnum minus rursum prioribus nobile: sed lõge & maius / & armis insignius emersit. Romanorum vero imperium & ignobilitati ferri & duritiei eiusdem comparatur. Fuit enim cunctis terribilius: & maiorem in electos & sanctos dei crudelitatem exercuit. Hæ sunt ergo causæ cur hæc præcipua quatuor mundi regna quaternis metallis conferuntur: quibus si voles adde: quod regio aliqua quanto orientalior & orienti propior: tãto cernitur esse preciosior & generationi præstantioris metalli magis idonea. In oriẽte enim nobilissimum nascitur aurum. Meridies optimum albissimumque profert argentum: Macedonia vel Græcia præcipuo æri præstat originem. Italia & Europa omnis: plus ferri quàm omnis alia mũdi regio gignit.



Rursum quatuor huiusmodi regna ab eodem propheta per quatuor animalia rite designari. 67

Quod eadem regna ab eodẽ Daniele per quatuor animalia designẽtur: scilicet per Leenam Vrsum Pardum & quartum cuius nomẽ supprimit cæteris terribilius: id manifeste spectat ad vnam eorum proprietatem: quod hæc inquam imperia non simul exorta sunt nec vna permãserunt. Nam quæ postea surrexere: quadam hostilitatis lege priora subuerterunt. Babylonis enim regnum cessit in Persas. Regnum Persarum in Macedonas translatum est. Macedonũ regnum in Romanos. Romanorũ vero regnũ nomine magis quàm re hactenus perseuerat. Horũ igitur regnorum regiones / ciuitates / reges / par

Regna	Babylonicum	Persicum	Macedonicum	Romanum
Regiones	Babylonia	Persis	Macedonia	Italia
Ciuitates	Babylon	Persepolis	Philippis	Roma
Reges	Nabuchodonosor	Cyrus	Alexander	Augustus
Partes mundi	Oriens	Meridies	Aquilo	Occidens
Metalla	Aurum	Argentum	Aes	Ferrum
Animalia	Lęena	Vrsus	Pardus	Innominatum
Elementa	Ignis	Aer	Aqua	Terra
Partes corporis	Caput	Brachia	Pectus.	Tibiæ

tes/metalla/animalia/elementa/& partes humani corporis in pręsenti figura apposuimus: quibus hæc regna solent a sacris eloquiis comparari & similia dici. Nam & mundana elemẽta ignis/aer/aqua/terra: his quæ diximus metalis habentur similia: quibus etiam & humani corporis partes: caput/collum/brachia/pectus/venter/& tibiæ respondere a sacris eloquiis iudicantur.

68 In idolo mundi hæc regna q̄q̄ inter se contraria & se inuicem expugnantia comprehendi.

Hæc propositio ad somnium Nabuchodonosoris regis Babylonis alludit. Vidit enim in somniis simulachrum grandis staturæ/id est idolum mundi: cuius caput/aureum: collum/& brachia ex argento: pectus ex ære: venter/& tibiæ ferrei erant. Pedes autem partim ferrei & partim fictiles. Hoc Nabuchodonosor territus insomnio & oblitus nocturnæ suæ visionis: accersito Daniele propheta habente spiritum dei sanctum: somnii sui ab eo interpretationem ac significantiam didicit. Quoniam inquit aureum statuæ caput/regnũ erat Babylonis: cui præerat ipse: cunctis regnis quæ post ea in terris euentura erant nobilius. Exacto autem eius regno prædixit venturum regnum argenteum: deinde æreum: postremo ferreũ cunctis terribilius: quod more ferri comminueret & attereret vniuersa. Primum enim quatuor animalium per quę mystice signantur hęc regna: deuoratum est a secundo: secũdum a tertio: & tertiũ a quarto. Hęc nanq; regna q̄q̄ non sub veri dei cultu: sed sub Sathanę & dęmoniorum cultura in mortis militia agerentur: sibi tamen inuicem extitere contraria. quod iterũ signum est Sathanam diuisum esse a seipso: & aduersum seipsum diffidere. Est enim Sathanas sibiipsi pernicies: sibiq; ipsi manus infert. Nam dum sub diuersarum figurarum ac formarum specie semetipsum expugnat: versus in secundum animal deuorat primum. Versus deinde in tertium animal: secundum transglutit. In quartum demũ transfiguratus: tertio animali fit exitiosus.

Ipsum mundi idolum conflare & sensibiliter exprimere. 69

Ex his quatuor regnis sacra eloqnia idolũ mundi conflant. Hoc est vnius corporis emortui & aduersum seipm̃ diffidentis simulachrũ in quo latitans Sathanas cunctas gentes (quę in vniuerso terrarum orbe Hebręos circunstetere) elusit: seq; ipsum pro deo coli imperauit. Huius ergo figuram hic apposuimus. Hoc em̃ est simulachrum omnium gentiũ: quæ lapides ligna & metalla coluere: quęve deum sculptoria arte conflauere: In cuius visceribus (iuxta scripturam nullus spiriptus est: qui aures habet & non audit: oculos & non videt: os & nõ loquitur: pedes/& non ambulat. Is deus: est deus non viuẽs deus ve mortuus: in cuius cultu & genuflexione emortuę gentes: a deo viuo



& vero qui creauit coelum & terram: fornicabantur sensibilibus figmentis inhęrentes. Hoc enim simulachrum & Sathanas est: & obliuio atq ignorātia dei viuētis: & mors siue interit⁹ gentiū. Hui⁹ caput regnū Babylonis sculpsit. Collum & brachia Persæ extruxere. Alexāder pect⁹ & ventrē cōflauit. Romani postremi illud compleuerunt tibiis ac plantis fulcientes.

70 Idolum & simulachrum mundi omnē martyrū ac iustorū sanguinē fudisse.

In simulachro & idolo mūdi inuenitur omnis sanguis iustorum: qui Sathana impellente effusus est ab origine mūdi super terram. Huius enim simulachri membra sunt omēs reges terræ: qui viribus suæ potestatis abutentes: tyrannidem potius q̄ iustam dominationem in homines exercuerunt. Nam quanto magis sæculum consenuit: tanto & metallorum nobilitas/id est hominum bonitas virtusq decreuit. Et rursum quanto effectum est sæculum a senectute inualidius: tanto & metallorum duries hoc est hominum iniquitas & sęuities coaluit. Auro successit argentum/argento æs/ęri

ingressus est: veneratq; eo animo vt Hierusalē euerteret & Iudęos mulctaret: qui in obsidiōe Tyri auxilia & commeatum denegarant. Placatus tamē ab Iaddo principe sacerdotum: & ciuitati & populo pepercit. Conspecto eñ Iaddo qui omni sacerdotali amictu redimitus obuiam processerat: mox coram eo in genua procubuit. Cumq; Macedones indignarentur q; vir armatus ac rerum gestarum gloria super omnes insignis: inermem adorasset: somnium illico retrulit suis: dum inquit iuuenis adhuc viuente patre cogitarem quo pacto omnē mūdū mihi subiugare: tādē obdormiui. Affuit autem illico quidā qui me his verbis affatus est. Confide inquit: ego vniuersum terrarum orbem tibi subiiciam. Huic autem deo qui mihi apparuit similem vidi neminem: præter hunc sacerdotem: cuius vestimētorum ornatus: huius dei quem vidi claram speciem pręfert. Hac narratione ora suorum compescuit. Romanorum vero arma priusq̄ Christus nasceretur Iudæos magno Pompeio duce domuerant: a quibus demum & templum & ciuitas in vltionē necis Christi (q̄q̄ non vt Christi necem vlciscētibus) conflagrarunt. Nullum igitur superest e quatuor regnis & animalibus mundi: quod non in iustitia & iudicio per passionem aut populi dei/aut ciuitatis/aut filii dei: euacuetur.

74 Gentes aliquo pacto interfecisse & crucifixisse Christum dei.

Ad huius propositionis intelligentiam: obseruanda est similitudo de qua prius sumus loquuti. Israeliticam inquam plebem collatione gentium esse vt Christum dei & interim pro Christo dei accipiendam. Quod enim Israel impleuit in Christo hoc oēs gentes prius in Israele impleuere. Nam totus Israeliticus populus sub ratione & conspectu gentium: fuit vt præuia quædam Christi vmbra & figura. Si ergo gentes oppresserunt & interfecerunt populū dei: pari argumento hæ & Christum dei crucifixerunt. Nā in vnica & simplici persona Christi impleta tandem & consummata sunt: quæ prius in populi passione fuerant a gentibus inchoata.

Haud ab re Christū non ab Hebræis tantum: sed permixtim ab Hebræis & gentibus interemptum fuisse. 75

Non ab Hebræis tantum sed ab Hebręis & gentibus flagellatus/consputus/& interempt⁹ est Christus. Tradēt enim (inquit eloquium) filium hominis gentibus: & cōspuēt eum & flagellabunt & interficiēt. Nam Pilatus qui Christum morti adiudicauit/nequaq̄ Hebræus sed ex his erat qui extra legem & circuncisionē in præputio: idolis & simulachris seruiebāt. Sicut igitur Hebræi & gentes in morte Christi fuerunt vt vnus & consentiens populus: ita & postea in apparatione & reuelatione gloriæ ipsius: vnus populus fient & vnum ouile quod vnius pastoris moderamini acquiescet.

Omne mūdi regnum: Christum in mysterio confixisse. 76

Dic in mystrio dextram Christi manū vulneratam & perforatam a regno Babylonis. Sinistram vero a regno Persarum. Dextri pedis vulnus a magno Alexandro aut regno Aquilonis illatum. Sinistri autem vulnus pedis/inflictum esse illatumq; a Romanis. At supremā quam in pectore iam mortuus excepit plagam cunctis & quantitate & loco & qualitate insigniorem: dic esse vulnus eidem ab Hebræis illatum. Excedit enim cætera vulnera quantitate: quia grandius. loco: quia in pectore. Nam cętera extremis tantum membris vt manibus pedibusve impacta fuere. Qualitate vero: quia illatum iam mortuo: cum cætera quatuor: sint inflicta adhuc viuēti. Hoc pacto intelliges qualiter Christus in omni terra confixus est. Ab extremis enim mundi regnis: extremarum suarū partium ac membrorū excepit vulnera: ab his vero qui habitatores erāt vmbilici terræ: id est ab Hebræis: medio pectore & corde transfixus est. Sicut eñ mors & idolū mūdi de quo prius loquuti sum⁹ sua membra diffundit ī vniuersum orbem: ita & cœlestis vita idolo mundi contraria (quæ est Christus) vt omnes viuificaret & ab idolo mortis liberaret: ab oībus vulnerari configi & interfici voluit: manum dexteram extendēs in Assyrios/sinistram in Per

ſas/ dextrum pedem ad Græcos protendens ſiniſtrum ad Romanos. Medium vero pectus & pręcipuum/cor ſeruans ac retinens in populo ſuo.

77 Haud aliter q̃ per Chriſti necē: regnū dei exoriri potuiſſe.

Sicut non aliter q̃ per Chriſti necē potuit in iudicio humana redimi ſpecies & liberari a Sathanæ poteſtate: ita & nuſq̃ aliter q̃ agni dei Chriſti immolatione potuit in hunc mūdum dei regnum inuehi atq; ītroduci. Nam regnū dei redemptio eſt humanæ ſpeciei: cum qua & cūcta ſenſibilia ꝓpter hoiem a deo creata a deo redimunt: & tāq̃ a cunctis ſenſibilibus q̃ ab humana ſpecie Sathanę principatus/dominatio/ ac poteſtas euacuatur. Regnū inſuper dei euacuatio eſt omnis ſpiritalis ac terreſtris nequitiæ: deſtructio item eſt ac iudicium quatuor illorum animalium: quorum figuras ex Daniele propheta deprōptas ſuperius appoſuimus: & quę (vt ait Eſdras) fecerat deus regnare in ſæculo ſuo. Hæc enim animalia quia iuſtitiam & iudicium non fecerunt in terra: ſed in tyrannidem declinantia/ electos dei calcauerunt: ideo in iudicio & iuſtitia deſtruentur & exterminabuntur a terra. Eſt & regnum dei habitatio dei cum hominibus: & hominum cū deo fœdus æternum: in quo ſublata omni diuiſione/diſcordia/& lite creaturarum tam abinuicem q̃ a deo: erunt omnia & inter ſe & cū deo conciliata & perpetuo amore fœderata. Manifeſtum eſt igitur haud aliter q̃ per Chriſti necē regnum dei id eſt integerrimam & inſolubilem omnium creaturarum tam inter ſe q̃ cum deo pacem vnitatem & conciliationem: exoriri potuiſſe.

78 Regna mūdi huius regno dei cōferre.


Regna & imperia Sathanæ fuere quatuor: regnum vero dei vnicum erit. Sathanæ regna ſibi inuicem inimica: ſe inuicem ſuſtulere ſibiq; mutuo ſucceſſere: Regnum autem dei pacificum erit monade & vnitate plenū. Regna Sathanæ tēporalia fuerunt: & diuinę ignorantiæ plena. Diuinum regnum erit ęternum: cui nullum aliud regnum ſuccedet: & in quo omnes a maximo ad minimum vſq;: deum verum & viuum cognoſcent. In regnis Sathanæ: dominata eſt mors & confuſio. In regno vero dei dominabitur via/veritas/vita/lux/& omnis ordinatio. Regna mortis/& fabricauerunt & excoluerunt idolum mundi. Regnum vero dei idolū mūdi cōminuet: deū ſolum extollet venerabitur adorabit. Eſt em̄ Chriſt⁹ princeps regni dei: & hic lapis qui per ſomnium Nabuchodonoſori regi: viſus eſt abſcindi de monte ſine manibus: & percutere ſtatuam magnam ſeu mundi idolum: in pedibus eius ferreis & fictilibus: & deiicere illam & comminuere eius aurum/ argentum/æs/& ferrum: quibus conflata erat & redigere omnia in fauillam: ita vt non ſint amplius inuenta.

Regna huius mundi infirma & inſtabilia eſſe ex aliqua cōiectura depromere. 79

Idolū mūdi eave ſtatua quę Nabuchodonoſori regi per nocturnū viſum innotuit: partim ferreos & ptim fictiles habebat pedes. Id vero palā deſignat infirmitatē regnorū huius mūdi tāq̃ q̄ erāt aut q̄ſi carētia fundamēto: aut extructa ſup arenā & nō ſupra petram. Quapropter hęc ideo ꝑfacile cōcuſſa & contrita ſunt: ab eo q in iudicio & iuſtitia vicit mundū. Niſi em̄ dominꝰ ędificauerit domū: in vanū laborauerūt qui ędificāt eā: & niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē: fruſtra vigilat q cuſtodit eā. Regna aūt & ciuitates gētiū: cōditę erāt volūtate hoim recūbētiū iuxta eloquiū in idolo mūdi: quapropter & abſq; labore cōcuſſa ac deiecta ſunt ab eo: q & ſecūdū volūtatē dei natꝰ eſt: & q oēm ī terris ꝑfecit dei volūtatē. In eo em̄ & renouabit oia deꝰ & æternū regnum ſtabiliet; & ciuitatē condet permanētē: habētē claritatē dei/fundatā ſupra petrā: q̄ fiet habitatio ſanctorū & electoꝝ eius.

Quinq; præcipua & maxima mundi re- 80
gna: eſſe vt quinq; viſibilis mundi corpora: terra: aqua: aer: ignis.

Quinq; ſunt ꝑcipua & maxima mūdi regna quorū quatuor vt diximꝰ tēporalia ſunt quintū vero ęternū. Quatuor extrema: quintū medium in mundi centro futurum. Quatuor ſunt vt elemēta mūdi huius: ignis/aer/aqua/terra.



Quintum vero cœleste: cœlestis claritatis mũdiciei & immortalitatis ęmulum. Vt enim mũdi elementa ex indita naturali contrarietate se inuicem corrumpunt & vnum in aliud facile permutatur: ita & extrema ac sensibilia mũdi regna cõtraria sibiinuicem extitere: suntq; aliud in aliud trãslata ac permutata. Sicut autẽ in cœlesti corpore nulla est contrarietas aut pugna: ita & regnum dei absq; cõtrarietate & pugna perseuerabit. Et sicut coelum ob cõtrarietatis priuationem incorruptibile est & natura immortale: ita & regnum dei in incorruptibilitate & immortalitate consurget. Sicut rursum sursum a terra pgentibus: cœlestis moles supremum est totius visibilis mundi corp⁹ cui corpus aliud succedit nullum (Nam supra coelum superest intellectualis mundus: qui nõ corporum sed incorporeorũ spirituum naturalis regio est) ita & regnum dei erit regnorũ supremum & vltimum: cui nullũ aliud regnũ succedet. Erit enim immortale & æternum. Et sicut coelum est omnium visibilium corporũ amplissimum: cuncta visibilia corpora complectens: extra cuius ambitum nihil est sensibiliũ: ita & regnũ dei erit amplissimum ambiẽs omnem terram. Nihil enim supererit in vniuerso: quod pedibus cœlestis regis non subiiciatur: quodve illi parere dedignetur. In cœlesti quippe regno: erunt & vnum omnia & vnius regis vniuersa.

Christus etsi non a suis: sed a solis gentibus passus fuisset: humanum tamen genus redemisset. 8

Etsi Christ⁹ nõ a suis vt a filiis Israel: sed a gẽtibus passus fuisset; nihilo tamen minus humanum genus sua morte redemisset. Et nõ modo si passus fuisset a gentibus hominẽ redemisset: sed & si Sathanas & dæmones eius Christum in crucẽ egissent: aut alio quouis modo interemissent: fuisset nihilo secius Christi mors humani generis redemptio. Nã & dęmones Christum aliquo pacto crucifixerunt: quandoquidẽ (vt cuncti volunt) qui per alios quicq̃ facit:

id vtiq per seipsum facere videatur. Si enim Christi mors peccatum est summum: omne vero peccatum opus est Sathanę & suggestio malignorum spirituum: cur nō etiā dicetur Christi mors opus esse Sathanæ aut dæmonicę suggestionis. Arma enim & vires confert maligno omni scelerato homini aduersus sanctos dei: adeo vt omnis iustorū sanguis qui effusus est ab impiis hominibus ab origine mundi: inueniatur in manibus dæmonum: quippe qui ad id sceleris: impiorum hominum manus armauere. Est enim per uetsus omnis & iniquus homo: tanq̄ organum & instrumentum maligni eos in omne scelus impellentis. Quāobrē & omne peccatum atq̄ opus malū: hac de causa Sathanę haud ab re imputatur: tanq̄ cuius suggestio: radix est omnium malorum.

82 Oportuisse Christum ob ampliorem peccati excellentiam: magis a similibus q̄ a dissimilibus pati.

Quicunq̄ malus vel spiritus / vel homo / vel gentilis / vel Iudæus manus extēdisset in Christum: fuisset huius mors humanæ redemptio speciei: quia nihil refert pro humana elicienda salute: si aut immediate a dæmonibus aut mediate interēptus fuisset. Potior tamen ratio illum ab hominibus: potius q̄ sine medio a dæmonibus: & demum a suis / id est ab Hebræis: satius q̄ a gentibus interimēdum fuisse docet. Nam oportuit Christū pati a similibus: & non a dissimilibus. Homo erat Christus: oportuit ergo eum interimi ab hominibus & minime a spiritibus malignis. Semen Abrahæ erat Christus: debuit igitur a semine Abrahæ necari & non a gentibus. Iudæus erat & natus ex tribu Iuda. A Iudęis quoq̄ & a tribu Iuda (cuius regnum erat in Hierusalem) potius q̄ a Samaritanis fuit occidendus. Iustus erat: ab his vero qui se iustos dicebāt & cæteros aspernabantur interemptus est. Sacerdos erat in æternum secundum ordinem Melchisedech sanctificatus a deo: & nō modo sacerdos immo vero & princeps sacerdotum & pōtificum præsul: debuit igitur & a sacerdotibus & principib⁹ sacerdotum condemnari & cū iniquis deputari. Christus pastor erat & princeps populi dei: a pastoribus itaq̄ & principibus populi reprobatus est. Erat Christus ædificans ciuitatem / templū & domum dei supra firmam petrā. Ergo & ab ędificātibus: ipse (qui angularis lapis erat: cōstitutus a deo in caput anguli) reprobari debuit. Et hoc pacto procedens longe rationabiliorem Christi necem per similitudines q̄ per dissimilitudines coniiciendam ac depromendam esse iudicabis.


Christū ab his præsertim propter quorum salutem ipse aduenerat: pati & reprobari debuisse. 83

Q3 enim Christus ab his propter quorū salutem ipse aduenerat / id est a Iudæis qui erant vt filii dei / passus & reprobatus sit: id manifeste ipsius peccati exuberantiam & excellentiā adauget: magisq̄ ipsum peccatum tāq̄ de grauiore & insigniore peccato condemnat. Maius est enim peccatum: Christum ab hominibus q̄ a dæmonibus fuisse interemptum. Et maius a suis: q̄ a gentib⁹: siue ab alienigenis. Et graui⁹ iterum a sacerdotibus & legisperitis: q̄ ab indocta & illiterata plebe. Adde etiam q̄ Christus nequaq̄ venerat: vt dæmones redimeret. Non ergo debuit a dæmonibus pati. Non demū venerat prima et præcipua intentione: vt gentibus sed vt Hebræis et semini Abrahæ medere tur. Non enim inquit missus sum: nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Et rursum. Nō est bonum sumere panem filiorū et dare canibus. Debuit igitur nō a gentibus et alienigenis: sed potius a suis crucifigi. Nam per id q̄ ab hominibus et non a dæmonibus: et rursum q̄ a suis et nō ab alienis crucifixus est: peccatū grauius peccauit et maius se esse peccatū monstrauit.

Christum oportuisse crucifigi: potius q̄ alio quodam mortis genere interimi. 84

Nam quinq̄ insignia mūdi regna: quatuor inquam extrema et terrena cum medio cœlesti regno: ipsam Christi crucem conflant. Numerus enim crucis est quinarius: vt cui⁹ quatuor sunt extremæ vnitates: et media quędam communis sectionis vnitas: quæ est tāq̄ extremarū copula vnitatum. Quemadmodū et regnum

cœli quod stabit in medio mūdi: omnium erit regnorum pax vnitas & concordia. Nam per Christum tam extrema mundi regna q̄ regnū Hierusalem: liberata sunt e Sathanæ manibus vt famulentur seruiātq; soli deo. Et in omnib⁹ regnis terræ tam in extremis & elemētaribus/ q̄ in medio cœlesti: crucifixus est Christ⁹: quē admodū & idolum mundi occupauit vniuersam terram: viguitq; tam in regno Israel q̄ in regnis gentium. Sicut ergo vbiq; viguit & dominatum est idolum mundi: Sicut mors perambulauit omnem terram & corripuit vniuersa regna mundi: ita & Christus vbiq; crucifixus est: & iterfectus in vniuerso mūdo. Omnis eñ qui male agit: filium dei crucifigit. Cum igitur quinarius sit numerus crucis: id est quatuor extremitatum & mediæ vnitatis: cum sit item & numer⁹ mūdi (Nam visibilis mūdus complexio est quinq; maximorū corporum/terræ/aquæ/aeris/ignis & cœli: per quæ etiā quina mundi regna sunt⁹ dispartiti) manifestū est Christum visibilis totius mundi saluatorem: poti⁹ crucifigi debuisse/q̄ alio quouis genere mortis tolli e medio.



85 Christi interemptionem aliquo pacto in omnia mundi regna dispartiri.

Manum enim eius dexteram Babylon meretrix magna aureo clauo in mysterio cōfixit. Sinistram: argenteum Persarum regnum argēteo perforauit clauo. Dextrum pedem: æreum Alexandri regnū æreo clauo perfodit. Sinistrū vero pedem: ferreum Romanorum imperium ferreo quoq; clauo transfixit. At mediū pectus eius cordisve penetralia: cœleste regnū hoc est regnū Iudæorū (sed qd nondū purificatū erat & in cœlestem puritatem redactū) lancea aperuit: & salutiferos sanguinis & aquæ riuulos e sacro pectore deprompsit. Haud immerito igiť oportuit Christum crucifigi: potiusq̄ alio vllo mortis genere interire: vtpote cui⁹ quina vulnera: sunt vt quinq; maxima & præcipua mundi regna. Nam extrema quidem manuum pedumq; vulnera: extremis regnis sunt conferenda. Media vero pectoris & cordis plaga: medio cœlesti seu Iudaico regno comparandum.

Christi passionis ac necis virtutem: nō modo in huius mundi elementa: sed & in ipsos cœlos extendi. 86

Nam dixim⁹ quina Christi vulnera esse vt quinq; mundi regna: extrema quidem extremis: & medium medio similia. In omni eñ terra & pro vita vniuersæ terræ: immolatus est agnus dei: cuius extrema membra manus ac pedes: extremis gentium regnis data & oblata sunt in escam. Cor autem (quod præcipuū est & nobilissum corporis membrum totius vitæ & animæ sedes) datum est & immolatum in regno filiorum: vt esset cibus & vita electorum. Quamobrem omnia vnum sunt in corpore Christi: quod extrema quidem mūdi regna manibus pedibusq; comprehendens: ea demū cum medio corde conciliat. Hoc eñ pacto erit vt sicut extrema corporis membra seruiūt cordi: & vitam a corde receptant: ita & regna gentium seruiant regno dei & vitam lucēq; ab illo capescant. Si Christus passus est pro salute totius visibilis mūdi propter hominem facti: huius vtiq; passio non modo in elementa sed etiā in cœlos sese extendit: tanq̄ pacificans in cœlesti vnitate omnem quatuor elementorum litē atq; discordiam: omnēq; corruptionis & mortis causam/transferens ab ipsis elementis/cœlestem quādam illis inferens harmoniam. Nam si & cœli quidem non sunt mundi in conspectu dei: necesse est cœlos præsentes ardere in fine cum elementis: & nouos cœlos/cū nouis elementis: in Christo renasci & a deo instaurari.

Haud ab re Christū in sui corporis integritate: absq; vlla partiū aut mēbrorum detrūcatione aut cōfractiōe passum esse. 87

Q; Christ⁹ in sui corporis integritate sit passus absq; vlla dissectione aut detruncatione membrorum aut cōfractione ossium: id impletū est iuxta verbum prophetæ dicentis: Os nō cōminuetis ex eo. Id autem mystice signat Christū ab omni carnis macula fuisse immunē: eūq; nequaq̄ iure & ordine peccati: sed sponte & vltro

temporalem mortem subiisse. Ideo enim eius mors simplicior & interior fuit interitu aliorum hominum. Nam communium hominum mors nonnunquam trina mors est: mors inquam totius: mors aiae: mors corporis. Mors totius est aiae a corpore dissociatio. Mors vero animae: est da natio eiusdem & perpes gehenna. Mors autem corporis: corruptio est eiusdem & partium resolutio. Christi vero mors simplex & vnica mors fuit: id est totius humanae substantiae dissociatio: & non interitus partium. Soluta enim est Christi anima ab eius corpore: non tamen haec permansit in morte & in faucibus inferni captiua. Neque rursum eius corpus in sepulchro vlla corruptione extabuit: aut partes eius solutae sunt. sed integrum sanumque permansit: quoad iterum anima ab inferis emergens: illi est denuo diuina virtute sociata. Manifesta est igitur causa propter quam Christus in sui corporis integritate interemptus est.

88 Pectoris vulnus Christo nequaquam viuenti: sed iam mortuo inferri debuisse.

Intellige corpus Christi esse templum diuinitatis. Habitabat enim in corpore Christi: vera & personalis verbi diuinitas. Quia Christus ante passionem naturaliter viuebat: eratque & solus immortalis & particeps diuinitatis: haud aliter potuit diuinitas habitans in Christo tanquam in naturali templo: ad caeteros homines proficisci: fierique cunctis hominibus peruia: nisi ipsius diuinitatis templum id est pectus Christi adaperiretur. Nam adapertio pectoris & lateris Christi: reseratio quaedam est templi dei: per quam & hominibus ad deum: & deo ad homines facilis patet ingressus. Sicut igitur nec apertum est templum dei: nec patuit hominibus conciliata diuinitas ante mortem Christi: ita nec debuit adaperiri aut lancea configi pectus Christi: priusquam sacram animam exhalasset: fuissetque eius nece vniuersa consummata.

89 Diuinitatem in quatuor extremis Christi id est in pedum manuumque vulneribus placatam esse: in supremo autem pectoris vulnere hominibus patuisse.

Quatuor enim vulnera quae in manibus ac pedibus Christus excepit: spectant ad simplicem ipsius mortem: vt quae illata sunt adhuc viuenti: priusquam humanum genus redemisset. Quinta autem plaga lateris sive adapertio: nequaquam Christi necem operata est: cum sit illata iam mortuo. Vt enim viderunt eum iam mortuum: non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Extrema itaque vulnera manuum ac pedum: operata sunt salutem humani generis hoc est mortem Christi. Pectoris autem plaga nequaquam operata est ipsam salutem hominum: sed id quod eandem salutem comitari debuit: scilicet reserationem diuini templi: & manifestationem diuinitatis. Nam prius placandus erat deus: quam manifestandus hominibus. Placatus est autem in quatuor extremis vulneribus Christi: per quae Christus mortuus est. Apparuit autem & manifestatus est hominibus in quinto vulnere: quod est diuini adapertio templi. Alia igitur est extremorum Christi vulnerum ratio: & alia medii vulneris significantia. Sicut enim placari debuit deus prius quam hominibus reuelaretur: ita & extrema vulnera medium vulnus antecessere.

Haud ab re medium Christi vulnus caeteris extitisse insignius: & ex eodem sanguinis & aquae riuulum scaturisse atque emanasse. 90

Quod pectoris vulnus caeteris extiterit insignius id ostendit regnum dei quod in vmbilico terrae consurget aeternum fore: cum caetera quatuor regna quae antea in angulis terrae apparuerunt: sint temporalia ac perfunctoria. Quod vero ex eadem plaga sanguis & aqua manauerint: id praesignabat duplicem eorum qui Christum sequuturi erant regenerationem & sacram militiam. Alios quidem vt sanctos martyres: in sanguine suo Christum adepturos: alios vero vt sacros confessores: in aqua simplici in lachrymis & sudore vultus sui Christi fore cohaeredes. Sanguis enim martyres sunt: aqua vero sacri confessores. Monstrauimus igitur cur Christo iam mortuo illatum sit medium pectoris vulnus: cum caetera quatuor sint illata adhuc viuenti. Cur item id vulnus caeteris fuerit insignius.

Et demum quamobrem ex eodem vulnere sanguis & aqua manauere: cũ tamẽ manuũ pedũ q; vulnera haud aliud q̃ sanguinẽ exudarint.

91 Christum etiam haud absq; causa: extra ciuitatem passum esse.

Hanc propositionem satis exponũt hæc p̃phetica eloquia. Et nos putauimus eum quasi leprosum & percussum a deo & humiliatum: nouissimum virorum & scientem infirmitatẽ. Et rursum. Posuit dominus in eo iniquitates omnium nostrum. Et ipẽ iniquitates omnium portauit. Solebant enim ex legis instituto cunctĩ leprosi mox agi & pelli extra castra. Posuit ergo deus in Christo iniquitatem omnis populi: qui & ipse iniquitates omniũ portauit. Quo ergo portauit? Manifestum est quoniam extra ciuitatem: vt purificaret̃ ciuitas ab omni immunditia & macula: vt ve totius ciuitatis sordes & mortis causæ: vnius viri humeris impositæ / extra ciuitatem cremarentur. Deus enim ignis consumens est & purificans: qui frequenter ad populum dicebat. Ego in igne meo conflabo te & excoquam te ad purum. Et auferam scoriam tuam & immunditiam abs te: & cõflabo aurum tuum & argẽtum tuum per ignem. Hæc igitur verba in persona Christi adimpleta sunt: qui emundauit ciuitatem ab omni iniquitate: assumens in seipso omnium immunditias & peccata: & perferens ea extra castra & muros ciuitatis: vt ibi ea combureret & proiiceret in profundum abyssi.

92 Haud etiam perperam eundẽ meridiana hora in crucem actum esse: & in ea tribus horis pependisse.

Ab Hebræis diei initium: ab ortu solis numeratur. Oriẽte eñ sole: prima apud illos diei hora signat̃. Sexta vero hora apud eos: est qua sol meridiano circulo cõiungitur: estq; super orizontẽ eleuatissim⁹. Hac hora actus est Christus ab Hebręis in crucem: in qua ad horã vsq; nonam: trium horarum spatio pependit. Rationabile enim fuit Christũ totius lucis fontẽ: & perlucidum vtriusq; mundi solẽ: cũ luce sensibilis mundi & visibili sole / exaltari a terra: vt omnia traheret ad seipsum. Vt enim hora diei prima huic mundo oritur visibilis sol: ita & hora prima ductus est IHESVS ad Pilatum: & apparuit vtriusq; mũdi sol oculis terreni iudicis. Quãdo sol apparuit mũdo: cœpit & Christus apparere ac præsentari iudici terreno. Et sicut visibilis sol / ab hora suæ apparitionis prima: vsq; ad horã sextam sensim exaltatur & supra orizontẽ eleuatur: quoad vsq; meridianũ circulum contingat / in quo cernitur altissim⁹ esse: ita & Christi iudicium ab hora prima sensim (clamantibus Iudæis: Tolle tolle crucifige eum) profecit: quoad hora sexta / cum maxima solis eleuatione: consummatum est & exequutioni demandatum. Ea enim hora cum visibili sole: inuisibilis & visibilis (inuisibilis quidem ob diuinitatem: visibilis propter humanitatẽ) sol / sublimis effectus est: & expositus aspectib⁹ vniuersorum.

Christũ iustitiæ solẽ pendentem in cruce cum terreno ac visibili sole in mortis 93
occasum labi & inclinari cœpisse.

Nam quemadmodum a meridie & summa sui eleuatione visibilis hic sol sensim flectitur in occasum: ita & ab ea hora qua sol iustitiæ Christus affixus est cruci: in mortis occasum labi cœpit & ĩclinari illius vita. Mortu⁹ est tamen tribus horis: ante visibilis solis occubitũ: vt qui hora nona / sacram exhalauit animam. Fuit enim Christus captus media nocte: postea detentus apud Annam & Caypham pontifices: vsq; ad horam primam / qua oblatus est Pilato. Hora vero tertia adiudicatus est neci. Hora meridiana crucifixus: quasi sol sub sole passus: eo tempore quo visibilis sol medium inter orientem & occidentem tenebat locum. Rationabile enim erat vt sol totius iustitiæ: qui pro salute & orientalium & occidentalium nationum in medio mundi per crucis patibulum occumbebat: responderet motui visibilis & corporei solis: vt ve medius homo & vniuersorum mediator: sole ex æquo inter ortum & occasum stante pateretur. Hora autem nona expirauit. Hora duodecima seu vespertina de cruce sublatus ac depositus est: postea vero cõmendatus sepulturæ.



ræ apud nos respondet. Hebræorum vero hora nona qua domin⁹ IHESVS expirauit:nobis est hora post meridiem tertia. Duodecima Hebræorum hora:sextę apud nos post meridiem horæ:quā vespertinam appellam⁹: in identitate temporis conuenit. Hæc ergo cōcordia est horarum:quo ad simplicem numerum. Alia tamen iterum resolutione & cōcordia opus est:propter differentias orizontis Hierosolymorū & Gallorū. Nam cum Hierosolyma sit Parhisiensi ciuitate orięti vicinior:tribus horis citius & oritur & ad meridianum Hierosolymorum peruehitur sol:q̄ aut Parhisiis oriať: aut Parhisiorum meridianum contingat. Vnde fit vt cum in euāgelio dicitur:quia heri hora septima reliquit eum febris; hæc hora sit septima Hebręorum/respondens ad numerum Parhisiorum/primæ horæ post meridiem. Veraciter autem & secundum concordiam orizontis: similis Parhisiorum decimæ horæ matutinæ. Et cū rursum dicitur nouissime autem egressus circa horā vndecimā inuenit alios stantes ociosos:ibi vndecima Hebræorum hora numerotenus est eadem cum quinta Parhisiorum hora post meridiem. At iuxta orizontis & meridiani veritatem: secundæ horę post meridiem similis habetur. Sed vt harum concordia:tam secundum numerum q̄ secundum veritatem clarius innotescat:pręsentem figuram subiecimus.

Hic discursus est temporalis Christi passionis quam propterea in circulo curauim⁹ describi.


94 Differentias horarum apud Hebræos & latinos:ex orizontis diuersitate prodeuntes : exponere.

Aduerte horas passionis Christi:non eodē modo sumi debere a latinis & ab Hebræis. Nā hora prima apud Hebreos:ortus solis est: similis ei horæ:quæ a nobis matutina sexta appellatur. Hora vero Hebræorum tertia:nonæ horę apud nos similis habetur. Hora sexta Hebræorum/quæ eorum meridies est:duodecimæ ho-

Concordia horarum secundum numerum tantum.		Concordia horarum secundum veritatem & orizontem.	
Prima	Sexta mane	Prima	Tertia mane
Tertia	Nona	Tertia	Sexta mane
Sexta	Duodecima	Sexta	Nona
Nona	Tertia p⁹ meridiē	Nona	Duodecima
Duodecima	Sexta serotina.	Duodecima	Tertia p⁹ meridiē
Hebræorum.	Gallorum.	Hebræorum.	Gallorum.

95 Eam solis eclipsim quæ Christo in cru⸗
ce pendente toti orbi innotuit: innatu⸗
ralem fuisse.

Perfecto totius iustitiæ soli in crucis pati⸗
bulo ante conspectum omnium occũbenti: ter
renum solem haud ab re compati oportuit: &
opifices visibilis lucis thesauros: trium hora⸗
rum spacio inuios ponere mortaliũ oculis: vt
hoc pacto enuntiaret vniuerso orbi: vtriusq;
mundi solem præter naturam pro salute om⸗
nium immolari. Sicut enim Christi mors inna
turalis fuit & violenta (Nam nullam habuit
mortis causam: nec debuit sicut cuncti homi⸗
nes / lege & ordine peccati interire) ita & hoc
solis deliquium præter naturæ seriẽ apparuit.
Solet enim accidere solis eclipsis dũtaxat quo⸗
ties luna soli coniuncta: nostris oculis ipsam so
lis lampadem inuiam ponit.



96 Sicut Christus iustitiæ sol: purus & in
nocens: pro peccatoribus hominibus
vitæ eclipsim perpessus est: ita & mun⸗
danus sol suo authori compatiens: eo
tempore quo luna pati debuit: deliquiũ
perpessus est.

Lunę deliquium natura contingit tempore
oppositionis solis & lunæ: quoties terra solare
iubar a luna intercipit atq; aufert. Solis vero
defectus seu potius impedita eius appaririona
turæ serie fit: quando luna inter nostrũ oculũ
& solem interhiat. Hæc enim tria / terra / luna /
sol: sunt vt naturale solis deliquium. Hæc vero
luna / terra / sol: eclipsim lunarẽ enuntiant. Fuit
ergo eclipsis solis hora dominicæ passionis cõ⸗
tingens in tempore lunaris deliquii: vt in tem
pore decimæquartæ lunæ. Nam luna momen
to ab solis dyametro & oppositione: sese ad so⸗
lis coniunctionem cõuertit: ibiq; tribus horis
perseuerans: rursum eodem quo processerat ar
cu: retrograda latione in naturalem locum se
recepit. Quia igitur passus est sol deliquium
eo tempore quo non sol sed luna pati debuit: id
est tempore oppositionis amborum: in his pro
fecto nonnihil latet mysterii. Christum scilicet
passum esse: qui pati non debuerat. Christum
solem purum & immaculatum: voluntarie &
præter iustitiam pro luna hoc est pro macula⸗
tis hominibus pati voluisse. Christus enim est
vt purus sol. Cæteri vero homines ex peccati
macula: sunt vt luna. Tempus autem tum ad⸗
erat: quo luna pati debuit & lumiẽ spoliari: vt
quæ decimaquarta erat: & ex aduerso dyame⸗
tri collocata. Attamen sol: lunæ loco deliquiũ
perpessus est. Ita profecto & peccatores homi⸗
nes pati: & macularum suarũ iustas luere pœ⸗
nas oportebat: non autem Christum innocen⸗
tem: a quo aberat omnis macula totius passio⸗
nis & mortis occasio. Veruntamen qui pati nõ
debuit: hic præter naturã (eorum loco qui pœ
nam sufferre debuerãt) morti se obtulit: & tẽ⸗
poraria morte resolutꝰ est. Hæc est igitur quã
tum accipimus præcipua significantia & cau⸗
sa solaris eius deliquii: quod hora dominicæ
passionis apparuit.

Eius solaris deliquii quod hora domini 97
cæ passionis innotuit: tres esse signifi⸗
cantias.

Prima & precipua eius significantia: est
quam præcedens denarrauit. Q; sicut loco lu
næ sol perpessus est eclipsim: ita & loco pecca⸗
torum & pro peccatoribus hominibus: inno⸗
cens dei filius vitę passus est deliquium. Est em̃
Christus vt sol: peccatores vero vt luna macu
losa. Secũda vero est q; eadẽ eclipsis vniuersalis
fuit: totiq; orbi innotuit: cum plerunq; soleant


particularia fieri deliquia: tantum vni regioni & non alteri sese prodentia. Id autem signauit Christum & pro omnibus hominibus immolari: & nõnunq̃ eius notitiam & sacrum cultũ in vniuersum orbem propagãdum: vt omnes gẽtes quę prius in tenebris: morientis tenebras viderant: postea illustratæ cernerent resurgentis claritatem & ascendentis gloriam. Tertia autem causa & significantia huius solaris deliquii est: ꝙ trium horarum spatium/quo sol mortalium oculis inuius stetit: pręsignabat triduanam IHESV autheris vitæ sepulturam: qui de seipso prædixerat: Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic & erit filius hominis in corde terræ tribus dieb⁹ & tribus noctibus.

98 Christo patiente: nihil eius diuinitatem esse perpessam.

Alibi diximus diuinam naturã impassibilẽ esse: eamꝙ non modo morti nõ esse obnoxiam: sed & ab omni terreno & alio quouis affectu inuiolabilem manere. Non igitur Christo patiente: quicq̃ passa est eius diuinitas. Erat quidem sacra ipsa verbi diuinitas in cruce: cum tota Christi humanitate coniuncta. Erat in inferno cum eius anima. Erat in sepulchro cum corpore eiusdem: sed nihil aut cum tota humanitate: aut cum anima: aut cũ corpore perpessa est: nec aliquatenus per suam ipsius cum humanitate aut cum partibus eius vnionem & copulam: quicq̃ maculæ aut permixtionis accepit. Christo igitur patiente: sola passa est humanitas: diuinitas vero nequaq̃.

99 Ex analogia solaris deliquii: Christi diuinitatem nihil esse perpessam conicere.

Si cupis in analogia dinoscere sacri verbi diuinitatẽ patiente Christo nihil esse perpessam recurre ad eclipsim solis: quę dominicam quidem passionem non modo præsignabat: sed iã præsentẽ ostendebat. Nam solis eclipsis haud est priuatio defectusve luminis ĩ sole: sed interpositio lunæ inter nostrum aspectum & solem per quã ipsum quidẽ solem pati iudicamus: cũ tamẽ ille nihil patiat: nec naturali lumine spolietur: nec vllo pacto eius puritas maculetur: aut vlli impuritati permisceatur. Re enim vera sole deliquium patiẽte: noster duntaxat oculus eclipsim patitur: quippe qui interstite luna inter se & solem: hunc intueri & phœbæo perfundi radio prohibetur. Nam luna coniuncta soli: nec maculam/nec priuationẽ luminis/nec passionem vllam nisi apparentem & non existẽtem ipsi soli ĩfert. Dic igitur oculum nostrum esse velut Christi humanitatẽ: solem vero vt diuinitatem verbi in ea habitantẽ. Nostra autem peccata quæ pertulit Christus in humanitate sua propter quæ & passus est: esse vt lunã suapte natura maculosam & obscuram: quemadmodum & cuncta peccata tenebræ sunt & obscuritas quædam. Hac analogia perfacile deprehendes Christi non diuinitatem: sed solam humanitatem nonnihil esse perpessam. Nam nostra peccata nequaq̃ diuinitati: sed humanitati Christi imposita sunt: nec vllam diuinitati sed soli humanitati passionem & deliquium mortis: absꝙ vlla tamen ipsius macula intulerunt. Sicut enim Luna interposita nostro oculo & soli/passio est nostri duntaxat oculi/non



autem passio solis (q̄q̄ ob nostram apparentiā: solis deliquium vocetur) ita & peccata nostra imposita humanitati Christi: haudquaq̄ fuere passio diuinitatis eiusdem sed solius humanitatis. Nam diximus nonnunq̄ duplex esse personæ Christi vinculū. Aliud naturale īter animam & corpus. Aliud vero supernaturale quo diuinitas adhæsit humanitati. Horum autem vinculorum / illud temporaria morte solutum est: istud vero nequaq̄.

100 Nostra peccata quæ voluntarie tulit Christus: non eandem in eo vim habuisse quam in nobis habebant.


Hæc pendet ex analogia præcedentis. Nam diximus nostra peccata / in Christi passione / persimilia esse lunari globo: cuiꝰ inter solem & nostrū oculū interpositio: causa est vt sol apparēter: noster vero oculꝰ veraciter eclipsim patiatur ac lumine spolietur. Dicimus igitur longe minorem vim habuisse nostra peccata in Christo: q̄ in nobis: tam secundum humanitatem q̄ secundum diuinitatem. Nam peccatum nobis a natiuitate inhærebat. Christo autem impositū est peccatum non a natiuitate: sed sola voluntate: vt qui sponte omnium nostrum peccata in suo corpore portauit. Rursum a nostris peccatis: ipsi peccatores dicimur & sumus. Christus autem ab iisdem non est dictus peccator / sed peccatorum nostrorum in seipso mortificator. Vis igitur peccati in Christo: q̄ in nobis lōge minor fuisse perpenditur.

101 Christum omniū nostrū peccata absq̧ vlla sui cōmaculatione: aut peccatoris denominatione sponte pertulisse.

Nostra eñ peccata nostræ maculę sunt: quas vltro Christus suscepit / vt eas in seipso exinaniret ac mortificaret. Hæc vero nullā penitus maculā: Christi aut humanitati aut deitati intulerūt. Nostra substātia p̄ naturā diuersa est a diuīa substātia: & rursum iure & lege peccati: a diuīa pace & fœdere facta est aliena. Christi aūt humanitas p̄sonaliter diuinitati adhæsit: & rursum tam ob naturalem innocentiā q̄ ob omnē vnanimitatē & obedientiā volūtatis: illi extitit cōciliata. Nostra peccata tam nostrā voluntatē q̄ substantiā: efficiebant a deo alienam. Eadē vero imposita personæ Christi: nec eius substātiā nec volūtatē: a deo separare aut alienā efficere potuerūt. Haud igitur iterū habuerūt nostra peccata Christo imposita tantā in eo vim quātam in nobis habuisse cernuntur. Sicut eñ nostra peccata nostrā soluunt humanitatē (Nā solutio naturalis fœderis animæ & carnis: contingit ex sola innaturali causa peccati) ita & eadem peccata sponte a Christo absq̧ commaculatione sui suscepta: duntaxat humanam eius substantiam ac naturale animæ & corporis fœdus dissoluerunt: nullam vero in supranaturali diuinitatis & humanitatis copula / vim habere potuerunt.

In descriptione seu sensibili explicatio- 102
ne personæ Christi: temporariam mortem scribendam esse duntaxat inter animam & corpus.

In descriptione personæ Christi: mors scribenda est tantum inter animam & corpus. Nō autem in eius diuinitate / non in anima / non in corpore / nō īter diuinitatē & aīam / nō īter deitatē & corpus. Nā diuinitatis cū aīa & corpore vinculum: simplex est vnicum & supranaturale: quod morte solui nō potuit. Solius eñ humanitatis nodū: id est animæ & corporis naturalē copulā: īteruenīēs mors diremit. Nā nihil



passa est Christi diuinitas. Nequaq̄ etiā Christi anima interiit. Corpus vero passum quidē est: pœnamq; & crucis patibulum persensit: non est tamen morte corruptum: aut a diuinitate separatum: aut vlla tabe dissolutum. Quapropter solum Christi corpus veraciter passum est: non tamen corruptum. Sola enim humanitas diuisa est & mortua: non annihilata. Anima vero eius & diuinitas: subiectiue nihil passa sunt / nec diuisa abinuicem. Permansit integra & immaculata diuinitas: neq; ab anima / neq; a corpore separata. Anima quoq; stetit immortalis: nihil quidem passa nec maculata: sed tamen a corpore: non autem a diuinitate separata. Corpus pariter integrum & incorruptū permansit: purum item & mundum vt prius separatum tamen est a sola anima: non autem a diuinitate. Mors enim in nulla particularium Christi naturarum insedit: vt quæ nec in eius diuinitate: nec in ei⁹ anima quicq̄ egit nec corpus ipsius vlla tabe aut corruptione dissoluit. Operata est autem mors in totali natura humanitatis: cuius substantialem nodum scidit: cuiusve partes animam & corpus abinuicem trium dierum spacio diremit. Mortuus est em̄ homo / non mortuus est deus. Desiit homo esse homo: non tamen desiit deus esse homo: nec homo desiit esse deus.

103 Christum omnium hominum peccata vltro in seipso gestantem: fuisse vt apparens & nō existens omnium peccatum.

Monstrauit pręcedens in Christo fuisse omnium nostrum peccata: non per veram adiacentiam & inhæsionem / quemadmodum ea cūctis hominibus insunt: sed solum per voluntariam & vltroneam eorum assumptionem: qua sponte humiliauit seipsum sub iugo peccatorum: vt iugum peccati confringeret: vtve excuteret a ceruicib⁹ hominum: ipsius Sathanæ potestatem. Nam a nostris peccatis peccatores & nominamus & sumus: cum tamen eorum iugum nullo pacto Christum aut maculauerit aut peccatoris nomen illi indiderit. Is enim factus est pro omnibus peccatum: qui erat absq; peccato. Et qui proprio onere carebat: alienum omne onus perferre voluit. Quapropter Christus quo ad naturam peccati: solis eclipsim imitatus est. Nam sicut solis eclipsis est duntaxat apparens & non existens luminis in sole deliquium: ita & Christus apparens fuit & non existens omnium peccatum. Apparuerunt em̄ in eo omnium peccata: in quo nulla erant peccata. Apparuit etiam & pro omnibus infirm⁹: qui infirmus nō erat. Cernebatur ab oculis intuentium vt cadens / vt leprosus / vt percussus humiliatus & derelictus a deo: cum nec ipse se ipso caderet: nec leprosus sed sanissimus esset: nec derelictus esset a deo: sed personaliter illi coniunctus atq; vnus: vt cuius nec totius personæ nec volūtatis vinculum: potuit vlla morte dissipari aut a diuina pace summoueri.

Peccatum in dæmonibus tria operatū 104
esse.

Peccatum simpliciter primum: est ea cogitatio superbię / quę ab initio exorta est in Sathanæ mente: & quæ deinceps in cæterorum dæmonum mentes ac voluntates irrepsit. Operatum est autem peccatum tria in dæmonibus. Primum opus peccati est eleuatio dæmonum qua relinquentes suum principatum e suis ordinibus digressi: deo similes esse voluerunt. Secundum eius opus est dæmonum ruina: quæ mox eorum superbiam sequuta est. Nam e cœlis acti extorres: in sensibilem mundum ruerūt. Tertium vero ac supremum peccati in dæmonib⁹ opus: est damnatio eorum: per quam nec illis est regressus ad poenitentiam: & in fine sæculi / cuncti in abyssum ituri sunt. Nullis enim eorum relicta est veniæ spes. Hæc tantum tria peccatum in dæmonibus egit. Nam cum eorū substantia immortalis sit: illā nec dissoluere potuit nec annihilare.

In hominibus q̄ in dæmonibus: pecca- 105
ti effectus esse duplo plures.

Operatur peccatum duplo plura in hominibus: q̄ in dæmonibus. Nam sex in communibus hominibus operat̄: scilicet eleuationē: deiectionē siue exilium: totius mortē: aīæ captiuitatē: corporis tabē & corruptionem. Postremo vero aīæ siue totius dānationē. In Christo aūt

peccatum non suum sed nostrum: operatum est deiectionem siue humilitatem eius & dissolutionem ac mortem totius: & ex consequenti triduanam animæ in inferno mansionem. Nō autem aut eleuationem aut animæ damnationē: aut corporis carnisve corruptionem. Omnis igitur vis & operatio peccati: nouenario nūero terminatur. vt pote quod trinam in dæmonibus: duplam vero in hominibus habuit potestatem.

ꝟ Corpus Christi iacens in sepulchro: nequaq̄ virtute mirrhę & aromatum: quibus conditum erat: integrum & saluū a naturali corruptione permansisse: sed potius virtute naturalis innocentiæ & præsentis astantisve diuinitatis.

Perparum aromata profuerunt in conseruatione corporis Christi a tabe & corruptione. Tolle enim aromata: nihilominus id corpus permansisset saluum / integrum / incorruptū. idq; duplici quidē virtute. Prima: virtute naturalis innocentiæ. Nam eius caro vt munda erat ab omni macula: ita & ab omni corruptione aliena. Secunda: virtute pręsentis diuinitatis: quæ tam corpori in sepulchro præsens affuit: q̄ animæ in inferno. Prouidebam enim inquit scriptura dominum in cōspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear: id est ne corrumpar / ne corruptione resoluar. Propter hoc lętatum est cor meum: insuper & caro mea requiescet in spē. quasi dicat in spe incorruptionis & integritatis: in expectatione animæ meę / quæ post triduum reuertetur ab inferis: mihi denuo socianda. Et rursum. Quoniam nō derelinques animam meā in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quasi velit innuere: comitaberis animam meam in inferno: ne ibi derelinquatur & captiua a morte teneatur: aderisq; carni meæ sanctę & immaculatæ in sepulchro: ne tabem videat & corruptionem experiatur. Hi enim psalmiloqui versus: diuinitatem verbi / tā animæ i inferno: q̄ carni in sepulchro affuisse promūt. Et rursum animam ab inferis eduxisse & carnem a corruptione illibatam integramq; seruasse: & animam demum corpori reddidisse. Suscitauit enim deus id est inhabitantis verbi diuinitas: Christum a mortuis: eiusve animā ab inferis eduxit: & eā iterū corpori sociauit. Haud igit̄ naturali virtute aromatum: sed vi naturalis innocentiæ & diuini inhabitantis verbi: Christi caro in sepulchro corruptionem effugit. Sed iam opportune a Christi passione & nece: in eius resurrectionē transeamus.

Theologicarum Conclusionū
Octaui Libri de passione dei finis. No
uēbris decima
sexta anni
M.D.
XII.

t.v.

Theologicarum Conclusionum
Nonus Liber de Resurrectione
dei.

1 
Ertiū diuini ver
bi contingēs ꝑ
dicatum esse re
surrectionē : q̄
est solutæ huma
nitatis instaura
tio.

Creatio primū
est cōtingentiū dei
prædicatorum:sed quod ad totam deitatē sit
referēdum: & minime ad solius verbi ꝑsonam
ac proprietatem. Incarnatio vero prima est di
uini verbi contingentia:passio secunda: resur
rectio tertia. Fuit enim Incarnatio prima diui
ni substātialis verbi ad nos progressio:qua no
strā humanitatem suæ integerrimę diuinita-
ti:absq; vlla eius aut confusione aut cōmacu-
latione:inseruit. Passio vero nequaq̄ ipsiꝰ ver-
bi passio fuit:cum natura diuina impassibilis
sit:sed passio & mors solius humanitatis:id est
separatio ac solutio parti totiꝰ humanę substā
tiæ. Nihil enim passa est anima Christi: pręter
solutionē sui a carne. Corpus aūt temporalem
quidem pœnā sustinuit: nihil tamen in sepul
chro corruptionis contraxit:sed sanū & incor
ruptum/triduo permansit:idq; non tam ope-
rante aromatum virtute:q̄ diuini verbi ꝑsen-
tia & naturali innocentia. Hæc igitur vbi su-
periores libri discussere:succedit tertiū Chri-
sti gloriosum/& plenum victoriæ pręedicatum
scilicet resurrectio.quę est aīę ipsius ab inferis
reuocatio: & iterata ꝓprio corpori insitio:nul
la deinceps morte dissoluēda. Sed anteq̄ de ea
quicq̄ dicere aggrediamur: paucula dicenda
sunt de transitu ac descensu animæ ipsiꝰ ad in
feros.qui aliquo pacto inter eius passionem &
resurrectionē medius est;triduano spacio hāc
ab illa diducens.

2 Necessitatem non simpliciter sed dū-
taxat nostri causa ingruisse: vt Christi
anima e corpore per mortem soluta ad
inferos abiret.

Necessitas incarnationis diuini verbi:aut
passionis Christi:aut descensus animę ipsiꝰ ad
inferos:nequaq̄ iuxta naturā aut diuini verbi
aut humanitatis Christi:sed tantū iuxta hūa
ni salutem generis est consyderanda. Nā po-
tuit quidem diuinū verbum nō incarnari: po
tuit & Christus non pati. Potuit rursum etiā
defuncti Christi anima: non descendere ad in-
feros. Non enim propter seipsum:diuinū ver-
bum in nostram humanitatem processit. Ne-
q; Christi humanitas passa est suiipsius gra-
tia. Neq; eius anima ob semetipsam ad inferos
descendit:sed omnia hęc tam in verbo q̄ in hu
manitate Christi q̄ in eius anima:nostri causa
impleta sunt. Vt eīm saluaremur:oportuit di-
uinum in primis verbum/particeps effici no-
stræ humanitatis. Oportuit & Christi huma
nitatem:tēporali crucis morte dissolui. Opor
tuit & eius animam:ad inferos vsq; lacus pro
gredi:vt & portas ęneas confringeret/vt ven
trem fauces q; Sathanæ dirumperet:vt eiꝰ car
ceres expoliaret eductasq; inde sanctorū aīas/
secū in cœlum reportaret.

Christum hęc tria: victoriam: victoriæ 3
fruitionem:& triumphū:diuersis in lo-
cis vt in mundo:in inferno:in cœlo esse
assequutum.

Militia Christi pro cunctis hominibꝰ/crux
ipsius est: & temporalis mors. qua vinci in pri
mis voluit:vt demū ī iudicio vinceret. Haud
igitur debuit anima Christi a corpore soluta:
aut mox abire in paradisum:aut permanere in
mundo; expectans diem resurrectiōis suæ:sed
continuo ad hostem proficisci:vt illum comi-
nus & in proprio regno debellaret: captiuasq;
animas inde abduceret. Si enim haud satis est
vincere:sed & victoria insuper frui & trium-
phum agere oportet: Christus qui primum
in cruce Sathanam eminus vicit : postea in
inferno victoria cominus perfrui voluit. Qui
postremo resurgēs:& ad patrem in cœlū cum
animarum multitudine regressus: gloriosius

de hoste victo & expoliato triumphauit. Vicit enim Sathanam in cruce. Victoria perfruitus est in inferno. Triũphauit denique in coelo.

4 Incarnationem Christi præ cunctis cõtingentibus ipsius prædicatis: ad solam diuini verbi naturam esse referendam.

Omnia hæc prædicata incarnationem / passionem / descensum ad inferos / resurrectionem & consequentem triumphalem ad coelos ascẽsum: solemus ad Christi personam referre. Sũt enim & ipsa Christi peculiaria. Quia vero diuersæ sunt naturæ Christi (nam duæ totales diuina atque humana: & tres particulares: diuina / animalis / corporea) hæc ideo prædicata diuersis Christi naturis veniunt applicanda. Incarnatio enim præsertim referenda est ad naturam solius diuini verbi, de quo sacra eloqua enuntiãt. Et verbum caro factũ est: id est verbi diuinitas in humana substantia habitauit / nostramque substantiam sibi coniunxit. Spectat igitur nequaq̃ ad Christi animam ipsa incarnatio; neque ad corpus eiusdem: sed ad solius diuini verbi personam. Hæc enĩ incarnata est. Hęc homo facta est; sine aut demutatione aut confusione aut commaculatione sui. Nam hæc ꝓpositio deus homo factus est: haudquaq̃ intelligit deum in hominem esse permutatum: sed verbi deitatem: humanã substantiam / sibiipsi circundedisse atque vniuisse.

5 Cætera post incarnationem contingẽtia Christi prædicata: ad varias eiꝰ naturas referri oportere.

Nam Christi passio nequaq̃ ad verbũ: sed ad solam humanitatem spectat. vt cuius partium animæ & corporis: naturale foedus morte solutum est. Descẽsus vero ad inferos est ad animam referendus: quæ sola verbo comitata in inferni claustra penetrauit. Sepultura porro propria solius corporis est: non autem verbi nec totius humanitatis. Non enim corpori inerat anima / quando depositum est de cruce: quando conditũ aromatibus: quando pannis inuolutum aut positum in sepulchro. Ade-

Progressio verbi Christi	Incarnatio	Descensus verbi in hominem.
	Mors	Solutio hũanitatis.
	Descensus ad inferos	Animæ verbi comitatæ.
	Sepultura	Corporis verbo non absente.
	Ascensus ab inferis.	Animæ comitatę verbo.
	Resurrectio	Humanitatis.
	Ascensus ad coelos	Humanitatis cũ verbo.

rat tamẽ sepulchro ex corporis vnione deitas verbi. Et quemadmodum descensus ad inferos refertur ad animam comitatam verbo: ita & ascensus ab inferis peculiaris est animæ verbo sociatæ. Haud enim ascendit ab inferis: nisi quod in infernum penetrarat. Resurrectio vero morti contraria: totius est humanitatis ꝓpria. Nam resurrectio denuo coniunxit: quæ prior mors segregarat. Cæterum resurrectio coniunxit inæternum: quæ mors ad tempus secreuit. Porro ascensus ad coelos: proprius est totius & integerrimæ ꝑsonæ Christi. Ascẽdit enim ad coelos verbum ipsum: ascẽdit anima: ascendit corpus: ascendit ꝑsona verbi: ascẽdit humanitas Christi: ascendit tota & integra persona Christi. Non plus ascendit ab inferis: q̃ descenderat in infernum. plus tamen ascẽdit in coelum: q̃ descenderat e coelis. Nam descenderat e coelis in vterum virginis sola verbi diuinitas: nondum anima / nondum corpore / nondum humanitate comitante. Ascendit autem eadem rursum diuinitas: qua cũ & anima & corpus ascenderunt. Non enim hũanitas Christi conflata est in coelis: & demum e coelis in vterum virginis immissa: sed in virginis vtero & corporis conceptio & animæ creatio & diuini verbi vtriusque insitio: eodem instanti creditur perfecta & consummata.

Quanto tempore Christi anima demorata sit in inferno: scrutari. 6

Tribus horis Christus viuens in cruce pependit. Aliis quoque tribus horis: defuncti corpus in cruce permansit. Affixus est enim cru-

ci hora ſexta:quę eſt Hebręorum meridies.Ex
pitauit hora nona:depoſitus eſt hora veſperti
na:quam duodecimā numerabant ſole occum
bēte.Reſurrexit autē vt theologis placet poſt
ſabbatum/hora prima:oriente ſole ferię priæ.
quā ideo a dominica reſurrectione:& feſtā ce-
lebramus & dominicam nuncupamus. Hora
igitur reſurrectiōis Chriſti ab ea hora qua to
tius ipſe iuſtitiæ ſol occubuerat: quadrageſi-
ma numeratur.Nam ab hora nona feriæ ſextę
qua ſacram animam exhalarat:ad initiū & pri
mam horam ſabbati horæ ſedecim fluxerunt.
Ab initio vero & ortu ſabbati ad feriæ primæ
initium:integra dies fluxit horarum quatuor
& viginti ſpatium complectens.quibus adde
ſedecim horas reſiduum feriæ ſextę:& quadra
genas horas conflabis. quibus anima Chriſti
a corpore ſoluta:in corde terræ id eſt in infer-
no permanſit:non vt captiua ſed vt inferni ex
poliatrix:& depredatrix earum animarū quæ
ſub Sathanæ manu/ſacrū & deſideratum ipſi
us aduentum præſtolabantur.

7 Quadragenariū numerum: ſacri my-
ſterii exortem non eſſe.

Ad quadragenarii enī numeri normam ac
menſuram:pleraq; diuinitus contigiſſe in ſa-
cris eloquiis lectitamus.Nā quadraginta die-
bus pluit ſuper terrā:vt aquæ diluuii ſtagna
rent.Quadraginta annis ira & vltione dei ſte
tit populus in deſerto:donec omnes a viginti
annis & ſupra/interiiſſent:qui contra deū &
Moyſem murmurarant.Annis quoq; ter qua
dragenis:electus dei Moyſes vixit.vt qui qua
dragīta ānis dux fuit terrenæ militię ſub Pha
raone in Aegypto:quadraginta annis paſtor
ouium deſerto Madian: & quadraginta an-
nis paſtor & nomothetes populi dei in monte
Sina. Hic etiam quadraginta diebus in mon-
te Sina populum latuit:opertus nube perfru
ensq; diuino colloquio/vt tabulas teſtamenti
acciperet.Quadraginta annis regnauit elect⁹
dei Dauid:ex cuius ſemine Chriſtus ſecundū
carnem natus eſt.Quadraginta dieb⁹ vir dei
Helias pane & aqua cœleſti confortatus:am-
bulauit per deſertum vſq; ad mōtē dei Oreb.
Quadraginta diebus Chriſtus in deſerto ne-
q; edens neq; bibens ieiunauit:quoad vt vera-
citer homo & humanæ particeps infirmitatis
eſuriit. Quadragenis rurſum diebus poſtq̄
ſurrexit a mortuis:in terris conuerſari voluit
interdum diſcipulis apparens:& cum eis edēs
ac bibens:quoad in cœlum (lapſis quadrage-
nis diebus) aſſumptus eſt.Et aliæ complures
ſunt numeri quadragenarii myſticæ proprie-
tates:quas breuitatis cauſa ſilentio pręterim⁹
Nimirum igitur ſi tot horis ſtetit anima Chri
ſti in inferno:quot annis populus dei māſit in
deſerto.Fuit enī migratio populi ex Aegypto:
præcurrens figura egreſſus animæ Chriſti e
corpore.Status vero populi in deſerto:vt ſta-
tus animæ Chriſti in inferno.Ingreſſus dein-
ceps populi in terram promiſſiōis: ingreſſum
triumphantis Chriſti in gloriam ſuam/ſiue i
regnum cœlorum oſtendit.

Q̄z q̄ de⁹ pater obtulerit Chriſtū mor 8
ti donum pro nobis: eundem tamen a
morte reuocaſſe:quem morti in pretiū
cunctarum animarum exoluerat.

Hæc cuidam inſtantiæ ſatiſfactura eſt: vt
oſtēdatur cauſa reſurrectionis Chriſti ſiue re-
ductionis animę ipſius ab inferis.Nam ſi Chri
ſtus eſt gratuitum patris donum: quod deus
pater in p̄rium cunctarum animarum morti
exoluerat: cur pater abſtulit & reuocauit a
morte/quod addixerat morti.Si enim Chriſt⁹
oblatus eſt morti vt cuncti liberarētur a mor-
te:dicet forſan aliquis Chriſtum debuiſſe ma-
nere in morte/loco vniuerſorū qui iuſte a mor
te detinebantur.Ad hæc dicimus Chriſti pro
peccatorib⁹ oblationem haudquaq̄ fuiſſe ſim
plicem commutationem hæreditatum inter
deum & mortem.quaſi deus vnicum filiū ſuū
Chriſtum:pro cunctis qui iuſte a Sathana poſ
ſidebantur commutare voluerit dicens Satha
næ.Meus eſt vnicus filius quem ex vtero ante
luciferum genui.qui & homo factus eſt:ī quo
mihi complacui:carens omni macula & labe
peccati:in quo palam eſt te ob eius innocentiā
nihil habere.Sit tuus ſeruus ille:vt omnes qui
ſerui tui ſunt(id eſt qui peccatores/qui morti

& filio meo dissimiles)In ius meum & possessionem cedant. Vnum liberum habeto pro multitudine seruorũ: vnum innocentem pro multitudine peccatorum. Hac simplici commutatione deus nequaquam vsus est inter se & Sathanã Nam simplex hæc commutatio: causam non ostẽdit resurrectionis Christi. Explicat enim solius mortis & oblationis ipsius modum: supprimens & obliuioni mandans ipsam resurrectionem. Et non modo supprimit obliuioniq; tradit Christi resurrectionem: sed & neq; causam adaperit qua fuerit Sathanę euacuata potestas. Quamquam igitur deus pater obtulerit Christum morti pro nobis: eundem tamen iuste ab inferis eduxit & a morte ad vitam reuocauit.

9 Christi pro nobis oblationem: haud esse cõmutationem simplicem: sed ipsius Sathanæ in iudicio & iustitia subuersionem.

Christi pro nobis oblatio: haud est commutatio simplex vnius liberi & innocẽtis/pro seruorum & peccatorum multitudine: sed cõclusio Sathanæ in iudicio & iustitia: per quam & euacuata est Sathanæ omnis potestas: & naturalis dei ouis/quę eidem in mortem oblata fuerat: cum cęteris(prius quidem maculatis: sed iam a macula & peccatorũ sarcina liberatis) est merito ad deum relata: & a morte atq; inferni carceribus/in coelestis beatitudinis thalamos reuocata.

10 Iudicium dei cum Sathana recensere.

Hoc pacto in iudicio & iustitia deus per mortem Christi Sathanam conclusit: de peccato damnans peccatum & ex morte mortem interimens. Tu inquit o Sathana hæreditatẽ meam desperdidisti: tu naturalem & vnicum filium meum occidisti: & in carcerib9 tuis cũ iniquis aliq̃diu possedisti. Reus es erga me lesę maiestatis. Hic enim in me nequaq̃ peccauerat. In hoc ego habitabam. Hic dom9 mea erat. In hoc sapientia mea: & verbum meum sibi tẽplum exciderat. Tu vero domum meam & tẽplum diruisti. Ouem meam quam vnicam & genueram & possidebam: occidisti. Ego igitur tua regna iuste subuertam. Tua claustra in iudicio dirumpam. Ouem meam e tuo ventre sanam & incolumẽ ad meipsum reducam: & cũcta quæ tua fuerant iuste possidebo. Dabo oui le tuũ omne quod iuste possidebas: agno meo quem iniuste occidisti. Id erit præmium mortis ipsius. Suscitabo illum & præficiam in pastorem: cunctis his ouibus quas iuste peremisti. Dabo ei potestatẽ suscitandi illas easq; viuificandi: & ab omnibus maculis repurgandi Hic regnabit in eis in æternum. Tu vero damnaberis: & omni expoliatus virtute/in abysso in immensitate tenebrarum iugiter commanebis. Hoc enim pacto conclusum est a deo per mortem Christi: Sathanæ iudicium. Hac lege Christus a patre in mortem pro nobis oblat9: iuste a morte ad vitam reuocatur. Eadem etiã causa cuncti peccatores a morte liberãtur: demumq; omni potestate Sathanas exuitur.

Christi duplicem intelligi posse vitam aliam naturalem in qua spõte mortuus est: aliam acquisitam in qua resurrexit & in qua permanebit immortalis. 11

Christus(vt nõnunq̃ diximus)anteq̃ pateretur erat immortalis nõ simpliciter: quasi nõ potens mori: sed immortalis: id est & potẽs nõ mori: & debẽs nõ mori ob naturalẽ innocẽtiã. Iniuste enim id est absq; peccato & mortis causa: mortuus est. Perdidit autem sponte vitam priorem: in qua si voluisset/immortalis perseuerare potuisset. Illam etenim vitam obtulit ĩ mortem pro cunctis hominibus: qui naturalẽ immortalitatem per inhabitans peccatum perdiderant. Hanc vitam sponte perdidit: vt omnibus qui vita carebant vita donaretur. Et q̃a iniuste naturalem perdidit vitam: iuste profecto in eandem vitam reuocari debuit: vt eam quoq; vitam quam sua morte acquisierat: cunctis hominibus vita carẽtibus benigne impartiretur. Post igitur Christi resurrectionẽ duplex intelligi potest ipsi9 vita: alia quidem naturalis & singularis: in qua anteq̃ pateretur solus viuebat: nullos adhuc viuificãs. Alia acquisita & vniuersalis: in qua non modo vixit ipse: sed & omnes viuificauit.

Singularem Christi vitam expositam 12

morti:vniuersalē oīm vitam peperisse.

Singularis Christi vita morti exposita vniuersalis omnium p̄tium vitę acquisiuit. Non eñ mortuus est Christus vt ipse viueret: sed vt viuerēt vniuersi. vt qui priusq̄ moreretur viuebat: & natura īmortalis erat. Præter ip̄m vero nulli hominum: aut viuebāt aut immortales erant. Mortuus est autē vt cuncti viuerent: vt ve communem oīm vitā sua nece mercaretur. Cuius igitur autem mortem simplex & vnica erat vita: huius iam passi & resurgentis duplex est vita. Vna naturalis ī qua pręuiuebat. Alia acquisita in qua cunctis hominib⁹ vitam donauit. Non enī in naturali vita Christi: cuncti homines aut redempti sunt aut reuixerunt. Nam q̄diu hæc perseuerasset: nulli hominum ab inferis reuixissent. Viuunt aūt omnes in secunda Christi vita: vt in ea quā fœn⁹ mortis ipsius sanguinis sui p̄tio comparauit. Vita in qua mortuus est Christus: immortalis quidem erat: sed naturalis singularis & illi soli propria: vt quæ nullis hominibus sed soli Christo antea frugi erat. Vita autem ī qua resurrexit: est cōmunis omnium vita.

13 Mortuum esse Christū dūtaxat p̄pter nos & non propter seipsum: eūdem tamē & propter seipsum & propter nos a mortuis surrexisse.

Haud oīno ita est de resurrectione Christi dicendum: sicuti de prioribus tribus prædicatis incarnatione passione & descensu ad inferos. Hæc eñ tria Christo nullo pacto propter seipsum: sed dūtaxat nostræ salutis gratia vltro obtigere. Non autem ita resurrexit solum propter nos: sicut & incarnat⁹ est / & mortu⁹ est / & ad inferos descendit solum propter nos. Præcedentia enim prædicata sunt dūtaxat p̄pter nos contingētia. cum verbum ipsum nec egeret incarnatione; nec humanitas mori deberet / nec egeret ad inferos anima descendere. Resurrectio autem Christi fuit & causa nostri & causa personæ Christi necessaria. Causa q̄dem nostri: quia Christus resurgens: primitię est resurrectionis omnium: quorum resurrectionem ipse & natura & tempore præcedere debuit. Causa sui vero: quia oportebat ei⁹ humanitatem quæ per mortem erat in partes soluta: denuo redintegrari per vitam: & ad ea q̄ vltro dimiserat: eandem a deo reuocari.

Christi ad cœlos ascensum fuisse quoq; tam propter ipsum q̄ propter nos necessarium. 14

Rursum etiam ascensus Christi ad cœlos fuit tam causa ipsius / q̄ nostri gratia necessarius. Is enim velut pontifex & antistes vniuersorū hominum: & sanctificatus a patre sacerdos inęternū secūdum ordinē Melchisedech introire debuit ante omnes in sancta sanctorū æterna redemptione comparata. vt ibi assistēs paternis cōspectibus: pro humano genere placaret faciem patris sui: & præpararet locū cæteris cohęredibus suis. Vado eñ inquit ad patrem & præparabo vobis locum. Et rursum. Quo ego vado scitis & viā scitis. Ipse eñ erat via quæ ad eos loquebatur. Similiter si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Et iterum orās pro eis dixit. Pater volo vt vbi ego sum: & illi sint mecum vt videant claritatem meam. Hæc ergo sacra testimonia ostendunt quanta nostri necessitate: Christus ante vniuersos abierit ad patrem / ascendens in cœlū. Sed & necessitate sui: Christ⁹ ascēdit in cœlum. quia oportebat diuinum in primis verbū quod in eius humanitate habitabat: ad patrē reuerti. & deiceps Christi humanitatem quæ diuino verbo paruerat ei in cunctis obsequuta: fieri comitem ipsius verbi: & supra choros angelorum omnium & cœlestium potestatū exaltari: vt in nomine eius omne genu flecteretur / cœlestium terrestrium & infernorū. Omnia enim supposuit deus pedibus eius.

Per Adam: vnius vitam & vnius mortem: intulisse mortem omniū. Per Christum vero vnius mortem & vnius vitam: intulisse omnium vitam. 15

Intellige vitam residere in summo: mortem vero in imo. Nam vita similis est luci: quæ semper e sursum pendet. Mors vero tenebras

quæ ex imo oriuntur: æmulatur. Vita similis ē cœlo & intellectuali mundo: mors vero/& terræ & sensibili mundo. Vita deus est: Sathanas vero mors. Hic proiectus in imum: ille cūctis eminentior. Est igitur motus in altum qui vocatur exaltatio: quidam motus ad vitam siue motus in deum. At conuersio in imum q̄ vocatur humilitas & deiectio sui: quidam mot⁹ est in mortem. Dico igitur his p̄missis: p Adā & Christum contrariis modis/in cunctos homines & mortem & vitam esse propagatam. Nam quia exaltatus est Adam a seipso in paradiso/volens similis fieri deo: humiliatus est a deo & eiectus de paradiso. Christus vero quia imprimis humiliatus est a seipso: exaltatus est a deo. Quia viuere voluit Adam: mortu⁹ est. Christ⁹ vero quia mori voluit: vixit. Vita igitur Adæ & mors Adæ fuit omnibus perniciosa. Christi vero mors & exinde vita: cūctis est vitam impartita. In Adam vita in primis intulit mortem: vita vero & mors vnius: omniū mortem pepererunt. In Christo vero contra mors peperit vitam: mors quoq; & vita ipsius: effectę sunt vniuersorum vita. Fuit igitur per Adam: vnius vita & vnius mors/vniuersorū mors. Per Christum autem contra: vni⁹ mors & vnius vita/simul omnium vita.


16 In oppositis angulis: Adæ Christi & vniuersorum hominum: vitam ac mortem concludere.

Oppositi sunt anguli Adę & Christi: qui in primis amborum vitam & mortē: deinde mortem & vitam: postremo omnium mortē & vitam: enunciant. Primus enim motus Adæ ex superbia processit: tendens in altum a seipso; secundus in imum a deo. Primus vero Christi motus fuit in imum a seipso: Secundus autem in sublime a deo. Deiecit Adam cunctos in imum: quos demum Christus extulit ac reuocauit in altum. Sit enim verbi gratia A B C angulus Adæ: cuius pūctum A sit vt Adam. B autem summus anguli apex: sit vt vt de⁹ & vita sublimis. C autē sit vt mors: sita in imo. Adam suggestione diaboli in paradiso elusus volens deo similis & æqualis haberi: eleuatus est in deum per latus A B. Mortu⁹ est autem ac deiectus a deo in mortem: secundū latus B C. Viuere voluit Adam a seipso in latere A B: & mortu⁹ est volūtate dei per lat⁹ A C. Angul⁹ igitur A B C est vita & mors Adæ: quæ omniū mortem intulerūt. Latus enī A B est vt maior præmissa: latus B C vt minor: A C vero vt mortis omnium conclusio. Sit autem oppositus angulus Christi D E F, cuius D sit vt deus: imus vero atq; depressus apex E sit vt mors: F autē vita. Christus residens primo in D: & procedens a deo p latus D E: humiliauit seipsum vsq; ad mortē. Exaltatus est autem a deo per latus E F: reuocatus in vitam & in altitudinem dei sublimatus. In angulo igitur D E F: per mortem & vitam Christi/cuncti hoīes reuixerūt: q in priore angulo Adæ moriebant. Exaltauit enī Adā seipsum: quem deus humiliauit. Deiecit autē seipsum Christus: quē exaltauit deus.

Deus B Vita
Voluntas Adæ.
Voluntas Dei.
Angulus Adæ in quo omnes mortui sunt.
A Adam
C Mors
Mors omnium
Vita omnium
Deus D
Vita F
Angulus Christi.
Voluntas Christi
Voluntas dei
E Mors.


Mortem in primis vixisse: & vitā mortuam esse: demum vero vitā reuixisse & mortem interiisse. 17

Ex doctrina artis oppoſitorum: dum duoq̃uis oppoſita inter ſe conferuntur: quatuor inde ſurgunt habitudines. Duę quidẽ ſecantes: in quibus fit mutua comparatio vnius oppoſiti ad alterum: & duæ æquidiſtantes: per quas quodlibet oppoſitorum ſibimetipſi cõfertur. Aut enim per diametros quadrati aut per ei⁹ coſtas & latera: omnis oppoſitorum adinuicẽ comparatio explicatur. Vt quoties lux luci & tenebris tenebræ conferuntur: hæ quidem rationes ſub ęquidiſtantibus lineis & coſtis quadrati adimplentur. At cum lux tenebris & lu-




Cõparatio oppoſitorũ ad ſeipſa p ęq diſtãtes coſtas.





Cõparatio oppoſitorum adinuicem per ſecantes diametros.



ci tenebræ comparantur: horum rationes in diametris & interſecãtibus lineis exarantur. Et eodem modo dixeris de vita vitæ & mortis morte: deq; vita mortis & morte vitæ. Nam vita vitæ & mors mortis; æquidiſtantes lineas coſtaſve quadrati deſcribunt. vita vero mortis & mors vitæ: ſecantes lineas diametroſve quadrati ꝓtendũt. Vita enim vt lux eſt: mors vero vt tenebræ. Mors autem primum apparuit & vixit: quoadusq; humanum gen⁹ in ſeruitutem coniecit. Cui ob inhabitãtis peccati maculam: eſt aliquãdiu dominata. Poſtea vero vita quæ Chriſt⁹ eſt: mortua eſt: & communibus hominibus (cum tamen peccatum nõ haberet) vltro ſimilis effecta & ſub Sathanæ iugo oppreſſa. Tertio vita: id eſt Chriſt⁹: libens & ſponte mortua / reuixit & ad immortalẽ vitã i iudicio eſt a deo reuocata. Quarto vero ac poſtremo mors: quæ & Sathanas: mortua eſt. quia & ablatum eſt eius iugum ab hominib⁹ per Chriſtum: inſuper & ipſa in abyſſum præcipitata. Exaltata eſt enim in primis mors: exinde humiliata vita: tertio exaltata vita: quarto humiliata & deſtructa mors in ſempiternum.


Oppoſitorum: vitæ & mortis: omnes quatuor habitudines nonnunq̃ in mũdo viguiſſe. Et duas quidem interſecãtes a deo ſublatas eſſe: duas vero æquidiſtantes perpetuas fore. 18

Oppoſitorum vitæ & mortis cunctæ quatuor habitudines & comparationes nonnunq̃ in mundo viguerunt: & duæ quidem interſecantes ac diametrales quæ primę apparuerunt: ſcilicet vita mortis & mors vitę: ſublatę ſunt a deo. Duę vero ęquidiſtantes & laterales quæ poſtremo exortę ſunt: id eſt vita vitæ & mors mortis: hactenus vigent / in æternum permanſuræ. Apparuit enim primum vita mortis: per Sathanæ voluntatem. Deinde mors vitæ: volũtate Chriſti ſeipſum in mortem exponentis. Hæc autem duo vt diſſimilia & naturæ contraria: a deo ſublata ſunt. Sequentes vero habitudines ſcilicet vita vitæ & mors mortis: vt iuſtę vt ſimiles & rationabiles: ita & diuina virtute exortę ſunt: iugiter in mundo permanſuræ.

Vitæ & mortis diametros primum in mundo viguiſſe: deinde coſtas a deo illatas eſſe. 19

Nam quia viuebat Sathanas: mortuus eſt Chriſtus. Et quia mortuus eſt Chriſtus: reuixit Chriſtus & Sathanas mortuus eſt. Prima in mundo viguit ea diametrus: qua mors vixiſſe enuntiatur. Hanc vero diametrum ſequuta eſt reliqua diametrus: quæ vitam id eſt

Christum mortuū fuisse asseuerat. Prima autem costa quæ exorta est: hæc est quæ vitā spō




te mortuam / in vitam reduxit: seu q̄ vitam reuixisse & inæternum viuere pronuntiauit. Secunda vero costa quę huic successit: ea est quæ mortē interemit atq̧ damnauit: quæve mortē mortuam esse buccinatur. Vnde fit vt nō immerito a præsenti ecclesia: in laudē immolati agni decantetur: Mors & vita duello conflixere mirādo: dux vite mortu⁹ regnat viuus.

20 Vitæ & mortis conflictum quo inter se de principatu humanę speciei contē derunt: factum esse præter naturam ambarum.

Nam præter naturam est mortem viuere: & vitam mori. Permisit tamen deus accidere ea quæ erant præter naturam: vt postmodum naturam instauraret: & ea introduceret / quæ sunt secundū naturam. Natura em̄ vitę viuere est: natura vero mortis mori. Et tamen hoę contraria / dissimilia / innaturalia & violenta: primitus in mundo viguerunt / viuente morte & vita moriente. His itaq̧ sublatis: iudicatum est a deo / vt vita viueret & mors moreretur. Diametri primum & intersecantes lineæ vitæ & mortis: secundum tempus & hominū voluntatem in mūdo viguere: vt postremo latera & costæ eorum scilicet vita vitæ & mors mortis: inæternū secundum dei voluntatem euenirent.

Quid sit secundum naturam & quid p̄ter naturam explanare. 21



Id est secūdū naturā; qđ diuinę consonat voluntati. Pręter naturā vero accidit: quod diuinę volūtati cōtrariū eē reperit. Permisit in primis de⁹ fieri in mundo Sathanę & hoīm voluntatē; vt postea adimpleret vbiq̧ volūtas eius. Permisit regnare inaturales diametros: vt naturales costæ regnarent. Permisit item prius accidere ac vigere dissimilia & suæ voluntati repugnantia: vt postea similia / concordia / & suæ voluntati consona in iustitia orirentur. Nam vita mortis & mors vitę: quędam est dissimilitudo & prædicatorum contrarietas. Vita autem vitæ & mors mortis: similitudo quędam est & vniformitas prædicatorum.

Vitam vitę & mortem mortis: in præposteris & oppositis angulis exortas esse. 22

Hæ duę habitudines vita vitę & mors mortis: ī p̄posteris āgulis exortę sūt. Nā vita ī mortē qdē pfecta est: a qua redijt in vitā. Mors aūt ī vitā siue ī sublime exaltari voluit: q̄ demū e sublimi in mortē ruit. Angul⁹ igit̄ p quē viuit

vita:apicē seruat in imo. Is autē angulus quo mors mortua est: suũ verticē temporaliter in summo possedit. Hic em̄ est vt angulꝰ A BC ille vero velut angulus D E F. Nam per latus A B dominatus est Sathanas humanę speciei: factusq; est huius mũdi princeps. qui secundum latus B C iudicatus est: & ĩ mortis abyssum retrusus. Christꝰ vero in latere D E/ passus quidem & mortuꝰ est: qui demũ per lineā E F resurrexit. Latꝰ igitur A B est vita mortis: Latꝰ vero B C/ mors mortis. Linea aũt D E vitæ mors est. Latus vero E F vita & resurrectio vitæ. Latus A B intulit latus D E. Nā qa viuebat mors: vita mortua est. At latꝰ E F peperit lineā B C: id est resurrectio vitę mortem mortis parturiuit. Hæc em̄ latera sunt hoc ordine numeranda. Primũ A B: vita mortis. Secundũ D E: mors vitæ. Tertiũ E F: resurrectio vitę. Quartum B C: mors & iudiciũ mortis.

D B F


A E G

23 Per iustitiam & iniustitiam rursum diram vitæ & mortis contentionem elici & concludi posse.

Vitæ & mortis acre a sæculo duellum: sub ratione plurium nominũ & oppositorum variatur. Quę em̄ in præcedente de vita & morte p naturā & p̄ter naturā differuimus: dic in præsenti per iustitiam & iniustitiā. Nā qđ naturale est/ iustũ est. quod vero innaturale: violentum iniustum & præter naturam. Iustitia rursum secũdũ diuinā est voluntatem: iniustitia vero secundũ hominum & Sathanæ voluntates pcessit. Iustum est vitam viuere & mortem mori: iniustum autem viuere mortem & mori vitam. Attamen permisit in primis deꝰ duplicē regnare iniustitiam: vt postea duplex regnaret iustitia. Voluit prius experiri & pbare vim totius iniustitiæ secundum tempꝰ: vt postea inæternũ totiꝰ iustitiæ stabiliret firmaretq; imperium. Iniuste em̄ vixit mors: iniuste mortua est vita, iuste vita reuixit: iuste demum periit mors.

Per lucem quoq; & tenebras vitę mortisq; duellum conflare. 24

Rursum mortis & vitę duellũ: queas vt voles p lucē & tenebras exponere. Nā lux & tenebrę sunt psimiles vitę & morti. In primis enĩ fulserunt in mũdo tenebræ. Deinde lux spōte occubuit. Tertio lux reuersa est in lucē. Postremo vero in tenebras: tenebræ reiectę sunt atq; repulsę. Siĩiter & id p virtutē & infirmitatē cōficies. Nā infirmitas in primis sub virtutis specie seq; virtutē ementiēs: pręualuit. Virtꝰ vero infirmitas existimata est: & sub infirmitatis amictu/ ab hoībus dānata. Postea vero virtus/ vt virtus refulsit: & infirmitas/ vt manifesta ĩfirmitas: est a deo reprobata. Et ita in cũctis oppositis perge: enũcians priꝰ earũ diametros in mundo/ Sathanę & hoīm volũtatibꝰ viguisse. Deinde exterminatis diametris: costas & ęquidistātes lineas esse a deo ĩtroductas. Quid em̄ sint cunctorũ oppositorꝫ diametri & qđ eorũdem costæ priꝰ edisseruimus: Vt in pręsenti q̄drato A B C D diametri sunt A D & C B: q̄ sunt vt vita mortis & mors vitæ. Costæ vero sunt A B & C D: quæ sunt vt vita vitæ & mors mortis. Cum ergo prius in mundo viguerint diametri A D & C B secundum tēpus & hominũ volũtatē: has modo cognoscimus exterminatas eē a mundo: & earum loco costas A B & C D: esse a deo reparatas & inæternum permansuras.



Tres status vitæ: tres quoq; mortis reperire. 25

Mors anteq̄ vixerit & principatum in hominibus habuerit: mortua erat: vita quoq; priusq̄ moreretur & ab hominibus occideretur: viuebat. Mors enim ex morte venit in vitam: & vita ex vita processit in mortem. Mors ex inferno ascendēs: in hominũ genus grassata est. Vita vero e cœlis descendēs & inter hoīes cōuersata: ab iisdem hoībꝰ est interempta. Mors

priusq̃ in hominibus viueret:erat in inferno. Vita vero priusq̃ in hoībus habitasset:erat in paradiso. Quæ vero erat in inferno mors:erat mors mortua/& quæ erat ī paradiso vita:erat viuēs vita:sed mors mortua vixit: & vita viuens mortua est. Postea vero vita a morte reuixit:mors autem est a deo interempta. Iam igitur sumus consequuti tres stat9 vtriusq̃. Nā mors prius erat mortua:id est dānata & ī imū e cœlis exturbata. Deīde exaltata est & vixit. Tertio mortua est. Vita vero quæ est Christ9 pri9 viuebat:postea mortua est:tertio reuixit.

26 Demum vtriusq̃ statum in quaternarium vsq̃ numerum extendere.


Si vtriq̃ adieceris ortū & initiū sui:cōplebis quaternū statū vtriusq̃. Nā hæc quatuor numerabimus in vita:ortū scilicet & initium vitę/vitā vitę/mortē vitę & vitā siue resurrectionē vitę. In morte vero paria numerabunt̃: initiū scilicet mortis/mors mortis/vita mortis/& mors mortis. Initiū vitæ dici pōt aut diuini verbi æterna a patre generatio/aut tpalis ei9 incarnatio pfecta ī vtero virginis. Vita aūt vitę:ē id tps/quo īcarnata vita cū hoīb9 in terris habitauit. Mors vero vitæ tēpus est a passione ad resurrectionē eiusdē. Supma vero vitæ vita:tempus est a resurrectione ipsius vsq̃ in æternū. At mortis initiū:est id instans quo Sathanas totius apostasiæ dux in cœlo peccauit. Mortis vero prima mors:ab hora qua Sathanas aut peccauit in cœlis:aut pcipitatus ī imū ruit:ad id vsq̃ instans quo protoplastos ī paradiso seduxit: numerat̃. Erat eīm mors tūc mortua & nondū in hoībus viuēs: aut vllū in eis principatū habens. Vita aūt mortis/est id omne tempus quod intercessit ab hora transgressionis & peccati protoplastorum; vsq̃ ad horam qua dominus IESVS expirauit. Nam tādiu sathanas & mors:in hominibus viguerunt. Mors autem mortis:id tempus est:quod ab hora qua Christ9 expirauit:superest ac succedet in æternū. Nā nūq̃ postea iterfecta mors resurget:aut vllam in hoībus habebit potestatē. Edocuimus igitur quomodo mortis & vitę:quaterni status vestigentur.

Cū mors orta sit i cœlis:i qb9 in primis dęmōes peccauerūt:cur ex imo & inferno:mors ipa pcessisse dicat̃:exponere. 27

Cū pri9 quadrigemino statu ipsam mortem emetiebamur:speculati sumus eū dūtaxat locū vnde immediatius in humanū gen9 mors aduētarat scilicet īfernū. Pręcesserat eīm Sathanę e cœlis ruina:humanū peccatū. Nō igitur e cœlis in paradisum:vt protoplastos eluderet/pfecta est mors. quippe q̃ iā cęlestē patriā ęthereāq̃ mansionē pdiderat:pcipitata in hūc mūdū aut in infernū. Ascēdit aūt aut ex hoc mundo aut ex inferno in paradisum: protoplastos eludēdi & e paradiso auocādi causa. Quāobrē dicebam9 mortē ex inferno in hoīem irruisse: cōsiderātes īmediatā mortis māsionē:ex qua ī paradisum ascēdēs:hūano generi sese fraudulēter īmiscuit. Et hoc mō ab inferno sumentes mortis īitiū:quaternū ei9 statū numerauim9: ei9 pgressiones vitę pgressionibus exęquātes.

Mortem sub vitę & perfecti cuiusdam specie a deo procreatam esse. 28

Hæc ppositio lōge alti9 mortis ipsi9 initia pscrutat̃:docēs mortē nō vt mortē: sed vt vitā & pfectū quiddā a deo eē pcreatā. Creauit eīm de9 Sathanā & cōplices ei9:quos dęmones vocam9/in natura & figura angelorū lucis:vt viuerent deo & famularent̃ suo creatori. Hi tñ vltronea malitia/ex āgelis lucis āgeli tenebrarū:& ex viuētib9 moriētes aut penit9 deo emortui effecti sūt. Quę igit̃ nūc mors ē:anteą vita fuit:sed ex vita/seipsam vltro cōmutauit ī mor



tem. Vbi autē mors ex vita sponte fuit in mor
tem cōmutata: hęc confestim præcipitata est
e cœlestibus æthereisve thalamis in imū. Quę
demū in mundi abyssis serpentis more damna
ta resedit: quoad miro astu deuictis ī paradiso
ꝓtoplastis: & humani gñis & mūdi huiꝰ (quē
propter hominem fecerat deus) principatum
obiuit.

29 Cunctos mortis status septenos esse.

Nam præter quaternos mortis status quos
recensuimus: sunt antiquiores eiꝰ status tres

Septē status mortis.
- Creatio mortis in vita in cœlis.
- Commutatio mortis ex vita in mortem.
- Præcipitatio mortis e cœlis.
- Mansio mortis in imo.
- Ascensus mortis in paradisum ad protoplastos.
- Principatus siue vita mortis in homine.
- Suprema præcipitatio ac dānatio mortis ꝑ Christū.

scilicet creatio ipsiꝰ in vita. Cōmutatio eiꝰ in
mortem per supbiā. & ruina ac pręcipitatio eiꝰ
e cœlis: in hūc mūdū. Vniuersi igit̄ statꝰ mor-
tis sunt septeni. Primū enī creata est mors vt
angelus lucis: viuēs deo. Deinde vltronea ma
litia est in mortē cōmutata. Tertio e cœlis a
deo præcipitata. Quarto stetit in hoc mundo
dānata. Quinto abiit in paradisum: in qua ꝓ-
toplastos elusit. Sexto dominata est hominibꝰ.
Septimo per Christi mortem est ab hominibꝰ
sublata: & extrema damnatione in abysso con
clusa.

30 Duplex esse Sathanæ peccatū: duplex quoqꝫ eius exilium.

Primū enī Sathanę peccatū patratū est ī cœ
lis: ex diuinoꝝ honoꝝ appetitione. Idqꝫ pecca
tū ipsum Sathanā ex angelo lucis in angelum
tenebrarū: & ex vita in mortē cōmutauit: fuit
qꝫ causa cœlestis ipsius ruine atqꝫ exilii. Secun
dum vero Sathanę peccatū fuit vel protopla-
storū seductio: vel Christi interemptio. Nam
vtriusqꝫ idē iudiciū: qñquidem mors Christi
fuit adimpletio & cōsummatio omnis peccati
quod ideo peccatum summe & excellēter pec-
cans appellatur. Primam Sathanæ ruinā qua
e cœlis in sensibilem concidit mundū: peperit
primum eius pecatū in cœlis. Secūdam vero
eius ruinam supmūve casum ipsa Christi pas
sio & consequens resurrectio in terris elicuit.
Primo suo peccato Sathanas e cœlis in sensibi
lem mundum exulatū missus est. Secundo ve
ro suo peccato ꝑ Christi necē illato: hic idem e
terris & e totius sensibilis mundi principatu
actus est in exiliū abyssi.

Vtrūqꝫ Sathanę peccatū indignū esse venia: & vtrūqꝫ eiꝰ exiliū sempiternum. 31

Nam qui semel præcipitatus est e cœlis: nū
q̄ postea in cœlū reuerti valuit. Et vbi is in fu-
turo iudicio in exilium
abyssi corruerit: nullā
deinceps inde emergē-
di aut in terras (sedu-
cēdoꝝ hominum cau-
sa) reuertendi potesta-
tem habebit. Primū Sa
thanæ peccatū eiusve superbia in cœlis: haud
vsqꝫquaqꝫ Sathanā dānauit: vt omni potesta-
te & virtute eundem illico exuerit: sed sola cœ
lesti ciuitate & ętherea māsione illū priuauit:
inqꝫ sensibilem mundum egit extorrē. Si enī Sa
thanas statim ab initio & ab origine mūdi fuis
set actꝰ in exiliū tā sensibilis mūdi q̄ ītellectua
lis regionis: fuissetqꝫ oī virtute spoliatꝰ & clau
sus in abysso: vnde licentia illi adesse potuisset
scandendi in voluptatis paradisum: q̄ sub cœ
li ambitu continetur: ibiqꝫ vafro astu hominū
genus eludendi? Vnde etiā illi pricipis huius
mundi cōgruisset nomē: si vna cū ętherea & ī-
tellectuali regione: sensibilis mūdi principatū
amisisset?


Christū passum nō esse vt Sathanā cœlesti priuaret mansione: sed vt sensibilis mundi principatu eundem exueret. 32

Non est passus Christus: vt Sathanā cœle-
sti priuaret māsione. Iā enī anteq̄ crearet Adā
hic e cœlesti beatitudine cū omni sua cohorte
deciderat / nunq̄ illuc reuocandus. Sed passus
est Christus: vt eūdē tanq̄ adhuc sensibilis mū
di pricipē dānaret: & iuxta sacrū eloquiū: mit
teret illū foras ī tenebras exteriores. Quāobrē
Christi passio haudquaq̄ ad pmā: sed ad scdaꝫ
Sathanæ ruinā iudicamꝰ eē referēdā. Qui enī

ante peccatũ Adæ e cœlis ruerat: adhuc tamẽ in sensibili mundo manebat: hic demũ p Christi mortem e sensibili quoq; mũdo eiectus est: & omni potestate tã cœlestium q̃ sensibilium priuatus.

33 Omnem Sathanæ & mortis progressionem: in triplici angulo contigisse.

In triplici angulo oẽm Sathanę & mortis pgressionẽ metimur. Nam eleuatus est primo ĩ cœlo: hinc eiectus de cœlo: postea sublimatus in sensibilis mundi principatũ. Postremo vero sensibilis mundi principatu spoliatus & in infernũ repulsus. Et hæc omnia per tres angulos A B C / B C D / & C D E / signant. Nam linea A B est primum Sathanę peccatũ siue ei⁹



in cœlis eleuatio supra deum: B C vero ei⁹ est e cœlis ruina: C D autem eleuatio eius in paradisum & sensibilis huius mundi humaniq; generis principatus: D E vero supmũ eius casum extremamq; damnationem ostendit.

34 Christũ pati voluisse: vt sensibilis mundus: instar intelligibilis mundi: ab omni creatura deo inimica repurgaretur.

Docuimus Christum passum esse: non vt Sathanã eiiceret e cœlis: sed vt ab eius potestate humanum genus erueret. Anteq̃ eñ pateretur Christus: immo vero priusq̃ peccarent ptoplasti: exulabat Sathanas a cœlesti mãsione. Et non mõ exulabat: sed & priuat⁹ erat omni potestate / illuc remeãdi vnde iã exciderat. Hic vero vbi postea in paradiso hominẽ fraude & astu deuicit: tum & hominem & cuncta q̃ hominis erant / vt sensibilem mũdum / in ius suũ & potestatem traduxit: factusq; est huius mũdi princeps. Voluit autem Christ⁹ pati: vt eũ tanto principatu exueret: vt ve sensibilem mũdum instar intelligibilis mundi: ab omni creatura deo ĩimica repurgaret: vt tã ĩ sẽsibili mũdo q̃ in intelligibili cũctorũ opifex de⁹ agnosceretur: coleretur: amaretur: esset q; templum & mansio dei in sensibili mundo: sicut & intellectuali mundo ab origine mundi fuit.

Si Christus passus non fuisset: sensibilis mundi principatum penes Sathanã permansurum fuisse. 35

Si Christus temporalem mortem nequaq̃ subiisset (q̃diu saltem perseuerasset & sensibilis mundus & humana species) permansisset etiam penes Sathanam: & humanæ speciei & sensibilis mũdi imperium / quod humano peccato quęsierat. Nam sæpe diximus haud aliter in iudicio & iustitia redimi potuisse humanum genus: & eripi a Sathanę potestate: q̃ per necem Christi. Cum humano autem genere / sicut cũcta sensibilia perierãt: ita & cũ eodẽ redimuntur. Nam quẽadmodum caro eam cui in hoc mundo seruiuit animam: siue in vitam siue in mortem siue in beatitudinem siue ĩ gehennam comitatura est: ita & sensibilis mundus (cuius anima est totus homo) annexus est homini siue mortali siue immortali: & vna cum homine aut interit aut saluatur. Interiit quidem cum homine per mortem Adæ: recuperatus est vero cum homine per mortem Christi.

Q̃ q̃ Christus passus non fuisset: nihilo tamen minus Sathanæ imperiũ tan q̃ violentum & diuinæ voluntati cõtrarium: cum rebus sensibilibus via & ordine naturæ fuisse casurum. 36

Si dixeris absq; incarnatione verbi & passione Christi: humanas generationes nunq̃ fuisse desituras: & sensibilem quoq; mundum futurum fuisse æuiternum: dico quoniam & absq; passione Christi futurus erat Sathanas æuiternus tam hoĩm q̃ sensibilis totius mũdi princeps. Nihil eñ aliud Sathanã vicit / hoĩem redemit / sensibilẽ mũdũ recuperauit: q̃ crux & passio Christi. Si aũt dixer[is] absq;

Christi passione & humanas generatiões fuisse consummandas: & sensibilem mundū futurū non fuisse æuiternū (hoc aūt sentire: est veritati adhęrere) dico & absq; īcarnatione Christi / hoc pacto cum naturali omnium interitu Sathanę imperiū fuisse exterminandū. Nā naturali ordine cadentibus cunctis rebus / quibꝰ Sathanas imperitabat: eius quoq; decidisset iperium. Attamen diuinum opus: deficiēte & humana specie & sensibili mūdo: diminutum atq; imperfectum fuisset. Nullus enim aut hominem aut sensibilem mundū redemisset: sed cum Sathana cunctisq; dæmonibus: humana tota species & sensibilis mundus / ęterno interitui obnoxia fuissent. Tolle igitur & verbi īcarnationem & passionem Christi: nihilominus tamē via naturę Sathanę imperiū cōcidisset.

37 Per solam verbi incarnationé & passionem Christi: humano generi & sensibili mundo allatam esse medelam.

Allata est medela & humano generi & sensibili mundo: per solam incarnationem & passionem Christi. Hęc enim & humanam speciē regenerauit & nouum sæculū reparabit: hoc est nouos coelos & noua elementa; in quibꝰ habitabit iustitia. Hæc igitur ex præcedentibus manifeste inferuntur. Si sine passione Christi: & hominum species & cuncta hæc sensibilia tā etsi corrupta nequaq̄ interiissent sed ęuiterna fuissent: Sathanæ quoq; imperiū / nunq̄ fuisse subuertēdum. Si autem & humana species & sensibilia peccato corrupta quādoq; naturę ordine concidissent: casurum quoq; cum eis fuisse Sathanæ imperium: sed tamen diuinū opus permansisse imperfectum: defectu & hominū & sensibilis totius mundi. At vero per Christi passionem: orta est perseuerantia & ęuiternitas humanæ speciei & sensibilis mundi: & exterminata omnis Sathanæ potestas. Poterat itaq; absq; passione Christi: naturæ ordine / ob corruptionē & separationem a deo / cadentibꝰ vniuersis: cadere Sathanę imperiū. Volens tamen deꝰ vt illud salua humana specie & saluo sensibili mundo concideret: statuit vt non via naturæ: sed satius via & ordine ęqui iudicii / p agni sui immolationem euerteretur.

Q̄z q̄ via naturæ subuerti potuerit Sathanę imperiū: tamen vt illud euerteretur: Christi passioné necessariā fuisse. 38

Nam Christus non ideo simpliciter passus est: vt euerteret Sathanæ imperiū: sed vt illud subrueret salua humana specie & sensibili mūdo: quæ ad diuini operis integritatem expetibilia & pnecessaria sunt. Tolle enim & incarnationem verbi & passionem humanitatis verbo cohęrentis: dico nonnunq̄ futurum fuisse: vt & humana tota species & cūcta sensibilia ruissent: cum quibꝰ & Sathanæ vires tanq̄ deo inimicę: via naturę concidissent. Nullum enī violentum natura perpetuū est: sed necesse est vt id via naturæ quandoq; cōcidat: quod authori naturæ deo repugnat. Et vt quicquid alienum diuisum & separatum est a deo: nonnunq̄ seipso extermineť ac decidat. Nam ramusculus auulsus a radice aut stipite: etsi aliquo tēpore (q̄diu residuus humor viguerit) florere & fructū afferre cōspiciať: cito tamen floribus / foliis / fructibus / ac vitali humore destituetur. Humana igitur species & cuncta sensibilia per peccatū a deo separata q̄q̄ naturę ordine nonnunq̄ ruissent & funditus interiissent: necessaria tamē fuit & incarnatio verbi & passio humanitatis. vt Sathanæ imperio concidēre: & eo in perpetuā abyssum relegato: ista omnia quæ sub eius potestate fuerant: saluarētur & iterum deo conciliarentur.

Præcipuam & potissimam causam incarnationis verbi & passionis Christi: haud tam fuisse Sathanę ruinam: q̄ humani generis salutem. 39

Haud aliter hūana species redimi potuit: nisi & mundaretur a peccato: & conciliaretur deo: & erueretť a Sathanę īperio. Hęc vero tria p immolationem & necem Christi: cōsummata atq; impleta sunt. Haud enim aliter q̄ passione Christi: introduci potuit spes & substantia futuri sęculi. In quo redempta humana species: cum nouis coelis & incorruptis elementis: perfecta immortalitate in anima & corpo-

re potietur: munda a peccato/ recõciliata deo liberata a Sathanæ dominio. In illo enim sæculo nec gemitus erit nec clamor vllus: nec iniustitia nec mors/ nec infernus/ nec tenebræ/ nec ignorãtia dei: nec secessio a deo. Quis igitur via naturę cõcidissent nõnunq̃ Sathanę vires: id tamen nequaq̃ accidisset salua humana specie aut sensibili mũdo. Etenim per naturã absq; incarnatione verbi aut passione Christi: nec renasci potuit humana species/ nec saluari sensibilis mundus: nec introduci spes futuri sęculi. Non igitur passus est Christus/ præsertim vt euerteret Sathanæ dominiũ: quod erat via naturæ casurũ: sed vt regeneraret hominẽ: & futurum sæculum pro ęuiterna renati hominis mansione compararet.

40 Mortem mortuam esse: solum quia vixit in vita.


Nam regnare viuere quiddã est. Vita aũt Christus est. Mors vero in Christo regnauit: illum crucis patibulo affigens atq; interimens. Mors igitur in vita vixit: & quia in vita vixit id est qa in Christo regnauit: ideo merito mortua est. Qdiu em̃ vixit mors in morte, id est ĩ hoib⁹ peccato emortuis: nec mortua est mors nec in iudicio dãnata. Mors igitur mortua est haud quia in morte vixerit: sed quia in vita viuere prę sumpsit.

41 Mortem & vitam per diuersa hominũ supposita: scilicet per tantum vnum & per omnia dispartiri.

Post Adæ peccatum in omnibus suppositis & indiuiduis humanæ speciei viguit mors quę ob peccati noxã iuste in eis regnauit. Quapropter humana species ante incarnationem verbi & natiuitatem Christi: tota mors erat. vtpote in cunctis suis suppositis emortua & a deo alienata. Post aũt Christi natiuitatẽ: iã facta est humana species mors & vita. Vita em̃ est facta in vno tantũ suorũ suppositorũ & indiuiduorũ: scilicet in Christo. qui solus deo viuebat: mundus a macula/ natura immortalis/ nõ separatus a deo. vt cui: & psonaliter inhærebat & voluntate poia cõsentiebat. Erat aũt humana species mors in cũctis aliis ĩdiuiduis vt qui ex ĩfito a natiuitate peccato iuste a morte possidebant. Post igit̃ natiuitatẽ Christi & ante passionẽ eiusdẽ: vita quæ de⁹ est: & mors q̃ Sathanas est: vna simulq; regnabant in hũana specie: q̃q̃ in diuersis eius suppositis. Vita quidem in paucioribus: imo vero in tantũ vno vt in Christo regnabat. Mors aũt erat in pluribus vt in cunctis aliis: præter Christum & immaculatam eius matrem.

Mortis & vitæ diuisionem in principatu humanæ speciei exponere. 42

Deus vt vita & Sathanas vt mors: post natiuitatẽ Christi humanã totã specię iuste possidebant: sed latius erat Sathanę q̃ dei regnũ. Vnica em̃ erat ouis dei Christus. Omnis vero reliqua ouis vt maculata & originali labe corrupta: merito in Sathanę fauces deuoranda cadebat. Sit ergo disciplinę gratia A de⁹: B vero Sathanas: C sub dei perpendiculo/ sit agn⁹ dei Christus. qui solus hominũ perpẽdiculariter subsit deo: tanq̃ in quo solo naturaliter de⁹ viuebat: eũq; iuste ob innocentiã possidebat. Sit aũt D E F vt alii homines: velut Adam Abraham Dauid: qui per peccatum alienati a deo erant: & morti obnoxii quos plineas BD/ BE/ & BF designamus iuste a morte teneri atq; possideri, sicuti etiã p lineam AC: expssim⁹ Christũ soli deo subiacere & a morte atq; a sathanę potestate eẽ penitus immunẽ.




Dico igit̃ quoniã post natiuitatẽ C & ante ei⁹ passionẽ: regnabant A & B simul in tota hũana specie: sed A in solo C regnabat: B vero latiore potiebat̃ iperio/ regnãs in cũctis hominibus pter q̃ in C. Sicut em̃ A nõ regnabat in D/ in E/ in F ppter eoꝝ maculas & peccata: ita & B nihil possidebat in C/ agno dei synçero & ĩmaculato. Exposuim⁹ igit̃ mortis & vitę diuisionẽ ac differẽtiã: in pricipatu hũanæ speciei.

Vitæ quoq; & mortis cõtentionem: de 43

43 principatu humanę speciei cōcludere.


Retenta præcedente figura: permisit A / vt imperiū B extenderet vsq; in C. subiiciens vnicam quā possidebat ouiculā: inter cōmunes & maculatas oues ab ipso B deuorandā. Protendo igitur lineā B C / ac deleo lineā A C. Linea em̄ B C mors Christi est: per quā mors eidē p missiōe dei tanq̄ cōmuni homini dominata signatur. Q; aūt deleuerim lineā A C: id exprimit Christum non secundum veritatem / sed apparentet a deo in hora mortis fuisse derelictum atq; separatū. Nā & id de seipso agnus in cruce pendens testat⁹ legitur: exclamās voce magna: Deus me⁹ deus me⁹: vt quid dereliquisti me: Qui em̄ in cruce vmbrā tenebras peccata & onus oīm hoīm in sua carne pferebat: sub his tenebris tanq̄ a deo derelictus atq; diuisus occumbebat: cum tamē a deo derelict⁹ nō eēt. Per lineā igit̄ B C / peccauit B: deuorās ouē dei: dilatās q; fines imperii sui vsq; in terrā mūdā / imaculatā / incorruptā & sanctā: in qua sola ihabitabat de⁹. Quāobrem iuste a deo subuersum est imperiū ipsi⁹ B. vt



q non cōtentus terra ppria: in terrā dei: inuisas sui regni fimbrias iniuste dilatarit. Nō em̄ peccabat nec dānabat̄ B: vt regnans in D / in E in F & cūctis aliis hominib⁹: qui sunt vt terra corrupta: quā de⁹ vt noxiā repulerat. Vbi aūt B regnauit in C agro quē de⁹ elegerat: incidit illico B in iudiciū dei. cui haud aliter satisfieri potuit: q̄ per restitutionē ipsi⁹ C: & p liberationem D E F: & postremo per dānationē ipsi⁹ B: quod peccauit deo: & nō immerito de peccato dānatur. Hæc est igitur cōtentio vitæ & mortis: in pricipatu totius humanæ speciei.

Postremo omne quoq; mortis iudiciū & euacuationē imperii ipsi⁹ cōcludere.

Sicut em̄ pri⁹ linea A C: signabat naturalem Christi vitam / per quam sub deo immortalis viuebat: ita & postea linea A C (quā deleuerā) in staurata significat resurrectionē ipsius C. per quā reuocatus ab inferis: priori immortalitati redditus est. Et quia A per immolationē C: acquisiuit omne Sathanæ imperiū: non solū extendo iterū lineam A C indicem resurrectionis Christi: sed & pduco lineas A D / A E / A F: ac deleo penit⁹ lineas B D / B E & B F. Insuper & ipsum B / e suo culmine & fastigio deiicio: in quo velut ęqualis deo & cunctis hoībus imperitās in apice sensibilis mundi residebat. Per has enim lineas: intelligo A esse omnia in omnib⁹ sicuti prius B cunctis hoībus imperitabat: & exterminatam iā esse oēm Sathanę potestatē: subuersumq; illi⁹ imperiū. Ipsum quoq; i ima & extrema abyssi esse pcipitatū: nec vllā amplius in humano gn̄e potestatē habiturū. Nā recuperauit deus ouem suā quā pdiderat id est C. simulq; eas q̄ suæ non erant vt D. E. F acquisiuit: B quoq; i iudicio subuertit / spoliauit / dānauit.




Ante protoplastorum peccatum totā humanam speciem dei fuisse: quæ per eorum transgressionem illico in Sathanę ditionem & potestatē concessit. 44

Manifestū est ante Adę peccatū: oēm hoiem fuisse dei. Sathanā vero nondū aliquē hominē possedisse: nec sensibilis mūdi principatū obtinuisse. Erant em̄ protoplasti ab origine sua similes Christo: nō secundū diuinitatē / sed quo ad naturalē innocētiā & īmortalitatē. Nā & creatio Adę ex limo terrę & pductio Aeuę ex Adę latere: pfecta est a deo absq; peccato. Id siqdem peccatū qd in cūctis Adę filiis originale appellat̄: in Adā & Aeua nequāq̄ originis sed volūtatis peccatū fuit. Etem̄ si priusq̄ de ligno sciētiæ boni & mali comedissent: filios aut filias in paradiso genuissent: hi pfecto eorum filii & fi

liæ originali macula caruissent. Nã parentũ peccatum in iam progenitos filios & filias nequaq̃ sese profudisset. At vero quia omne humanũ genus adhuc in lumbis primi parẽtis erat quãdo icidit ĩ peccatũ: hinc cunctis filiis ab sua origine paterna macula ĩhęsit. Per peccatũ igit̃ Adę humani totius generis status mox in contrarium est ĩmutatus. Quod eñ in manu solius dei manebat: in Sathanæ & mortis ditionem illico concessit.

46 Totius humanę speciei discursum: inter vitam & mortem ꝑ contraria omne & nullum: aliquid & aliquid non: explicare.



In præcedente resumentes omnia ab origine humanæ speciei: conclusim⁹ in ea in primis omne & nullum. Nam ante protoplastorũ peccatum: omnia humana supposita erãt dei: post eorum vero peccatũ nulla superfuere dei: sed omnia morti obnoxia effecta sunt. Porro Christi natiuitas ĩstaurauit aliquid dei. Christo eñ nato: iam non omnis homo Sathanæ fuit: sed vnus aliquis dei: & cæteri non dei. Rursum vero per mortem Christi: tridui spacio omnia Sathanæ permissa sunt. Deglutiens enim Sathanas Christum tanq̃ communem hominem: cũctos homines tantillum possedit. Demum vero resurgẽte Christo: omnis iterum homo effectus est dei: & a Sathana omnis sublata potestas. Hæc est vltima humani generis permutatio: supremusve eius status. Colligim⁹ igitur ab Adæ creatione vsq; in æternum: quinq; status humanæ speciei inter dei & Sathanæ imperia. Nam fuerunt in primis ante Adæ peccatũ omnia dei. Deinde omnia Sathanæ subiecta. Tertio effectum est aliquid dei: per natiuitatem Christi. Quarto per Christi necem omnia denuo sub Sathana fuere. Quinto vero omnia in diuinam traducta sunt potestatem. Primus humanæ speciei status: est a creatione Adæ vsq; ad eius peccatum. Secundus ab eius transgressione: ad vsq; natiuitatem Christi. Terti⁹ a natiuitate Christi: vsq; ad eiusdem passionẽ propagatur. Quartum id temporis emetitur quod est a Christi passione ad ipsius vsq; resurrectionem. Quintus vero & vltimus status: a Christi resurrectione vsq; in æternum numeratur. In primo statu omnia fuere dei: & Sathanæ nulla. In secundo contra: dei nulla & Sathanæ vniuersa. In tertio aliquid dei & aliquid Sathanæ fuit. In quarto per triduum aliquo pacto nihil dei fuit: sed sub Sathana vniuersa. In quinto vero omnia ad deum reuersa sunt: subuerso omni Sathanæ ĩperio. Expressimus itaq; omnem statum & variationem humanæ speciei inter duo imperia: hoc lucis & vitæ / illud vero mortis & tenebrarum. Vicit enim veritas / lux & vita. Mors autem falsitas & tenebræ e medio sublatæ sunt: nec eorum locus inuentus est ampli⁹: aut ĩ cœlo / aut ĩ sensibili mũdo.

Duplicis dei ouilis alteri⁹ naturalis: alterius vero acq̃siti: mysteriũ depromere. 47

Ex pręcedentis doctrina perfacile rimari ac depromere queas rationẽ eiusce sacri mysterij

quod deo duplex ouile attribuit: aliud naturale / aliud acquisitum. Naturale dei ouile est populus Hebręorum: quem sacra eloquia sub numero duodecim tribuum cōplectūtur. Acquisitum vero ouile dei: est populus gentium: qui prius habitans in tenebris: vidit per Christum lucē magnā. Hoc ei ouile a sacris scripturis extra numerū duodecim tribuū: p turbā illā magnam quā dinumerare nemo poterat explicat.

48 Hebræos haud veraciter: syncęre: & integre fuisse naturale dei ouile.

Diximus Hebræos per se a gentibus segregatos: esse vt naturalem ouem & hęreditatem dei. Gentes autem vt Sathanæ hæreditatem. Ac permisisse in primis deum vt gentes regnarent in terra sua: vt & ipse regnaret ī terris gētium. Quicquid enim dicitur de Christo & cæteris hominibus: dici potest de Hebræis & gentibus. Nam Hebræi figura erant Christi. Cæterum hi nondum erant integrū perfectum & verum dei ouile: priusq̄ Christus pateretur. Haud enim poterat veraciter esse dei: id quod per peccatum erat a deo alienum: nec poterat id possideri a deo: quod possidebatur a Sathana. Nullus autem Hebræorum mundus erat ab originali macula: nullus eorum nascebatur absq; peccato & carnis commaculatione. Vnde fit vt secundum veritatem: haud per ouile vnum / acquisierit deus alterum ouile; sed duntaxat per vnicam ouem: tam propriū q̄ alienū ouile mercatus sit: & a mortis imperio subduxerit. Haud enī afflictio Hebræorū euacuauit Sathanæ imperium: sed passio solius Christi.

49 Humanum genus haud rite dispartiri in habræos & gentes: tanq̄ in eos qui sunt dei & qui non sunt dei.

Non rite dispartimur humanum genus in Hebræos & in omnes gentes: tanq̄ in eos q dei sunt & qui dei non sunt: siue tanq̄ in hæreditatem dei & in hæreditatem mammonę. Hęc enī humani generis diuisio: faciunda potius est in Christū & cętera hūanę speciei indiuidua. Nā Hebræi ad Christum ob rationem & causam peccati: similitudinem quandam gentium recipiunt. Sunt enim sequestrandi a deo in vnā partem: tam Hebræi q̄ gentes: & ob inhabitantis peccati similitudinem: subiiciendi Sathanę potestati. Quapropter humanum genus est & naturalis hæreditas dei: & hæreditas acquisita. Naturalis quidem; in Christo. Acquisita vero in reliqua parte sui: vt in cæteris hominū suppositis. Id tamen quod accidit in persona Christi: transfertur nonnunq̄ ad populum Hebræorum: quem collatione cunctarum gentium: sacra aloquia interdum peculiarem dei populū & eius hæreditatem appellant. Haud enim minus egebat Hebraicus populus regenerari & mūdari a peccato & exinde cōciliari deo; q̄ turba gentiū: nec minus vtilitatis ex Christi passione: Hebræis q̄ gentibus allatum est.

Passionem Christi dispersioni Hebræorum in gentes conferre. 50

Sicut e cunctis hominibus solus Christus personaliter deo adhæsit; ita & e cunctis populis / sola Israelitica plebs diuino cultui sese deuouit. In solo Christo: habitauit deus secundum personam. In sola Iudaica plebe: requieuit deus secundum virtutem per sacram sui agnitionem & cultum diuinum. Exposuit deus populum suum / cunctis gentibus interimendum. Obtulit & filium suum pro cūctis hominibus in mortē. Permisit gentes prius dominari populo suo: vt postea populus ipse gētium dominus constitueretur. Volens deus viuificare gentes: distribuit populum suum per terras gentium. Volens vero cunctis hominibus vitam impartiri: corpus filii sui tanq̄ coelestē panē toti humano generi obtulit manducandū. Dispersio populi dei facta est præda gentiū. Immolatio vero Christi agni dei: panis est & cibus omnium hominum: vitam se manducantibus præstans. Est igitur passio & immolatio Christi: aliquo pacto similis passioni seu dispersioni Hebræorum in omnes gentes.

Resurrectionē quoq; Christi esse vt resurrectionē Hebræorū: siue eorū ex gētium dispersione congregationē. 51

Nō modo dispersio populi dei est vt imolatio Christi: sed & resurrectio Christi vt resurrectio populi. Dispersio enim populi in gentes eiusve

peregrinatio in terras alienas: mors quædam est ipsius populi. Eiusdem vero collectio & in terra sua habitatio: est vt totius populi vita. Collect⁹ erat populus dei & in terra sua habitabat: priusq̃ dispergeretur in terras gentium. Sicut igitur non in æternũ mortuus est Christus: sed secundum tempus: ita & nequaq̃ in æternũ abiectus est populus dei. Et sicut Christus mortuus est vt resurgeret: ita & abiectus est populus/vt nonnunq̃ a deo resumatur. Tẽporalis mors Christi: vitã attulit mũdo. Temporanea vero abiectio populi: fuit lux gentium Et vsqueadeo inualescit huius vis analogię: vt nihil sit aliud quod magis nos de iterata conuersione Iudæorũ certificet: q̃ resurrectio Christi. Hui⁹ enim mors: est vt dispersio populi: huius vero resurrectio: vt populi conuersio.

52 Quicquid multi populi erga vnum populũ prius faciebant: hoc demum ab vno populo erga vnicam Christi personam impletum fuisse.


Vtere analogia pręcedentis: qua Hebraica plebs in medio nationũ/vmbra quædam est & figura Christi. Sicut enim expediebat Christũ mori pro populo: ita & vtile fuit vt vnus populus in omnes populos dispergeret. Mors Christi vita est omnium: dispersio vero populi: illustratio quędã & lux est gentiũ. Interest duntaxat in ratione & comparatione amborum: q̧ Hebræi suo delicto mortui sunt: id est eiecti de terra sua & dispersi in nationes mũdi. Christ⁹ autem haud suo delicto: sed vniuersorum delicto quod sua in carne pertulit: mortuus est.

53 Christũ & populum: esse adinuicem vt veritatem & imaginem.

Christus & populus inter se cõuertuntur: perinde atq̧ veritas & imago. Non enim est veritas sine imagine: nec est imago sine veritate. Non est lux sine vmbra: nec vmbra sine luce reperitur. Præcurrere solẽt hęc: vmbra/imago/figura. Sequunẽ autem lux/exemplar/& veritas. Quicquid factum est prius in populo: postea implẽtũ est in Christo. Quicquid & postea factũ est in Christo: prius factum erat in populo. Sed Christus veritas est & lux populi: populus vero imago & figura Christi. Et quæcũq̧ prius implebanẽ in vnitate populi a multitudine populorum: postea impleta sunt in vnitate personę a multitudine personarum. Vnitas personæ Christus est: vnitas populi Iudæi sunt: populorum multitudo: gentes.

Ab vnitate personæ in vnitatem populi: vitam processisse: & ab vnitate populi in multitudinem populorum: eam deinceps esse diffusam. 54

Ab vnitate personæ/in vnitatẽ populi: processit vita: quæ demum per vnitatem populi: in populorum multitudinem diffusa est. Vnitas personæ Christi: centrum est totius populi & humanæ speciei. Vnitas vero Hebraici populi prima est & immediata circũferẽtia: quæ istud minimum ac vitale centrum circunstet. Suprema autem & latissima humani generis circunferentia: est populorum varietas omniũve gentium multitudo. Ab extrema humani generis circunferentia & a multitudine populorum: oppressio & mors in mediam circunferentiam manauere: quæ a media circunferentia in Christi vsq̧ centrum processerunt. Incũbebat enim in primis mors ignorãtia & tenebræ: super gentes. Mors vero ingressa est & Hebræorũ circulum: & demũ in centrum vsq̧ vt Christũ sese diffudit.



At vero vita & resurrectio morti cõtraria/penitus diuersa & prępostera latione emersit in omnes. Orta est enĩ & primitus apparuit coelestis vita: in centro id est in persona Christi quæ postea in propinquam circunferẽtiam vt in Hebræos profecta est: per quos in extremũ gentium orbem cernitur diffusa. Fuerunt enĩ sacri Christi apostoli (quorum in omnem terram sonus exiuit) natione Hebræi. Sicut igiẽ oportuit humiliari & interire centrum/id est Christum: vt proxima Hebræorum circunferentia viueret: ita & oportuit mediam circun

ferentiam humiliari & interire:vt extrema circunferentia perciperet vitam. Centrum/id eſt Chriſtus ſi viuens permanſiſſet:vitam in ſeipõ arcanā ſeruabat:nec eam vlli ſibi adiacenti circulo impartiebat. Vbi vero mortuum eſt centrum:quod erat germen vitæ plātatum a deo in medio vniuerſorū & in ipõ meditullio mundi:multum fructum attulit diffundens vitam vſq; in extrema orbis terræ.

55 Vitam coelitus in centro mundi ortam ante ipſius centri & medii mortem:penitus infœcūdam & incommunicabilem fuiſſe:tanq̄ in ipſo ſolo centro manentem.

Vita orta in centro:incommunicabilis ante ipſius mortem manebat. Hæc vero per ipſius centri ſcilicet Chriſti mortem & humilitatem:cunctis hominibus cõmunis & ab omnibus participabilis euaſit. Deus enim habitauit in vna perſona:vt per vnam perſonam habitaret in vno populo. Et vt deinceps per vnū populum:in cunctis populis habitaret. Sicut igitur humiliauit deus vnam perſonam ī qua primitus habitauit:vt per illius necem habitaret in vno populo:ita & diſperſit vnum populum:quem vt peculiarem poſſidebat:in cūctos populos:vt a cunctis populis ipſe agnoſceret. Dirupit deus maceriam & clauſtrū vnius perſonæ:vt ſpectaret & videretur ab vno populo. Dirupit maceriā vni⁹ ſui populi:vt a plurib⁹ populis cerneret. Ex his vero manifeſtū eſt qd ſit mors Chriſti:quid diſperſio populi:cur velum tēpli in morte Chriſti ſciſſum. Cur Chriſto iam mortuo:cordis & pectoris vulnus illatum. Cur etiam dictum a beato Paulo:Hebręorum delicto/ſalus eſt gentibus.

56 Huius myſtici eloquii:Si Hebręorum euacuatio ſalus eſt gentium:quātomagis eorum plenitudo:rationē aperire.

Hæc propoſitio vi ſuperioris analogiæ eſt diſcutienda. Idem enim eſt dicere. Si Hebręoꝝ euacuatio eſt gentium plenitudo:quanto magis eorum plenitudo erit gentium plenitudo: ac ſi dixero:Si mors Chriſti ſalus eſt omniū hominum:quantomagis Chriſti vita & reſurrectio:cūctorum eſt hominum ſalus & vita. Nō enim Chriſtus ſolum vt moriens eſt omnium vita:ſed etiam vt reſurgens:immo vero ſatius eſt vt reſurgentem q̄ vt morientem Chriſtum appellare vniuerſorum vitam. Nam mors vt huiuſmodi:neminem viuificat. Nec mortuus vt mortuus:vitam alicui impartit:vt qui vita careat:ſed potius vt reſurgēs & mortis victor. Sicut enim mors Chriſti cõtigit in ſimplici vita:ita & eius reſurrectio perfecta eſt in duplici vita. Mortuus eſt Chriſtus in ea ſola vita:qua naturaliter viuebat nullos viuificans. Reſurrexit autem & in vita naturali & in vita acquiſita. Moriens Chriſtus:propriam & ſingularē vitam ſponte expoſuit. Qui reſurgens & propriam recepit vitam & communē omnium vitam acquiſiuit. Si igitur mors Chriſti vita eſt omniū:longe magis vita Chriſti eſt oīm vita.

Ipſam ſimpliciter Chriſti mortē:haud 57
eſſe fructum noſtrę immortalitatis:ſed magis eius reſurrectionem.

Tantum quippe diſtat Chriſti mors a fructu immortalitatis omnium noſtrum/qui annexus eſt reſurrectioni Chriſti:quātum abeſt is qui ſeminat ab eo qui metit:aut is qui ſemina tellure obruit:ab eo qui fruct⁹ decerpit q̄q̄ fructibus ipſis conueſcitur. Etenim Chriſtus germen eſt vitæ:quod q̄diu ſuper terram viuens māſiſſet:nullum vitæ fructum attuliſſet. Vbi autem illud obrutum eſt terra:vbi mortuum/in inferiores terræ partes penetrauit:peperit omnium noſtrum ſalutem. Mors Chriſti eſt vt ſemē aut occultatio ſeminis in terra. Ei⁹ vero reſurrectio fructum aut eum qui fructu veſcitur:oſtendit. Nullus ſemen mittit in terram niſi vt inde fructum ampliorē eliciat. Nullus ſeminat vnum vt tantum recipiat vnum: ſed vt metat plurima. Nullus ſemen tellure obruit vt ipſum ſemen eruat:ſed vt ex fructibus edat. Ita & mortuus eſt Chriſtus vt reſurgeret. Seminatus eſt vnus:vt ſurgerent plurimi. Interiit ſemen:vt fructus reſurgeret.

Analogiam ſeminis & fructus ad Chri 58
ſti mortem & reſurrectionem:omnino

exactam non esse.

Analogia præcedentis ex semine & fructu/ ad Christi mortem & resurrectionem: omnino exacta nõ est. Nam corporeum semen quod terræ mãdatur: haud idem in numero per fructũ resurgit aut emergit e terra: sed solum idem in specie. Christus autem vitę germen: idem numero est quod & mortuum est in semine, & resurrexit in fructu; quod interiit in semine singulari: & resurrexit in fructu vniuersali. Idem vitę germen missum est in terram sine fructu. Idem resurrexit e terra vario & vberrimo fructu fœcundum. Ex his igitur iterum manifesta est intelligentia præcedẽtis mystici eloquii Quoniam sicut resurrectio Christi: maior est hominum gloria q̃ mors & interitus eiusdem: ita & in cõciliatione Israel maior futura est mũdi gloria: q̃ in dispersione & morte ipsius. Hoc enim eloquium: nonnunq̃ futuram conuersionem Israelis ostendit.

59 Inter Hebræos & gentes: nullã contrarietatem fuisse: qua oportuerit illos interire euacuari ac dispergi: vt hę insererentur ac viuerent.

Qui dixerit Hebræos aduersari gentibus: is naturalem Christi vitã (qua solus anteq̃ pateretur: immortalis viuebat) vult cõtrariam esse vitæ cunctorũ hominũ. Nam cum ad hũc modũ loquimur: haud simul viuere poterant Hebrȩi & gentes: videmur quandam Hebræorũ & gentiũ explicare pugnantiam, quasi qui simul viuere non possent: sed oportuerit Hebræos eiici foras & exules esse a testamento dei vt gentes intrarent in illud. aut saltẽ videmur exprimere paruitatẽ & angustiam diuini testamenti: quasi quod simul vtrisq; non sufficiebat & Hebræos vna cum gentibus capere non poterat. sentiendũ tamen est inter Hebræos & gentes contrarietatẽ nullam esse: neq; tam exiguam esse diuini testamenti aulam: vt dũ gentes intra se exceperit: Hebræos excludere & euomere debuerit.

60 Qz Hebræi secundum tempus abiecti & repulsi sint vt gentes insererentur: id magis in mysterio q̃ ex natura contrarietatis alicuius volũtate dei accidisse.

Hebræos secũdum tempus abiectos esse vt gentes insererentur: id profecto totum magis sub mysterio & voluntate dei impletum est: q̃ ex natura contrarietatis alicuius. Differẽtiam enim ostendit inter naturalem Christi vitam & passionem: deinde succedentem resurrectionem ipsi⁹. Nam & hoc pacto rite de Christo loquimur dicentes: si Christus semper vixisset: haud poterat in eo viuere humana species. Viuens enim Christus solus viuebat: nullos hominum viuificãs. Oportuit autem Christum mori vt viuificaret vniuersos. Mors eñ ipsius omnium hominum peperit attulitq; vitam. Hæc tamen dicentes: nullam inter naturalem Christi vitam: & omnium hominũ veram immortalitatem: inducimus contrarietatem aut pugnam. Naturalis enim Christi vita: nequaq̃ nostræ immortalitati obest: q̃diu tamẽ illa mãsisset naturalis vita: singularis: & inexposita morti: nostræ immortalitatis fructum nũq̃ peperisset. Quemadmodum semen non est cõtrarium fructui: sed tamen semen manens semen et, non obrutum terra: nullum fructum affert. Mors enim & expositio seminis/fructum profert: in quo renascit & reuiuiscit ipsum semen.

Hebræorum lucem esse vt semen & naturalem Christi vitam: lucem vero gentium esse velut fructum & resurrectionem Christi. 61

Christus totius vitæ semen/nostræ immortalitati nequaq̃ aduersatur. Hanc tamẽ nostrã immortalitatem: manens in simplici semine id est in priore naturali vita; afferre non potuit. Exposuit igitur seipsum morti: & rediit idem numero a morte ad vitam/cum præmio & fructu immortalitatis vniuersorum. Dic ergo pari pacto de Hebræis & gentibus. Nam Hebrȩi sunt vt quoddam semẽ vitæ: quæ in omnes gẽtes erat propaganda. Haud vero potuit ipsa vita in omnes gẽtes diffundi: q̃diu semen permãsisset viuens. Oportuit eñ interire prius ipm semen ac dispergi in omnes nationes quæ sub coelo sunt: vt in omnibus vita proficeret. Ex

Chriſto enim naturali & prima vita: contemplare ſtatum Hebræorum primum priuſq̃ eiicerentur e terra ſua: ſcilicet ſub iudicibus/regibus: & principibus ſacerdotum. Ex Chriſti vero paſſione: perſcrutare excidium ac diſperſionem eorum: quod perſeuerat vſq; in præſens. Ex deniq; Chriſti reſurrectione: intellige nonnunq̃ eorum conciliationem & conuerſionem ad deũ patrum ſuorum futurã. Trinus eñ ſtatus Chriſti: trinũ populi ſtatũ myſtice ſignat: quo e vita per mortẽ/in vitã denuo cõuertenť.

62 Hebraicam plebem mortuam eſſe cũ Chriſto: eandem tamẽ cum Chriſto nõdum reſurrexiſſe: ſed hactenus in morte perſeuerare: nonnunq̃ in vitam reuocandam.

Nondum ita accidit in populo dei: ſicut in perſona Chriſti. Tres enim ſtatus Chriſti: iam conſummati & impleti ſunt. In populo autem: præteriit quidem ſtatus primus. Secundus eſt præſens. Tertius vero nondum euenit: qui tamen creditur futurus. Vixit enim Chriſtus. Mortuus eſt Chriſtus. Reſurrexit Chriſtus. & viuit in ęternum. Habitauit quoq; populus in terra ſua: quaſi conciliatus & placẽs deo. Nũc vero abiectus eſt in terram alienam: in qua ſub tributo & dura ſeruitute cõuerſatur. Nondũ tamen reuixit populus: nondum liberatus eſt a ſeruitute gentium: nondum reuocatus a diſperſione in terram patrum ſuorum: vt viuat & placeat deo in æternum.

63 Quamobrem Hebræorũ populus vna cũ Chriſto nequaq̃ ſurrexerit: aperire.

Oportuit reſurrectionem vnius perſonæ/p̃currere reſurrectionem populi: & vitam vni⁹/vitam multitudinis. Eſt enim Chriſtus: primitiæ reſurgẽtium. Et profecto perq̃ rationabile eſt: vt qui vixit & mortuus eſt ante populum: reſurgeret pariter ante plebem. Vixit enim ante populum vt deus: cum teſtatus ſit de ſeipſo dicens: Anteq̃ Abraham fieret ego ſum. Mortuus eſt ante populum vt homo. Præceſſit eñ mors Chriſti excidium ciuitatis ac diſperſionẽ populi: quæ ſub Veſpaſiano imperatore quadragenis aut paulo pluribus annis agni dei immolationem ſequuta eſt. Primũ enim ciuitatis excidium ſub Nabuchodonoſore rege ab Aſſyriis illatũ: vmbra quædam & figura erat: futuri longe inſignioris excidii: præcurrẽs & paſſionem Chriſti: & futuram diuturniorem populi captiuitatem & ſubuerſionem ciuitatis præſignans. Illud contigit ob mortem prophetarũ: iſtud vero ob necem Chriſti.

Duplicia Hieroſolymitanę ciuitatis ex 94
cidia eſſe adinuicem: velut necẽ prophetarum & Chriſti interemptionem.

Quomodo Chriſtus ad prophetas: eo pacto ſecundum ciuitatis & populi excidium ad primum ſe habet. Quãto eñ præſtantior eſt Chriſtus prophetis: tanto ob eius necem maior & diuturnior vltio deſęuit in populo: ea quæ propter necem prophetarum ſuper populum incubuit. Vltus eſt deus prophetas in captiuitate & transmigratione Babylonis: a qua vel nulli vel q̃ pauciſſimi prophetarum vſq; ad Ioannem baptiſtam floruerũt. Pręſens autem populi exilium: vltio dei eſt ob necem Chriſti. Et ex his rurſum cauſam elicias: cur non ſtatim cum Chriſto/cum authore vitæ/cum ſuo duce & rege/ſurrexerit populus: curve hactenus in morte/id eſt in diſperſione gentium perſeueret: nonnunq̃ in terram ſuam & in populi vnitatem reuocandus: & tam ipſi deo q̃ cunctis gẽ ribus conciliandus.

Populum dei nequaq̃ in ęternum abie 65
ctum eſſe: ſed nõnũq̃ ad deum patrum ſuorum conuertendum.

Naturale dei ouile: aliquatenus diſſidet ab ouili ex gentibus acquiſito. Futura tamen eſt aliquando vtriuſq; ouilis concordia. Naturale ouile nunc abiectum eſt: propter acquiſitum. Nonnunq̃ tamen expectatur deus naturale ſuũ ouile & ſibiipſi & acquiſito ouili cõciliaturus. Naturale ouile nũc mortuũ eſt: viuit vero acq̃ſitũ. Erit aũt aliquãdo vt naturale reuiuiſcat: & cum acquiſito vnanimiter viuat. Sedebunt enim (inquit ſcriptura) filii Iſrael dies multos abſq; rege & pricipe & ſacrificio & altari. Et poſtea reminiſcenť dñi dei patrũ ſuorũ.

Et in Daniele dicitur: Donec consummata fuerit dispersio populi sancti. Et a beato Paulo: Abiecti sunt donec intret plenitudo gentium. Per id enim q̧ additur donec: explicatur nō inæternum abiect⁹ esse populus: sed iuxta certam tēporis mēsuram: donec intrauerit plenitudo gētiū: aut donec consummata sit ira dei: quæ in præsenti dispersione viget.

66 Eum qui sentit deum in ęternum repulisse populum suum: negare resurrectionem Christi.

Nam sicut Christus a morte in Inferno teneri non potuit: ita & populus dei nequaq̄ in æterna dispersione & captiuitate manebit: sed quemadmodum resurrexit Christus a morte: ita & a dispersione populus est a deo reuocandus: q̄q̄ ignota nobis sit mensura dispersionis eius. Quā per quadragenarii quadratum nonnulli volunt esse vestigandam.

67 Duplicem esse resurrectionem Christi: aliam quidem secundum personam ipsius: aliam vero secundum populum.

Aliquo pacto duplex est Christi resurrectio. Alia quidem secundum personam ipsius. Alia vero secundum populum. Resurrectio Christi secumdum personam: est redintegratio personæ humanitatis Christi: quam temporanea mors dissociarat. Resurrectio autem Christi secūdum populum erit futura ei⁹ agnitio a populo suo: & mutua cōciliatio tam populi cum suo rege: q̄ regis ipsius æterni cū populo suo. Nam sicut anima est totius corporis vita: ita & Christus vita totius populi. Et sicut migrauit anima Christi ad tēpus e corpore: ita & Christus ad tempus migrauit a populo translatus in gentes. Anima autem Christi sicut reuersa est in corpus ipsius: ita & Christ⁹ dominus nonnunq̄ ad populum conuertetur. Aspicient enim (vt ait eloquiū) ad me quē cōfixerunt: & plangent se quasi super vnigenitū. Præteriit igitur sola Christi resurrectio secundum personam. Sequutura vero est eius resurrectio secūdum populum: quæ quidem erit & populi resurrectio. Nam conciliatio animæ cū corpore: est & pax corporis cum anima: & resurrectio animæ: est & resurrectio carnis ex ambarum vnione procedens.

Aliquo etiam pacto duplicem esse mortem Christi. 68

Aliquo etiā pacto: Christi est mors duplex: sicut & gemina resurrectio. Prima mors Christi fuit separatio animæ ipsius a corpore: & hęc mors est secundum personam: per quam Christus iam surrexit a mortuis. Mors vero Christi secūda est translatio siue commigratio eiusdē ab Hebraica plebe. & hac morte Christus nondū resurrexit. Nondū enim Christus est populo restitutus. Nondū vita Christi rediit in corpus populi. Si enim migratio animę a corpore mors corporis appellatur: erit Christi a populo translatio haud immerito mors quędam populi aut Christi vocitanda.

Christi & populi esse & duplicem animam: & duplex corpus: & duplex totū. 69

Prima enim anima/primum corpus/primū totum: iam a mortuis surrexerunt in persona Christi. Secunda vero anima/secundum corpus/secundum totum: nondum reuixerunt: Christus enim vt anima populi: adhuc in trāsmigratione cœlesti conuersatur. Populus vero vt corpus Christi: nondum vitalem recepit animam. Totum quoq̧ quod ex Christo & populo conciliatur: hactenus in suarum partium vt capitis & membrorum dissolutione manet. Præsens enim populi dei status: est vt corpus Christi iacens in sepulchro. Depositū erat corpus Christi in sepulchro: in spe recipiendæ ab inferis animæ. Nunc autem abiectus est populus & inter gentes emortuus: in expectatione reuelatiōis Christi. Negauit populus Christū suum: seruili habitu ad se in carne venientem. Suscipiet eundem vt regem/in nubibus cœli & maiestate magna e cœlis apparentem. Non recepit vienientē e terra. Negare non poterit: e cœlis descendentem. Tunc igitur vna cū Christo resurget populus: & hæc erit resurrectio secunda. Nam simul atq̧ anima corpori sociatur & corpus quoq̧ animæ adunatur: & totum ipsum ex ambobus instauratur. Non prius resurgit aīa q̄ corpus: nec prius aīa & corp⁹ q̄ totū.

Hæc eñ tria & vna moriunt̃ & vna reſurgũt.

70 **Per mortem & necẽ Chriſti: corpus ſeu carnem propriam animam occidiſſe.**

Hæc manifeſta eſt ex analogia pręcedentis: per quam intelligim⁹ Chriſtum eſſe vt animã & ſpiritum Hebraicę plebis. Ipſam vero plebẽ: eſſe vt mẽbra/vt corpus & carnem Chriſti. In quodam enim paſſu ſacræ ſcripturæ ita lectitamus. Spiritus oris noſtri Chriſtus domin⁹: captus eſt in iniquitatibus noſtris. Præmiſſis igitur his differẽtiis perſonæ Chriſti ac totius populi: perfacilis eſt intelligentia præſentis propoſitionis: quopacto ſcilicet per mortem & necem Chriſti dicatur corpus ſeu caro propriam animam interfeciſſe. Nam Chriſtus anima eſt & vita populi. Populus autem corpus eſt & caro Chriſti. Occiſus eſt autem Chriſtus a populo. Eſt igitur anima a carne perempta. Et profecto ex hac ſimilitudine Chriſti & populi ad animam & carnem: permulta ſcitu digna depromũtur. In primis cur magis oportuit Chriſtũ pati & reprobari a ſuis q̃ ab alienis: vt proprietati animæ: iudicentur diſſenſiſſe & contradixiſſe ſociæ carnis proprietates. Cætera vero ſequentibus propoſitionibus dilucescent.

71 **Etiam per mortem Chriſti: carnem ſeipſam cõfeciſſe ſibiq́ꝫ ipſi manus intuliſſe.**

Oſtenditur enim caro ex impetu vitiorum & iniquorum operum quibus erat obnoxia ſibiipſi manus intuliſſe ſeq́ꝫ ipſam peremiſſe: dũ propriam quidem vitam ſibi cœlitus a deo indultam repulit abiecit interfecit. Id enim haud ab re dici poteſt ſibiipſi manus inferre ſeq́ꝫ ipſum perimere: quod propriã excutit repellitq́ꝫ vitam. Populus igitur (quæ caro quędam eſt) interficiens Chriſtum peremit & ſeipſum: ſeq́ꝫ cœleſti vita priuauit. Ex his rurſum colligim⁹ id quod diuus Paulus ſacro ore ſubintulit dicens. Cõcluſit deus omnia in incredulitate: vt omnium miſereatur. quaſi dicere voluerit. Cõcluſit deus omnia in morte: vt omnia non tãq̃ ex operibus & meritis: ſed ex ſuæ ſolius bonitatis largitate & clementia viuificet eiſq́ꝫ immortalitatem donet.

72 **Humanam iuſtitiam: vt euacuaret̃ peccatum: concluſam eſſe in peccato.**

Per mortem Chriſti euacuata eſt hominũ iuſtitia: & oſtẽſio operum atq́ꝫ meritorum. Nã populus (q̃ caro eſt) apparuit ea vita indign⁹ quæ cœlitus ad eos tranſmiſſa eſt. Repulit eñ caro vitam cœleſtem & ſpiritum viſcerũ ſuorum: qui in nouiſſimis diebus illis denuo e cœlo reſtituetur: non tanq̃ ex promiſſo & debito meritorum: ſed ex ſola dei clementia atq́ꝫ bonitate: quæ miſerebitur carnis: id eſt populi ſui: reſtituetq́ꝫ illis vitam: quam primum negauerant & cruci affixerant.

Primum Chriſti aduentum ſecundum carnem in qua mortuus eſt tria operatum eſſe. 73

Primus Chriſti aduentus ſecundum carnẽ in qua ab Hebręis occiſus eſt: tria pręcipue operatus eſt. In primis eñ manifeſtauit opera carnis eſſe contraria ſpiritui: eaq́ꝫ reprobauit. Deinde hominum ſuperbam/inſolentem & ſeſe extollentem iuſtitiam euacuauit conuertens eã in iudicium. Poſtremo diuinam gratiam fecit apparere gratiam: id eſt gratuita & non acquiſita/aut debita ex operibus munera hominib⁹ conferentem. Manifeſtauit mors Chriſti opera carnis eſſe cõtraria & inimica ſpiritui. Humanam quoq́ꝫ ſuperbam iuſtitiam ſubuertit: edocens illam potius eſſe iniuſtitiam: vtpote cæteros aſpernantem & impudẽter ſeſe coram deo extollentem. Demũ poſt humanæ iuſtitiæ euacuationẽ: gratia dei manifeſte apparuit vt gratia: datuſq́ꝫ eſt locus huic ſacro eloquio: Miſericordiam volo & non ſacrificium.

Omne peccatum concludi in carne: & eſſe aliquo pacto opus carnis. 74

Nam ſpiritus vt lux eſt: caro vero vt tenebræ. Omne igitur peccatum & luci & ſpiritui aduerſatur conſentiens carni & tenebris. Porro ſpiritum hic vocamus ſpiritum ſanctum: aduerſus quem caro concupiſcit. In hoc enim ſpiritu: nullus peccato locus conceditur: quippe q & cõtrarius eſt carni & cõcupiſcit aduerſus carnẽ: ſicuti & caro aduerſus hmõi ſpiritũ variis concupiſcentiis inſtigatur. Is enim ſpiritus qui ſanctus non eſt (quem ſpiritũ erroris

& mendacii appellamus) nequaꝗ aduerſus carnem concupiſcit: ſed illi prorſus conſentit: vireſq̄ & arma tribuit: ad perficiēdum opus iniquum. Huic etiam fallaci ſpiritui: caro nequaꝗ aduerſatur aut contradicit: ſed perlibenter eius ſuggeſtioni paret. Huiuſmodi enim ſpiritus & caro vnanimiter aduerſus ſpiritum ſanctum depugnant: illiq̄ iugiter aduerſari iniqs operibus ſtudēt. Omne igitur peccatū & opus iniquum: concluditur in carne ſiue in ſpiritu carnis qui eſt ſpiritus erroris mendacii & tenebratum. Nullum vero peccatum admittitur in ſpiritu dei: qui ſpiritus eſt veritatis & totiꝰ virtutis atq̄ iuſtitiæ cauſa.

75 Varias in homine carnis & ſpiritus aduerſum ſeinuicē inſtigatioues & cōtraria ſtudia: ex hūano peccato pepēdiſſe.

Iuge diſſidium experimur inter carnem & ſpiritum: qui cōtrariis ſtudiis aſſidue in diuerſa nituntur. Spiritus enim natura ſurſum tendit. Carnis vero ſarcinula ſpiritui oneroſa deorſum natura fertur. Spiritꝰ leuis eſt vt ignis/ ſuperiora peteſſens: caro vero terram inferiora petētem imitatur. Spiritus imitator eſt cœleſtium: caro terrenorum æmulatrix. Si ſpiritꝰ abſorbeatur & ſuperetur a carne: totus homo terrenus fit. Si autem a ſpiritu abſorbeatur caro: totus homo ſurſum ferē euaditq̄ cœleſtis. Sponſata eſt caro natura ſpiritui in ſubſidium. Naturale tamen ſubſidium: vt plurimum ex infirmitate peccati conuertitur in impedimentum. Caro enim quæ natura iubetur ſpiritui famulari: crebriuſcule illum oppugnat. Hæc igitur humanarum ſubſtantialium partium lis atq̄ diuiſio: vna cum peccato & morte eſt in hominē introducta: nec aliam vllam cauſam habet: ꝗ primam humanæ naturæ in paradiſo præuaricationem.

76 Peccatum eſſe diuiſionem effectus a ſua cauſa & creaturæ a ſuo creatore: per quam creatura contrariis in ſeipſa ſtudiis agitatur.

Omne peccatum prolapſio quædam eſt & ſeparatio effectus a ſua cauſa; & creaturæ a ſuo creatore. Omnis autem effectus diuiſus a ſua cauſa: neceſſe eſt vt ſuarum partium diuiſione quatiatur. Nam pax & vnitas omnis ab ipſa dūtaxat cauſa traducitur in effectum. Sola enim cauſa eſt primo/ſimpliciter/per ſe & abſolute vna: cū qua ſi effectꝰ cōſpirat conſentitq̄: et it & hic demum effectus vnꝰ & pacificus in ſeipſo. Si autem effectus a ſua ipſius cauſa diuiditur: mox neceſſe eſt vt hic ſecum diſſentiat: & partium ſuarum diuiſionem ac litem experiatur. Si enim permanſiſſet homo vnus cum deo nullam profecto inter ſpiritum & carnem diſcordiam aut litem expertus fuiſſet. Vbi autē peccatū hoīem a deo ſequeſtrauit: cœperunt illico ſpūs & caro aduerſum ſeinuicē diſſidere.

In homine carnis & ſpiritus certamen & colluctationem: in alterutram partem terminari. 77

Si hominis ſpiritus vt ſpiritus vixerit: & caro vt caro ſit ſpiritui famulata: ſpiritus carnem in cœlos feliciter euehet attolletq̄. Si vero penes carnem ſteterit hominis imperium: ſitq̄ dominata ſpiritui caro: tum quoq̄ oportet & ſpiritum ipſum cum ſocia carne cui ignaniter obſequutꝰ eſt/infelicis & æterni exilii participē fore. Neceſſe igitur eſt omne hominis in ſeipſo certamen: in alterutram partem terminari: & aut ſpiritum vincere aut carnem: & totum hominem aut fieri cœleſtem aut totum euadere terrenum. Certamen enim ſpiritus & carnis/vitæ & mortis/virtutis & vitii: fit quidem in medio īter cœlum & abyſſum vt ī hoc mundo. Victoria vero in extremis vt in cœlo aut in abyſſo paratur. Nam vincens ſpiritus carnem: totū hominē velut inclytū ingenuumq̄ palæſtritem in cœlum reportat. Vincens autem caro: inerti & ignauo certatori æternam gehennam fœnerare.

In futura hominum reſurrectione: nequaꝗ perſeueraturam hanc ſpiritus & carnis diſcordiam & iuge certamen. 78

Fruſtra enim Chriſtus mortuus eſſet: ſi in futura hominum reſurrectione hæc ſpiritus & carnis diſcordia eſſet in homine permanſura.


Suscepit enim Christus i sua carne incorrupta & a desideriis vacua: concupiscentias vniuersę carnis nō quidem passibiliter: sed satisfactorie vt qui pro omnium concupiscentiis satisfecit: & omnem carnis in spiritum rebellionē in cruce moriens interemit. Mors igit Christi haudquaq̄ propriam sed alienam carnem edomuit a variis concupiscentiis: & spiritui integerrime subiecit. In futura enim resurrectione talis erit sanctorum & regeneratorum hominū caro: qualis ante passionem fuit caro Christi: scilicet immortalis / munda a peccato / obsequens spiritui / desideriis illicitis vacua / non concupiscēs aduersum spiritū: sed illi per omnia cōsentiens & rationabili ei⁹ moderamini se subdēs.

79 Generationem secundū carnē ab Adā: regeneratione in Christo esse latiorem.

Diximus crebro in praecedentibus libris Adam & Christum esse vt patres humanae totius speciei. Nam sicut pater generationū Adā ita & regenerationum pater Christus. Adam cunctis esse: Christus bene esse largitus est. Adam substantiam: Christus beatitudinem. Attamen largior est generatio q̄ regeneratio: & substantiae munus / dono beatitudinis. Vniuersi enim tam boni q̄ mali: ab Adam pependerunt: vt a quo substantiam acceperunt. Nō autem vniuersi regenerantur in Christo: neq̧ per Christum ipsam beatitudinem consequentur. Plures genuit Adā q̄ regeneret Christus. Omnes Adā ꝓgenuit. Non oēs Christ⁹ aut regenerauit / aut regenerabit / aut saluabit. Adam est pater omnium secundum carnem. Christus vero non omnium est spiritalis pater: sed eorum duntaxat qui salui fient. Etenim in plerosq̧ etiā regeneratorū & sacro baptismatis fonte renatorum: salus ipsa nequaq̄ diffundetur.

80 Hęc tria: generationem secundum carnem: regenerationē: & salutem: humanae speciei pyramidem conflare.

Resurrectio amplior est & regeneratiōe & salute. Aequalis enī est generationi secūdū carnem. Aequalis etiam & morti: quae per generationem secundum carnē a primo parente pepēdit. Basis humanae speciei est ipsa generatio: q̄ cuncta claudit eius singularia. Mediū regeneratio: quę cōpluta excludit. Summus vero & angustissim⁹ apex beatitudo & felicitas: quę q̄plurimos hominū excludēs paucissimos admittit & ad aeternas delicias introducit. Generatio scdm carnē mun⁹ est primi parentis Adae. Regeneratio vero mun⁹ est Christi. Salus autem & beatitudo iterum Christi munus est: & a solo Christo indulgetur. Ex his igitur tribus: generatione secundum carnem / regeneratione / & salute humanae speciei / pyramis conflatur.



In munere resurrectiōis: Christum primo parenti Adae esse aequalem. 8

In munere resurrectionis: nouissim⁹ humani generis pater Christus / aequalis est primo parenti. Nam resurrectio per solā virtutē Christi in omnia humanae speciei singularia propagatur: sicut & naturalis generatio & annexa illi mors in cunctos homines per Adam processit. Nam quemadmodū Adam genuit vniuersos tam malos q̄ bonos: ita & Christus omnes suscitabit a mortuis: tam eos qui salute priuabūtur / q̄ qui salui fient. Resurrectionis enim munus per Christum: tam in malos q̄ in bonos diffundetur. Nullus hominum subterfugere potuit generationē a primo parente. Nullus etiā eximere se poterit a resurrectione: siue in vitā siue in iudiciū. Resurgēt enim iusti quidē in vitā aeternā: Impii vero in iudiciū sempiternū.

Humani generis resurrectionem: futuram & absoluendam in instanti. 8

Dispar futura est hominum resurrectio eorum generationi. Nam generatio diuidue successiue & secundum tempus: a primo singularium vt ab Adam ad nouissimum vsq̧ perficiēda discurrit. Resurrectio vero omnium: fiet in instanti in ictu oculi in cantu nouissimae tubę. Generatio coepit a primo & in nouissimū vsq̧

succedet per lineam coordinationis humanæ/
in qua filii patribus subsunt. At cunctorum re
surrectio: hanc substantialis coordinationis li
neam nequaq̃ seruabit. Quamobrẽ omnes ho-
mines qui secundum lineam a patre in filium
naturali generatione substantiam acceperunt
non hoc pacto in linea sed in puncto resurgent.
Non prior resurget pater: non filius posterior:
sed vna pater & filius. Et in ictu oculi vniuersi.

83 Nõ modo varia humanę speciei indiui
dua in instãti surrectura: sed & cuiusli-
bet idiuidui corp⁹ mométo ĩstaurãdũ.

Nõ modo in variorum singularium resur-
rectione non seruabitur vlla series aut tempo-
ranea successio a patre in filium: sed & ĩ eiusdẽ
indiuidui resurrectione nulla temporis fluxio
continget. Haud enim prius instaurabuntur
ossa neruis: nerui carne: caro cute; sed mométo
eodem totius humani corporis integra com-
pago resurget. Atq; vna illi sociabitur anima
quæ prius ĩ eo corpore & procreata fuit: & per
functoriam vitam sub hoc sole in eleméris mũ
di transegit. Quapropter humana species in re
surrectione: aliquo pacto angelicũ genus imi-
tatura est. Nam angelicum genus creatum est
in puncto & in mométo; quo pacto & humanã
totam speciem resurrecturam esse cõfiremur.
Angelorum creatio nullam inter eos posterita
tis lineam: aut substantialem coordinationem
inuexit; Omnes eñ simul & repente facti sunt.
Humana quoq; resurrectio præter substantia
lis coordinationis & lineæ patris ac filii seriẽ
fiet. Non enim sicut filius a patre & post parrẽ
generationem accepit; ita & post patrem filius
resurget.

Nequaq̃ humanas animas post mor-
84 tem vt nonnullis placuit: in aliena cor-
pora emigraturas.

Pythagoricis placuit animas quidẽ huma-
nas esse immortales: cæterum per morrẽ e pro
priis corporibus migrantes: transire cõfestim
in corpora aliena/ nõ tãtũ diuersa numero sed
disparata specie: vt in ergastula ferarũ & cũcto
rũ animaliũ. Trãsibat eñ (aiebat Pythagoras)
oĩs aĩa in eius animalis corpus: cuius proprie-
tatem (dum præsenti vita in proprio corpore
frueretur) fuisset imitata. Si superbe generose
tamen se in vita habuisset: in leonis corpus mi
grabat. Si specie ac decore carnis & ornatu ve-
stiũ fuisset oblectata: pauonis domiciliũ illi de
inceps habitatio fiebat. Si liuore & inuidia pal
luisset: ĩ caninũ corp⁹ abire cogebatr. Quę vero
sese castirati deuouisset: turturis corpusculo de
cętero tegebatr. Quã torpor ac desidia vt emar
cidam & ad omnẽ actionẽ inualidã ac lassessen
tem euicisset: hæc ex proprietatis similitudine
asinino corpori ĩmissa: suæ inertiæ pœnas am
modo eo in carcere luebat. Et hoc pacto singu
lis animab⁹ iuxta vitam quam in propriis cor
poribus transegissent: ferarũ & murorum ani
mantium vel honesta vel tetra & indigna refu
gia Pythagoras adaptabat. Rationabile aũt est
illum magis secundum metaphoram: q̃ secun
dum veritatem: hæc suorũ discipulorũ aurib⁹
insonuisse: vt ad capessendæ virtutis studium:
illos acrius animaret. Eas eñ aĩas quę sancte &
probe vixissent: aiebat postea honestorũ ac spe-
ciosorũ animantiũ corporibus potituras. Quę
vero vitiis se fœde inquinandas permisissent:
has in turpiũ & inhonestorũ aĩaliũ corpora abi
re oportere: in quibus & pœnas luerẽt vitiorũ.
Hęc tñ rationi parũ cõsentanea opinio: Pytha
gorã (vt ferũt) solis olerib⁹ ali ac vesci psuasit
Abstinendũ quippe ab esu carniũ prædicabat:
ne spoliatæ suis ergastulis animæ alia denuo fe
rina corpora disquirere cogerentur.

Nõ habuisse Pythagorã: in quarũ fera 85
rũ aut animaliũ corpora: eorũ hominũ
animas qui sapiẽter: studiose: & huma-
næ vixissent: dixerit esse migraturas.

Miror sane si Pythagoras hæc ita se habere
putauit: in quod vel quale corpus eas animas
quæ non bestialiter: sed studiose sapienter &
humanæ vixissent: migraturas esse diffinie-
rit. Omnes enim in earum bestiarum corpora
migrare dicebat: quarum in vita proprietates
habuissent. Nam vt in libro de sapiente dixi-
mus: alii hominum sunt vt lapides/ alii vt arbo
res/ alii vt bestiæ/ alii vt homines. Acedia &
emarcidus torpor: homines ab omni actione &

opere remittit ac lapidaſcere facit. Gulæ vero vitium plantis: quarũ officium eſt iugiter ali: hominem reddit perſimilẽ. Luxuriæ labes brutis animantibus ac beſtiis (quæ coitu nihil prę ſtantius habent) hominẽ confert. Generoſa autem ac penitus humana virtus: hominẽ in humanum ſtatum euehit: eumq̧ nulli inferiorũ entium: ſed proprio duntaxat gradui: id eſt naturali homini ſimilem reddit. Per ſupremum acediæ vitiũ / ſimilis eſt homo infanti in vtero matris: nondũ nato ſed ſolum cõcepto. Huius enim nulla adhuc eſt operatio: qui ideo lapidi ſimilis habetur. Gula hominem perſimilẽ reddit genito infanti q aſſidue materna vbera exugit. Luxuria vero hominem adoleſcentibus: & immaturis hominibus cõfert. Virtus vero maturi adulti & perfecti hominis eſt. Simile eſt igitur ac ſi dixiſſet Pythagoras: pigri hoĩs animã abire in lapidis ergaſtulũ. Guloſi vero ſpiritũ: in plãtas relegari ac detrudi. Luxurioſorũ animas in beſtiarũ corpora transferri. Sed quo obſecro ſtudioſorũ hoĩm & eorũ q virtuti operã nauaſſent aĩas: poſt mortem abire & proficiſci voluit? Inſufficienter igitur de animarum reſurrectione Pythagoras loquutus eſt.

86 Studioſorum hominũ animas nequaq̃ in ferina corpora: ſed aut in propria aut in ſpecie paria reuocãdas eſſe.

Aut enim ſtudioſos homĩes Pythagoras fateri debuit immortales eſſe: & eorũ aĩas in proprium atq̧ idem numero corpus nonnunq̃ reuocandas: vtpote quæ humaniter: & pro humani corporis dignitate vixiſſent. Aut dicere debuit illas e propriis corporibus migrantes / nequaq̃ in beluina aut ferina: ſed in alia humana corpora ſpecie ſimilia transferri oportere. Indignum enim eſt animas quę non beſtialiter ſed generoſe & humane vixerũt: poſt mortem in ferino & non humano in corpore habitare. Nam ſi anima in proprio corpuſculo degens: nullius ferarum proprietati turpiter aut ignauiter obſecuta eſt: ſed ſolius hominis eſt veriſſimas proprietates imitata: debuit dicere Pythagoras aut hanc animam nũq̃ a proprio corpore diſſolui: vel in idem numero aut in conſimile ſpecie & humanum aliud corpus nonnunq̃ recipiendam eſſe: quandoquidem huic (quã nulla ferina proprietas maculauit: aut inhumanam reddidit) nullius beluæ aut feræ corpus merito adaptari poſſit. Hãc igitur animarum poſt mortem in aliena ergaſtula emigrationem: hunc earum in beluina corpora tanſitum: vt a veritate alienum / merito ducimꝰ explodendum. Sed & ſequens propoſitio earum in corpora nõ eadem numero ſed duntaxat ſpecie ſimilia & paria tranſitum exterminabit.

Vniuerſos in corpore eodem ſecũdum numerum: & non tantum ſecũdum ſpeciem eodem ſurrecturos eſſe. 87

Præcedens propoſitio migrationem noſtrarum animarum: in aliena vt in ferina corpora exploſit. Nam hæc opinio reſurrectiõi aduerſatur. Præſens vero ſpecialius quiddam confutat: aſſerens vniuerſos in corpore eodem ſecũdum numerum & non tantum ſecundum ſpeciẽ eſſe ſurrecturos. Nam reſurrectio erit totiꝰ naturæ inſtauratio: & vniuſcuiuſq̧ animæ (ſecundũ tẽpus: p mortẽ peccati / a pprio corpore exulãtis) ĩ pprii corporis domiciliũ reductio. Humanæ aũt omni aĩæ: a natura & donatũ eſt & debet humanũ corpꝰ. Humanũ corpꝰ voco: qd nõ ferinũ eſt: ſed natura ſublime / erectũ / ſtãs verſo ad cœlũ capite: inter oĩa corpora ſumme ętherogeneũ: natum ad ambulandũ ſpecioſiſſimũ opus materię: tot organis & membris præditũ / quotquot rationalis aĩæ viribꝰ & operibꝰ ſufficiãt pręter vnã vim intellectiuã: quę organo nullo corporeo pfungit. In tali igit & huiuſmodi corpore qd fit ſecundũ ipſius rationalis aĩæ naturã: & in hoc eodẽ ĩ quo tẽporali vita: ĩ pñtis ſęculi curriculo pfuncta ſit: debet & vnaquęq̧ aĩa in ſupma reſurrectiõe fieri rediuiua.

Nihil obeſſe hominũ reſurrectioni: eorum aut ſanctitatem aut iniquitatem. 88

Futuræ hominum reſurrectioni: nihil obeſt: q aut ſancte aut fœde / ſe in pręſenti vita habuerit anima. Nam quæ ſanctiſſime vixerit: haud poteſt aliquod corpus / humano corpore natura aut ſanctius aut ſpecioſius adipiſci. Eſt enim ſpecioſiſſimũ corpus / humanũ: qui aptæ

est totius materialis texturæ & operis. Quę autem animæ non pro humane corporis dignitate vixerunt: sed ferinas proprietates imitatę bestialem potius vitam q̄ humanā delegerunt: hæ nequaq̄ (vt Pythagoras voluit) in beluina & indigna humanis animis corpora transibunt: sed in iisdem numero corporibus exciperentur atq; reuiuiscent: in quibus perfunctoriā huius sęculi vitam transegerint. Omnes enim rationales animæ in nouissimæ tubæ cantu: eadem numero sua corpora in ictu oculi a deo instaurata recipiēt. Nec sanctarum quidem animarum dignitas arguit: vt præstantiora aliqua humanis/numero aut specie diuersa corpora adipiscantur. Nec pariter iniquarum macula & indignitas conuincit: vt in alia quædā humanis corporibus inferiora claustra & domicilia abire iubeantur.

89 Q̄ꝙ omniū animarū in iisdem numero corporibus resurrectio fiet: aliter tamen sanctarum & aliter iniquarum animarum corpora sese habitura.

Longe aliter se habebunt sanctarum animarum corpuscula: ab earum corporibus/quæ vitæ sanctitudinem aspernatæ: vitiosę conuersationi sese submisisse conuincentur. Harum enī vitia quæ in hoc mundo cunctorum oculos latuere: extrinsecus erūt manifesta: & ex ipō corporū aspectu illico arguentur. Illarū quoq; virtutes quę in præsenti sęculo oculis intuētiū nequaq̄ patuere: in extima & clarificata corporū superficie supra solis iubar splendescēt: erūtq; non minus peruię carneis etiā oculis: q̄ spiritali mentis aciei. Sana erunt & sancta: sanctarum animarū corpora. Perditarū vero corpora aīarū: infirma erūt/insalubria/& immunda. Illarū corpora clara erunt super solē: & in regione lucis collocata. Harū autem obscura erunt: & in regiōe tenebrarū relegata. Sanctorū corpora leuia erūt/rara/ & ab oī corporea mōstrositate liberata. Istorū vero supra terrę pondus grauia/densa/& omni mōstrosæ deformitati obnoxia.

90 Sanctorū animas templū dei futuras: impiorum vero animas in dæmoniorū habitacula conuertendas.

In sanctorū animabus & corporib⁹ habitabit deus: in peccatorū vero vasculis: dæmonia & omnis spirit⁹ immūdus. Sanctorū caro omī perfecta & bona qualitate illustrabitur. Impiorum aūt corpora omni malę & perniciosæ suberunt qualitati. Ad hunc enī modū tam iniqui q̄ sancti viri (q̄q̄ differentissima sorte) in iisdē numero corporib⁹ resurgēt. Nā & oportet eādē numero carnē: quę cū inhabitāte spiritu & animo: aut in nanciscendis virtutib⁹ sudauit: aut in vitiis sese oblectauit: participē fieri sortis ei⁹ spirit⁹: cui per tēpus est obsequuta. Quę enī in virtutibus & imitatione dei cooperata est aīæ: beatā (vt diuo Dionysio placet) cū aīa felicēq; sortē pcipiet. Quæ vero complex scelerū & cooperatrix extiterit vitiorū: hæc vtiq; infelix caro cum anima/miserabili sorte damnata/æternæ gehennæ poenas luet.

Resurrectionem esse morti contrariā: & huius instaurationem: quod priore morte est dissolutum. 91

Resurrectio morti contraria est: suntq; tot resurrectionis effectus: quot & effectus mortis. Nam resurrectio est huius restitutio ac instauratio: quod priore morte erat dissolutum. Sunt autem duo præcipua quæ mors est in cūctis hominibus operata: in his saltem qui origināli macula nō caruere: scilicet animæ a corpore emigratio: & sequēs corporis/ob animæ absentiam corruptio ac dissolutio. Hanc legem Christi dei agni & sacratissimæ matris eius MARIAE corpora: quæ imaculata & illibata fuere nequaq̄ subierunt: nec per aliquantulam animæ emigrationem & absentiam: corrumpi potuere. In cæteris aūt hominibus/dissolutionē totius e vestigio corporis tabes & naturalis corruptio subsequi & comitari solet: quoad fere tota corporea hoīs substantia: in materiales atomos ac cineres redigatur. Instaurabit igit̄ resurrectio: naturam in primis ac substantiam corporis. Deinde & totius quoq; hominis substantiā resarciet: instaurans naturale corporis & animæ vinculū/quod pseuerabit æuiternū.

Non tamen prius corporis integritatem: q̃ animæ & corporis vinculum reformabit.

92 In animæ noſtræ ſubſtantia: temporariam mortem nihil operari: neq; etiam reſurrectionem aliquid in ea molituram.

Animæ noſtræ ſubſtantia cum immortalis & irreſolubilis ſit: temporali morte nihil patitur/niſi ſecundum accidens; ſcilicet aut quia abiungatur a corpore; aut q̄ ad angelorum gloriam: in cœlos abducatur: aut q̄ in inferni carceres: ibidem mulctanda abire iubeatur. Separata enim a corpore; nihil ſuæ ſubſtantiæ perdit: ſed integerrima ſiue in beatitudinis felici accubitu: ſiue in infauſtis pœnarum locis perſeuerat. Sicut igitur nihil addit mors ipſi animæ aut nihil aufert ab illa; ita & reſurrectionem coniicimus: nihil ab anima ablaturam & nihil eidem addituram niſi (vt diximus) ſecundum accidens.

93 Mortem primam & ſuccedentem reſurrectionem: eſſe viribus æquales.

Publiciſſima lex contrariorum eſt: vt eorũ ſint vires æquales. Mors humanas animas e propriis caſtris in exilium extorres agit: & earum deinceps caſtra ac domicilia ſubuertit. Reſurrectio vero morti cõtraria: caſtra eadem ac domicilia ſubuerſa reſtituet: & ab exilio reuocatas animas: illis iterum ſempiterno fœdere ſociabit. Mors primum animam abiungit a corpore deinde corpus ſenſim ac particulatim corrumpit: quoad illud in primam materiam reſoluerit. Reſurrectio vero in inſtanti & corpus integrum reformabit: & animam in ęterna eius manſione collocabit. Mors prius ex peccato primi parentis: in cunctos homines proceſſit. Reſurrectio vero ex vltimi parentis vt Chriſti virtute & ad mortem vſq; obedientia: in omne humanum genus eſt propaganda. Sicut abſq; primo parente nullus hominũ gigni & ſubſtantiam accipere potuiſſet: ita & abſq; nouiſſimi patris munere/nullus hominum futurus erat compos reſurrectionis. Nam reſurrectionis munus/tam bonis q̃ malis: Chriſtus ſolus impartietur atq; indulgebit: vt q omnẽ animam/tã ſaluam q̃ naufragiũ paſſam: a tẽporaneo corporis ſui exilio/in natiuum eius domicilium: ſonante nouiſſima tuba reuocaturus celebratur.

Chriſtum & paſſum eſſe & reſurrexiſſe: in menſura ætatis plenitudinis hominum. 94

Menſura ætatis plenitudinis Chriſti/in qua & paſſus eſt & a mortuis ſurrexit: eſt quam cuncti exiſtimant eſſe trium ſupra triginta annorum. Nam natus eſt dominus imperante Auguſto Cæſare: anno imperii eius ſecundo & quadrageſimo. Hic enim imperauit annis ſeptem & quinquaginta. Cœpit autem manifeſtari populo/anno decimoquinto imperii Tyberii Cęſaris: cuius decimooctauo anno: in cruce pendens/mortis tributum pro genere hũano exoluit. Sunt vero nonnulli qui eius prædicationem a trigeſimo anno ætatis ipſius inchoatam: extendant vſq; ad tempus/ad tempora/& dimidium temporis: quod eſt ſpatium trium annorum cum dimidio. Nam tempus vnus annus eſt; tempora duo anni: dimidium vero temporis: vnius anni medietas. Hoc vero temporis ſpatium in Apocalypſi: tempus eſt Antichriſti & duorum prophetarum: qui a deo ante illum mittendi ſunt. Tres enim anni cum medio anno: ſunt dies mille ducenti ſexaginta.

In menſura ætatis plenitudinis hominum: Adam a deo procreatum fuiſſe. 95

Creatus eſt enim Adam a deo non ætate infantili aut puerili: ſed in ea corporis quantitate; quæ eſt iuſta & perfecta hominum magnitudo: quam etſi plæriq; tranſcendunt vt gigãtes corporis vaſtitate inſignes: & plęriq; alii non attingant vt Nani & Pomiliones: id tamẽ magis vitio aut ſuperfluæ aut deficientis naturæ: q̃ eius ordine ac ſerie cognoſcitur accidere. Sicut enim vitiorum natura eſt flecti ac tendere in extrema vt in plus & minus: virtutis autem natura ſtare in medio & æqualitate: in qua neq; plus neq; minus habet: ita & viciata hominum natura: aut ex abundantia ſu-

pra ſtatam hominum magnitudinem excreuit:aut ex defectu infra eandem magnitudinē ſeſe coercuit.

96 In menſuram ætatis plenitudinis hominum:quæ eſt & Chriſti:cunctos homines reſurrecturos eſſe.

In ætate perfecta in menſura ætatis plenitudinis hominum : quæ eſt & iuſta humanæ ſpeciei ſtatura (quæ in extremis eius parentibus Adam & Chriſto apparuit) haud ab re cuncti medii communeſve homines reſurrecturi creduntur:non autem in ea ætate in qua quiſq; mortuus eſt. Nam per q̄ rationabile eſt medios homines vtriq; ſuo parenti : primo in quam & nouiſſimo:patri item generationis & patri reſurrectionis : eſſe conformandos. Volunt autem æqualem & eandem eſſe magnitudinem in qua & paſſus eſt & reſurrexit Chriſtus:ei in qua creatus eſt Adam.In ea igitur magnitudine: dicere cunctos medios homines eſſe a mortuis ſurrecturos / non eſt incommodum. Vera enim menſura magnitudinis totius humanæ ſpeciei : reluxit in extremis hominibus:præſignans ad eandem quantitatem cunctos homines in futura reſurrectione eſſe perducendos : neminem vero hominem: aut ſupra aut infra illam eſſe ſurrecturum.

97 Vniuerſos homines in integra & perfecta ſubſtantia : tam ſecundum partes integrales q̄ iuxta partes eſſentiales reſurrecturos eſſe.

Reſurget enim vnuſquiſq; in anima eadem & in corpore pariter eodem. Et non modo in anima & corpore iiſdem : id eſt in integritate & numero ſubſtantialium ſuarum partium: ſed & in cunctis ſui corporis membris: & in perfecto rurſum numero corporalium ſuorū organorum : & integralium totius corporis partium. Nam ſicut anima per mortem nec tota interit : nec vllas ſuarū virium aut naturaliū facultatū partes amittit aut pdit : ſed tota cum vniuerſis ſuis viribus ac naturalibus potentiis in proprium corpus redibit:ita & opus eſt integerrimum corpus illi reſtitui : cum omnibus ſuis membris:cum vniuerſis organis naturalium virium ac facultatum. In quo enim corpore aut peccauit anima / aut operata eſt iuſtitiam:in eodem aut plectenda eſt aut glorificanda. Et per quæ organa ac membra / aut turpibus vitiis incubuit:aut honeſtis virtutibus operam dedit:in iiſdem prorſus membris & organis:ipſa aut torquenda ēſt aut beatitudine potitura. Reſurget igitur vnuſquiſq; in perfecta & conſummata hominis ſubſtantia: tam ſecundum partes corporis integrales / q̄ ſecundum ſubſtantiales totius partes.

Adam nequaq̄ in perfecto ſeu trino homine:ſed tantum in duplici fuiſſe procreatum. 98

Fuit enim Adam ab ſuæ creationis initio: duntaxat ſubſtantia & quantitate homo:non autem homo qualitate. Erat quidem homo anima & corpore:erat & conſummatus ætate:nō autem perfectus ſapientia: vt qui nondum nouerat ſe eſſe nudum: nec ſciebat quod boni & mali diſcrimen: priuſq̄ de ligno ſcientiæ boni & mali edere pſumpſiſſet. Quāobrē ſi cūcti reſurgent in eo ſtatu in quo Adam creatus eſt a deo:ſurgent vtiq; ſubſtantia quidem & quantitate perfecti. Sed in qua præſertim qualitate ſurgent ſequens exequetur.

Omnes homines aliquo pacto in perfecta qualitate : id eſt in ſapientia non profunda ſed ſuperficiali eſſe ſurrecturos. 99

Agnoſcent enim in inferno vniuerſi ea munera quæ perdiderunt:& naturalia bona a quibus improbe exciderunt:ſcientq; ſe eſſe rationales creaturas:natura immortales: natas ad virtutem. Creatas inſuper ſe eſſe ad dei imaginem:cuius tamen perlucidam ſpeciem & auguſtum lumen in ſeipſis ignauiter obliterari & obſcurari paſſi ſunt. Noſcent etiam & cuncta ſenſibilia entia pp̄ter ſeipſos a deo fuiſſe p creata. Hęc & ſimilia ipſi in iferno clare pſpicaciterq; & abſq; dubio itelligēt: ſciētes inſup dānationis & æterni ſui īteritus cauſam. Nō eſt 101

igitur incommodum dicere cunctos hac & huiusmodi superficiali sapientia imbutos esse in perfecta qualitate surrecturos.

100 Omnem hominem tam impium q̃ iustum & sanctum semel in ictu oculi: ad sui creatoris & iudicis dei verum & sensibilem conspectum esse admittendum.

Id enim theologi volũt: omnem inquam hominem tam impium q̃ iustum & sanctum: semel ad sui creatoris carnalem & verissimũ cõspectum esse admittendum: vt hoc pacto apud vnumquemq; maneat supersubstantialis & increatæ diuinitatis indubitata certitudo. Non est igitur præter veritatem: sentire omniũ hominum resurrectionem futuram in perfecta etiam qualitate: id est in quadam sapientia quę est dei & suiipsius agnitio. Si autem sapiẽtiam vocaueris profunda dei nosse mysteria & specialem cunctarum rerum tam intellectualium q̃ sensibilium habere notitiam: dicimus cum hac sapientia: impios nequaq̃ esse surrecturos. Nam & hæc sapientia dæmonibus non adest. Hi enim etsi specialius cuncta hæc sensibilia norint: cœlestium insuper lationum discursus eos minime lateant: intelligibilia tamen quæq; non nouere: nec arcana dei mysteria scrutari valent: quæ duntaxat sanctis angelis & sanctorum hominum animabus in cœlo: & nonnunq̃ etiam in terris a deo intellectualiter insinuantur. Q; autem omnis oculus tam impius q̃ iustus semel ad sui authoris dei conspectum admittendus sit: diuus Paulus his verbis testatur. Omnes (inquit) nos astare oportet ante tribunal iudicis. Et rursum sancti euangelii textus. Sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ & congregabuntur ante eum omnes gentes. Et videbit eum omnis oculus: & qui eum pupugerunt. Hoc enim sacrum eloquium manifeste nec impios quidem qui eum pupugerunt & occiderunt; ab ipsius iudicis dei aspectu secludit.

101 Impios q̃q̃ cum sapientia & perfecta animi qualitate surrecturos: hac tamen sapientia seu visione & cognitione dei nequaq̃ perfruituros.

Q; si obiiciet hoc pacto aliquis. Si impii resurgent cum sapientia & cognitione tam dei q̃ sui: vtiq; impii resurgent sanctis æquales quod sentire perabsurdum sit. Dico ad id quoniam resurgent quidem impii: æquales sanctis: in substantia in quantitate & qualitate eius sapientiæ / quam diximus esse cognitionem dei & sui. Haud tamen dabitur impiis hac perfrui sapientia. Iustis autem aderit & sapientiæ habitus & eius perfruitio. Et omnes quidem deum: semel facie ad faciem intuebuntur; sed peccatores / momento solo diuina visione potientur: vt agnoscant quid miseri & infelices / ipsi perdiderint. Iustos autem diuini vultus & aspectus præsentia nunq̃ deseret quos æternis luminibus irradiabit.

Dæmonibus speciem quandam inesse sapientiæ: qua tamen perfrui non possunt. 102

In dæmonibus id in præsenti malum est: q; sapientiam quandam habent qua tamen perfrui & vti non valent. Nam & sapientes & insipientes sunt. Sapientes quidem habitu: insipientes abusu. Norunt enim & deum & seipsos & maiorem creaturarum portionem: Immo vero omnium creaturarum naturam atq; substantiam. Sed volentes haberi æquales deo deum vt deũ nec reueriti sunt nec syncære coluerunt. Postremo vero ruentes in huius mundi ergastula: cœperunt illico insitis sibi muneribus & seipsis & aliis creaturis quas in potestate habuerunt abuti. Vnde & totius quoq; inferioris naturæ / ac sensibilis mundi subuersio sequuta est. Quapropter & ipsi iuxta sortem impiorum hominum in extremo iudicio vincti ac religati ipsius iudicis tribunali offerent in ęternas tenebras releg ãdi. vnde fit vt impiis etiam hoĩbus nõ modo naturales cũctis habitus: sed & acquisiti / affuturi sint. eorum tamen fruitio illis ab æquissima dei lance denegabitur atq; adimetur.

103 Neqꝫ nostras animas morte interire vt non subsistant amplius: neqꝫ corporalem coniunctionem penitꝰ ab eis abrumpi: quasi nunq̄ instaurandam.

Complures sunt opiniones eorũ qui lapsi a veritate: male de humanis animabꝰ & resurrectione nostra senserunt. Harũ igiẗ quatuor ex diuo Dionysio: capite septimo libri ecclesiasticæ hierachię depromemus, quarum duę primæ sunt quæ in præsenti propositione proponuntur. Porro (inquit ille) ex prophanis: partim quidẽ animas in id euanescere vt nõ subsistant; arbitranẗ irrationabiliter omnino. Hæc est prima opinio prophanorum: eorũ qui animas immortales non esse / sed morte penitꝰ interire / ac omni substantia exui & prorsus annihilari voluerunt. Deinde pro secunda opinione subiungit. Partim vero corporalem coniũctionem a suis animabus abrumpi penitus: vt eis diuina in vita & beatissima requie minꝰ cõgruentem non intelligẽtes; neqꝫ satis magisterio diuino edocti: vt iã cœpta sit nostra ĩ Christo sacratissima vita. Hæc est opinio secunda perniciosa qdẽ: sed priore minꝰ ĩcõmoda. Nã prior interitu & morte animarum humanam totam specie substantiamqꝫ perimit. Hęc vero animam saluat eãqꝫ immortalem esse profitetur: sed resurrectionem inficiatur, dicens ĩ futuro sæculo: corpora animabus inutilia: eisqꝫ ad diuinam vitam sicut & in pręsenti sæculo / contraria fore. Quia vero iam sufficienter de animarum ĩmortalitate deqꝫ nostra resurrectione sumus loquuti: ideo nequaq̄ p̄sentes errores iteratis argumentis explodemus.

104 Nostras animas neqꝫ in aliena corpora transire: neqꝫ ob sectandas iterũ illecebras præsentisqꝫ mũdi voluptates rursum suis corporibus esse sociandas.

Duos iterum errores præsens complectiẗ: quos & diuus Dionysius recenset. Alii vero (inquit) animabus aliorum corporũ cõiugia tribuunt: iniuriis vt reor quãrum in se est afficientes corpora: quæ cum sanctis animabus laborarunt: sacrisqꝫ retributionibus parum honeste priuantes; quæ ad finem sanctissimi cursus peruenerunt. Hanc tertiam opinionem / propter Pythagoricos: de quibus prius loquuti sumus sanctissimus pater (vt arbitror) supprimere noluit. Deniqꝫ quartam opinionẽ addit. Alii rursus nescio quo pacto ad carnales cogitationes declinantes: dixere præsenti vitę similem eam quæ sanctis promissa est beatissimã requiẽ: cibosqꝫ vitę variabilis ꝓpriosis qui ęquales angelis sunt euasuri npharie applicuerunt. Hęc est quarta opinio eorũ q & aĩas qdẽ ĩmortales eẽ cõfessi sunt: & resurrectionẽ in eodẽ corpore futurã dixerũt; sed tñ in futurũ illud ĩmortale sæculũ (in quo pares angelis hoĩes futuri sũt: neqꝫ esuriẽtes neqꝫ sitiẽtes: nec edentes nec bibẽtes: sed diuina sola cõtemplatione & patulo aspectu satiandi) p̄sentis sæculi illecebras / voluptates / ac delitias nepharie introduxerunt. Has autem opiniones sanctissimus pater reprobans dixit. Sed absit vt vnq̄ sanctus aliquis vir: in istiusmodi errores incidat. Quapropter & nos easdem opiniones reprobaturi: verbis illius insistimꝰ / nequaq̄ plura adiicere præsumentes.

Haud tantum iustorum hominum animas immortales esse: nec tantũ iustorũ animas resurrecturas suisve corporibus esse sociandas. 105

Prædictis quatuor opinionibus addimꝰ qntam: eorum qui voluerunt dũtaxat iustorum animas / immortales cum suis corporibus esse propterea ꝙ immortali deo: in præsenti sęculo similes vixissent. Animas vero iniquorꝫ hominũ quę deũ spreuissent & bestialiter vixissent: immortales non esse: sed cum bestiarũ animabus penitus emori / interire / annihilari. Aliam quoqꝫ sextam a veritate deuiantium opinionẽ adiicimus & explodimus: eorum quibus placuit cunctorum quidem hominũ tam impiorum q̄ iustorum animas / esse natura & substãtia immortales: & nullo mortis occasu posse aboleri. Attamen non omnium animarum fore resurrectionem: sed iustorum dũtaxat animas: in sua corpora esse denuo reuocãdas. Impiorũ vero animas / vt resurrectionis munere

& beneficio indignas: nequaq̃ ampli⁹ post mor
tem corporea mansione potituras propterea
q̃ male se in corporibus habuissent: sua ve cor
pora corrupissent. Frustra siquidem impiorũ
animabus corporea organa restitui debere: cũ
nulla deinceps futura sit earum actio quę aut
placeat deo: aut ipsis animabus æterno exposi
tis incendio sit grata / iucunda / aut salutifera.
Recensuimus igitur opiniones sex de animarũ
resurrectione: in quibus nõnulli a veritate de-
uiasse conuincuntur.

Opiniões erroneæ — Animas:
- Interire & emori
- Non resurgere in corpore
- In aliena redire corpora
- Ad delitias resurgere
- Impiorum interire
- Impiorum non resurgere

106 Humanas animas nequaq̃ dũtaxat ex
modo bene beateq; viuendi: sed ex na-
tura sua & substantia esse immortales.

Prædictis sex opinationibus contraria sen
tientes: dicimus humanas animas natura &
substantia immortales esse: easve per mortem:
nequaq̃ aut interire aut annihilari. Cunctas
item resurrecturas esse: iterumq; corpori so-
ciandas. Non autem corpori alieno: aut secun
dum numerum aut secundum speciem: sed ei
dem prorsus in numero: in quo perfunctoriã
labentis huius sæculi vitam transegerint. Nõ
rursus surrecturas eẽ: vt denuo corporeis de-
litiis ac terreno huius mũdi genio indulgeãt:
sed vt angelorũ imitatione (neq; nubentes: ne
q; gignentes: neq; ędentes aut bibentes) diui-
na contemplatione & ineffabilibus diuinę cla
ritatis radiis: reuelata acie saginentur / alãtur /
satientur. Impiorum quoq; animas dicim⁹ ne
quaq̃ interituras & annihilandas esse: sed fore
etiã ęuiternas. Nam si dũtaxat iustorum ani-
mæ ex vitę sanctitudine immortalitatem adi-
piscerent: haud essent humanę omnes animę
natura & creationis ordine imortales: sed solũ
secũdario quodam diuino munere: eas quę vi
tæ sanctimoniam coluissent: in immortalita-
te & æuo benigne conseruante; reliquas vero
quæ deo dissimiles apparuissent: permittente
iuxta vitæ suę modũ: abire ĩ nihilũ & euanesce
re vsq; in non esse. Sentiendum est autem om-
nes humanas aĩas nequaq̃ ab solo bene beate-
q; viuendi ordine: sed ex natura & substantia
sua ex ipsa item suæ creatiõis & originis serie
esse æuiternas & immortales. Deniq; dicimus
iniquorum & perditorũ hominum animas: in
sua ipsarum corpora iterum reuocandas. q̃q̃
nullę deinceps futurę sint tales earũ aut spiri-
tales aut corporeę actiones: quæ aut placeant

Sensus verus — Animas:
- Immortales esse.
- Reuocandas in corpora.
- In propria redire corpora.
- Ad diuinam cõtemplationẽ resurgere.
- Impiorum manere.
- Impiorum surrecturas esse.

deo: aut ipsis animabus gratę / iucundę / ac salu
tiferę esse queant.

Per temporariã hominũ mortẽ ac dis- 107
solutionem: aĩas in extremas mũdi pla
gas abire: corpora autem in ꝓpria seu
media regione manere.

Tres aliquo pacto sunt humanarum partiũ
mãsiones: duę extremę: quę sunt coelũ: & abys
sus: media vero sensibilis mundus. Intelligibi-
lis enĩ mundus: regio est animarum. vt quarũ
spiritalẽ / inuisibilem & ęthereã esse substãtiã
nullus ignorat. Sensibilis autem mundus pro
prius est corporum locus: vtpote quæ ex mate
ria & quatuor elementis conflãtur. Omnis ve
ro materia & quatuor elementa: lunari ambi-
tui subsunt. Abyssus autem siue infernus: in-
naturalis est & violenta animæ mansio. Cum
igitur per temporarię & transitoriæ mortis
occasum: soluatur humanæ totius substantię
vinculum: hinc opus est vt substantiales ho-
minis partes corp⁹ & anima diuersis in regio
nibus excipiantur. Nam emortuum corp⁹ in
propria regione vt in sensibili mundo: sepultu
rę / per vespillones mandatur. Anima autem
a corpore soluta: mox aut superos aut inferos
petessit: nec in corporis regione: postq̃ a corpo
re soluta est: demoratur.

108 Reſurrectionem priori morti contra-
riam: ſarciendi humani vinculi gratia:
aut animas ab extremis regionibus re
uocare in medium: aut ipſa corpora a
media & propria regione: in extrema
referre.

Reſurrectio aut animas ab extremis mundi plagis hoc eſt a ſuperis aut ab inferis: in mediam corporis regionem reducet: ibiq; ſuis iterum corporibus illas inſeret, aut ſepulta in media regione id eſt in ſenſibili mundo corpora: in extremas mundi plagas hinc ad ſuperos hic vero ad inferos tranſportabit, vt ibi in loco & regione animarum ſiue naturali ſiue innaturali: ipſamet corpora ſuis ſociet animab9. Naturalis enim animæ regio intellectualis mundus eſt: violēta vero & innaturalis earum mā ſio abyſſus. Senſibilis autem mundus: naturalis corporum regio eſt inter ſuperos inferoſq; media. Oportet igitur fieri reſurrectionē omnium: aut in media regione ſiue in ſenſibili mū do & naturali corporum loco: aut ſanctorum quidem reſurrectionem fieri in cœlis: impiorꝫ vero reſurrectionem in abyſſo. Sed in qua præ ſertim regione futura ſit & abſoluenda vniuerſorꝫ reſurrectio: ſequenti propoſitione exequemur.

109 Omnium hominum reſurrectionem i
corporum regione ſiue in ipſo ſenſibili
mundo futuram.

Omnium hominum reſurrectio futura eſt in media regione: hoc eſt in ſenſibili mundo ſuper faciem terræ: in qua corpora ſepulra fuerint: ob duas cauſas. Prima. nam in ea regione fieri debet omnium reſurrectio: i. qua & Chriſtus ſurrexit a mortuis. Chriſtus autem neq; in cœlo / neq; in inferno reſurrexit; ſed in ſenſibili mundo ſiue in ſepulchro: in quo eius corpus anima ſpoliatum iacebat. Non deſcendit corpus Chriſti in infernum: vt ibi proprię aīę ſociaretur. Neq; aſcēdit in cœlum: priuſq̃ fuiſſet animæ ſociarum. Aſcendens igitur anima Chriſti ab inferis / proprio iterum corpori qđ erat in ſepulchro eſt diuinitus reſtitura. Secūda vero cauſa eſt: quia cum reſurrectio ſit aduerſa & contraria morti & inſtauratrix corpꝰ quæ mors antea diſſiparat: oportet in regione mortis fieri & reſurrectionem. In ea enim regione reſurget vnuſquiſq; in qua & mortuus eſt: & ſepulturæ demandatus. Fiet igitur omnium hominum reſurrectio: in regione ſenſibilis mundi.

Humanas omnes animas quemadmo 110
dum in ſenſibili mundo & in proprio-
rum corporum clauſtris ortæ & crea-
tæ ſunt: ita & in ſenſibili mundo per fu
turam reſurrectionem in ſua ipſarū cor
pora eſſe reuocandas.

Hæc propoſitio tertiam cauſam affert: quę edoceat omnium reſurrectionem in ſenſibili mundo futuram. Nam ſicut omnes animæ in ſenſibili mundo & in propriis quidem corporibus originem ortum & creationem ſui acceperunt: ita & rationabile eſt illarum reſurrectionem adimpleri in ſenſibili mūdo. Quę em̄ pſentis ſęculi initiū in ſenſibili mūdo acceperé: debent & in eodem mundo futuri beati aut infelicis ſæculi inchoare primordia. Sicut primum ſuum hymenęum & epithalamium i terris cecinerunt: quo ſecūdum tempus ſuis corporibus nupſerunt: ita & ſupremum firmiuſq; epithalamium canent denuo in terris; p quod æuiterne iiſdem corporibus nubēt ac ſociabuntur. Haud igitur vniuerſalis omniū reſurrectio in extremis mundi regionibꝰs: vt in cœlis aut in inferis fiet. Neq; particularis ſanctorum reſurrectio in cœlis: & iniquorū apud inferos abſoluetur: ſed indifferenter omnium & ſanctorum & impiorum reſurrectio: in propria corporum regione & in ſenſibili mundo creditur futura.


Hora & inſtanti vniuerſalis reſurre- 111
ctionis: extremas mundi plagas para-
diſum & abyſſum humanis animab9
vacuandas.

Ex præcedente manifeſtum eſt hora & inſtanti vniuerſalis reſurrectionis: ipſa humana

rum immortalium animarum promptuaria: id est extremas mūdi plagas/vt paradisum atq infernum/vacuari animabus oportere: vt hoc pacto tam impiorum q̄ iustorum animæ suorum corporum claustris ac naturalib⁹ domicilijs/in sensibili mundo reddantur. Perfecta autem resurrectione hæ quidem cum corporibus in cœlos: illę vero cum corporibus in lacus aeternales remeabunt. Has item syncera dei claritas/ęterne circūfulgebit. Illas vero perpetes tenebræ/immensa obliuione sepelient. Hæ deniq ab illis per immensum chaos iuxta sacrum eloquium dirimentur: quod beatas q dem demergi: infelices vero e lacu nonnunq̄ emergere non finet.

Theologicarum Conclusionū Libri Noni de resurrectio ne dei finis. XXVI. die Nouembris anni. M.D. XII.

Theologicarum Conclusionum decimus Liber de Iudicio Dei.



Xtremum diui ni verbi contingentium & propter humanam salutem assumptorum prædicatorum esse iudicium: quo cætera omnia clauduntur. 1

Vbi de resurrectione ea quæ dicēda occurrerunt iuxta vires in medium sunt allata: instat contingentium dei prædicatorū supmū. quod vocamus extremū & vniuersale dei iudicium: quo cætera diuini verbi propter nos assumpta prædicata clauduntur. Nam iudicis appellatio: nulla necessitate/sed sola voluntate deo coaptatur. Quod enim sponte & absq̄ vlla sua necessitate incarnatum est verbum: quod item eam integerrimam humanitatem quā pro nobis assumpsit/voluntarie obtulit morti: quod deinceps suscitauit eādem a mortuis & ad sui patris dexteram in cœlos perduxit: id idem verbum cum eadem in qua inhabitat humanitate: libens ac sponte in iudiciū mundi huius/inq bonorum & malorū discrimen nonnunq̄ reuersurum esse celebratur & expectatur. Constituit enim iuxta sacrum eloquium deus pater: filium vniuersorum iudicem. vt in eo per quem creauit & sæcula: & in quo eadem perdita redemit: ea quoq nonnunq̄ instauret. Pater enim non iudicat quēq̄/sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filiū: sicut honorificant & patrem.

Sacram venturi iudicis personam: eā esse quæ pro nobis & incarnata est & immolata. 2

Ex præcedente null⁹ addubitare audeat de persona iudicis: quę vl qualis sit. Hęc enim est

persona verbi: quę pro nobis incarnata veram & integerrimam humanitatem suscepit. Hæc est humanitas tota: quæ pro nobis in cruce pependit. Hæc est diuinitatis & humanitatis p̱sonalis vnio & copula: quam nos Christi personam nuncupamus. in qua de⁹ cū homine & homo cum deo supranaturali & insolubili vinculo colligant̄. Hæc eñ exaltabitur in hora iudicii / super omnem creaturam. Hæc iuxta scripturam sublimis erit valde: & cōspicietur vt dixim⁹ semel ab omni mortali oculo. vt noscāt & iusti q̄ inęstimabile bonum feliciter adepti sint. & infelices damnati / a quantæ excellentię bono seipsos vitæ indignitate merito seq̄strarint. Hęc enim æuiternum discrimen: statuet inter iustos & iniquos. Istis quidem qui ad sinistram eius erunt: cum ita imperabit dicēs. Ite maledicti in ignem ęternum: qui parat⁹ est diabolo & angelis eius. Illos vero qui ad dexteram eius steterint: blanda ac mitissima voce alloq̄tur. Venite benedicti patris mei: possidete regnum patris mei constitutum vobis a sęculo. Omnes enim vt diuus Paulus ait astare oportet ante iudicis tribunal: ad quod properans vnusquisq̨ onus suum portabit: & rationem reddet eorum quæ per corp⁹ gessit: siue bonorum siue malorum.

3 Extremum & vniuersale dei iudicium: vniuersorum resurrectionem sequuturum.

Huius propositionis rationem & intelligentiam: perfacile ex ipsius iudicis persona conticies. Vniuersale īquā iudicium: sequuturum vniuersorum resurrectionem. Nam sicut iudex Christ⁹ resurrexit ante iudiciū: ita & vniuersi ante iudicium resurgent. Et quemadmodum iudex apparebit integer & perfectus homo: ita & oportet eos qui iudicabuntur astare tremēdo eius tribunali: in tota & integra sua substantia: id est in homine integro / toto / perfecto: habitum animæ & corporis complectente. Quales enī vixerint in hoc mundo vniuersi: quales item fuerint cū aut virtutes aut vitia coluerint: tales aspectui & vultui sup̄mi iudicis: aut saluandi aut damnandi offerentur. Haud enim in illo iudicio iudicabitur anima extra corpus: vtpote quæ nequaq̄ extra corp⁹ aut virtutes aut vitia sectata sit. Iudicabitur autem in corpore: in quo etiam aut lucida virtutum præmia consequetur aut iuges vitiorū scelerumq̨ pœnas luet. Illico enim post iudicium: aut in cœlos cum corpore abscessura est anima: aut cum corpore in abyssum ruitura. Præcedet igitur instans resurrectionis vniuersorum: eam horulam qua tremēdus iudex deus & homo omnem animam iudicaturus: reuelabitur in sede maiestatis suæ in conspectu vniuersę creaturę.

Dæmones ab origine mundi: statim post suum peccatum damnatos quidē esse & præcipites actos e cœlis: nondum tamen in extremam abyssum relegatos esse. 4

Hæc fere in præcedente libro terminata est. Nam diximus ibi: mortis hoc est Sathanæ cūctorumve dæmonum duplex esse peccatum / duplicemq̨ ruinam. Primum enim dæmonū peccatum: illos e cœlis in sensibilem mūdum præcipites egit. Secundum vero eorum peccatum scilicet humani generis seductio: illos demū in extremo iudicio sistet: & omni potestate spoliabit: exturbans eos e sensibili mundo ī abyssum: simul addēs pœnas æternaq̨ supplicia. Primus dæmonū lapsus illos dūtaxat cœlesti æthereave mansione priuauit: sublataq̨ potestate illuc vnde exciderant remeandi. Non autem illos exuit sensibilis mundi principatu neq̨ in abysso cōclusit: neq̨ p̄sentibus pœnis & suppliciis mulctauit. Permissi enim sunt libere vagari per sensibilem mundum: commorari in eius elementis: seducere humanum genus: dominari interim hominibus & omni sensibili creaturæ: quam vna cum homine / in suā potestatem vendicarunt. Appellari etiam prīcipes huius mundi: atq̨ vt plurimū aduersari deo & electis ei⁹: vnde & Sathanę id est aduersarii nomen emersit.

Nullam esse: vt trismegisto Mercurio placet: sensibilis huius mundi partem 5

dæmonum præsentia destitutam.

Id enĩ iisdẽ prorsus verbis Mercuri[9] trismegistus in libro de potestate & sapientia dei refert: cuius etiam assertioni magorum astipulatur opinio. Hi enim dęmonum imperia dispertiuntur in quatuor vẽtos & plagas mũdi: oriẽtem meridiem occidentem & septemtrionem: singulas plagas singulis quos imperatores vocant tribuẽtes. His quoq; ipsas quatuor elementorum regiones assignãt: alios in igne/alios in aere/alios in aqua/alios in terra cõmorari dicentes. Si hæc igitur vera sunt: misera profecto est mortalium hominũ conditio. vt q̃ vndecũq; spiritalium & inuisibilium hostium turmis ac nequissimis cohortib[9] obsidenť. Seu quorum propria & naturalis regio vt sensibilis mundus (hunc enim propter hominis mãsionem creauit deus) ab apostaticis spiritibus qui e cœlo ruerunt: per omnes sui partes possidetur/corrumpiť/inquietatur.

6 In nullo elemẽto tutam esse hominum
habitationem: ab occultis dæmonum
insidiis.

Si enĩ omnes sensibiles creaturæ habitant ĩ his quatuor elemẽtis: manifestum est pmixtã esse habitationem dæmonum/cum omni sensibili creatura & cum ipso mortalium genere. In quo itaq; elemẽto/in qua cœli plaga & parte mundi/erit mortalis homo sub cœlo tutus ab occultis dæmonũ insidiis? Quo confugiet vt dæmonum laqueos & tendicula caueat ac prudenter effugiat? In terra enim sunt/in mari/in aere/in igne. Hi oriẽtem obtinuere: simul quoq; meridiem occidentem & septemtrionem occupauere. Si descenderit homo in infernum ibi adsunt. Si vero sumpserit pennas diluculo & habitauerit in extremis maris: ibidẽ eorum hostilitates offendet. Si elongauerit fugiens & manserit in solitudine vt ibi tutus requiescat: nec in eo quoq; loco ab eorum pauoribus & improbis insultib[9] euadet immunis. Si autem ascenderit homo in cœlum: ibi demũ ab eorum timore requiescet. Nullus enĩ dęmonum post peccatũ suum superstes in cœlo resedit: sed confestim omnis eorum cohors & ipsa turma in mundi huius elementa ruit.

Dæmones in die vniuersalis iudicii: tri 7
bunali iudicis sisti oportere: vt cum ho
minibus iudicentur.

Dæmones vt prius diximus/damnati quidem sunt ab origine mundi illico post peccatum suum: & proiecti e cœlis in æternum. Verũtamen hac prima damnatione & simplici e cœlis pcipitio: nondum clausi sunt in abysso nondum exuti omni potestate & principatu/nondum extremis penis adiudicati. Oportet igitur eos in die vniuersali iudicii assistere tribunali iudicis: vt omnis illa impia cohors quæ præcipitata primum e cœlis est: e sensibili quoq; mundo præcipitetur tuatq; in ima immensæ & interminæ abyssi. Tunc vero pax & securitas perpetua orietur sub nouis cœlis & elementis quæ instaurabit deus. eritq; genus mortalium non minus securum: q̃ genus angelicum apud deum. Nulla enim apud deum hostilitas conuersatur. Nulla insidiosa & inimica deo potestas ęthercam illam felicemq; regionẽ vllo impetu aut violentia quatiť. in qua pares angelis homines futuri sunt.

Supremum dei iudicium: venturum es 8
se per ignem.

Supremum dei iudicium: est id de quo in p̃senti libro intendimus. Id enim consummabitur per ignem: qui & cœlos p̃sentes & quatuor elementa & omne materiale opus exuret: cuncta (vt ait Esdras) redigens in antiquum silentium. Sicut enim priora & particularia dei iudicia vt diluuialis mundi expiatio spectant ad repurgationẽ præsentis sæculi ab iniquis hominibus: ita & hoc supmum iudicium/mundi huius consummationem & omnium sensibilium rerum interitum exequetur. Superfuit Noe cum filiis primo iudicio seu cataclismo Superfuerunt nõnulli: q̃ plurimis aliis isignibus mundi pressuris: vt pestibus bellis & sterilitatib[9] terrę. At iudicium per ignem cunctos corripiet humanisq; generationibus terminum imponet.

Omnem iram dei vltionem atq; iudici 9
um pcursoribus Antichristis sup hũa
num genus concitari.

Omnis dei aduerſarius & qui cõtraria deo operaſ: Antichriſtus eſt. Quotquot igitur diuina ſunt iudicia: totidem ſcrutare Antichriſtos / diuinorũ huiuſmodi iudiciorũ præcurſores, per quos diuiā ira & peccatorũ iuſta vltio: ſuper humanum genus concitetur. Nā priuſ q̄ diluuiales vndę mundo exitioſę ſtagnarent: cuncti gigantes ex morum peruerſione cõuerſi erāt in Antichriſtos: vtpote cõtēptorẹs religionis & deorum. Et vſq; adeo inualuerat eorꝫ malitia coram deo: vt pene dæmonibus quib⁹ obtemperabāt ſceleſtiores apparerent. Vt igitur Antichriſti e medio tollerentur: primum dei iudicium introductum eſt / & concitata eſt per aquas prima dei vltio atq; ira: ſuper humanum genus. Si autem Apocalipſi & pleriſq; libris credimus: alii etiam ſunt vēturi Antichriſti: eorum quæ ſuperſunt diuinorum iudiciorum: præcurſores.

10 Ante vniuerſale dei iudiciũ: quod erit per ignem: venturum Antichriſtum.

Supremus ac nouiſſimus Antichriſtus lõge inſignis & imanis dei hoſtis: erit iuxta ſcripturam rex Gog & Magog. in cuius corpore inhabitans antiquus hoſtis diabolus: ſeducet per eum omnes gentes quæ erũt ſuper quatuor angulos terræ. & congregabit eas in p̄lium aduerſum ſanctā ciuitatem & electos dei. Hic autem cum omni ſuo exercitu īterficietur ab illo filio hominis: quem vidit Eſdras in viſione ſpiritu oris ſui emittentem ignem. & interficientem immenſam illam multitudinem: quę aduerſum eum pugnatura conuenerat. Hoc autem cũ omni ſuo exercitu virtute dei ſublato atq; perempto: mox per ignem ſuprema dei ira excandeſcet: omnem exterminans creaturam: vt cœlum elementa & omnem elementorum plenitudinem. Huic vero exterminationi omnium creaturarum: vniuerſale ſupremũ q; dei iudicium illico ſuccedet.

Quid ſit Antichriſtus exponere.

11 Hæc arduum aliquod expoſtular. Nam q̄ pluriẹ ſunt ratiões Antichriſti. Antchriſt⁹ eñ eſt in primis viuens idolum mundi. Eſt peccatum populi dei. Eſt filius diaboli. Eſt vita / exaltatio / ſumma apparitio / & cõſummatio totius peccari. Eſt deus apparens & non exiſtens. Eſt velum poſitum ante oculos Hebræorum: quo prohibentur agnoſcere & intueri deum ſuũ. quo q̄dem velamine amoto: verus de⁹ & Chriſtus eius illis apparebit. Eſt fornicatio gentiũ omnium: a deo viuo & vero. Eſt coadunatio omnis peccari in vna perſona: vt in vnius perſonæ interitu omne peccatum palam intereat atq; deleatur. Eſt hoſtia maledictionis / in quā vniuerſorum peccata ac maledicta congerentur: & quæ in ęternę perditionis deſertũ mittetur. Eſt nubes erroris in oculis Hebræorum quæ poſt q̄ ſublata fuerit: aperientur oculi eorum & intelligent veritatem: recurrrentq; ad deum patrum ſuorum. qui paterna miſeratione ſuper eos flectetur: ſibiq; iterum illos conciliabit.

Antichriſtum ex oppoſitiõe Chriſti dinoſcendum eſſe. 12

Profecto qui noſcere cupit Antichriſtum: debet ī primis noſſe Chriſtum. Nam antichriſtus nominis ſui ratione: diffinitur vt Chriſto contrarius. Atqui contraria contrariis dinoſcuntur: & quicunq; cognouerit contrarium vnum: perfacile cognoſcet & reliquũ. Ex agnitione igitur Chriſti: ſcrutare & intellige quid antichriſtus ſit. Nondum tamen veraciter q̄d eſt Chriſtus & q̄ mundo hunc neceſſarius ſit: cognouerunt mortales quoad apparuerit antichriſtus. Quemadmodum nullus etiam perfecte ac ſyncęre nouit pretiũ libertatis: quoad illud ex contraria & iniucunda captiuitate didicerit. Lucis neceſſitatem & naturam diſcimus ex tenebris. Qui enim ex immenſi erroris (quē prius imbibere) pelago feliciter ad veritatem reſpirāt: hi poſtea impenſius ipſam veritatem amant: q̄ hi qui nũq̄ ipſas erroris tenebras prægustarunt. Quamobrem poſt mortē Antichriſti: ab omnib⁹ agnoſcetur Chriſtus. Amorq; itē dei & vnius dei cultus: in hominib⁹ multo amplius feruebit. Totis votis ac impēſiſſimis ſtudiis: vniuerſi diuinis obſequiis ſeſe dedent. Nā per interitũ Antichriſti ſublatis e mundo tenebris: lux Chriſti & claritas dei hominum mentes illuſtrabit: cõciliabitq; omne hominũ gen⁹

super terram:in ouili vno & pastore vno.

13 Christum & Antichristum adinuicem vi cuiusdam oppositæ similitudinis cõferre.

Ex præcedente q̃plurimæ rationes habentur Antichristi: quibus haud magni laboris est cognoscere quomodo hic ad Christũ se habeat. Nam quod est Christus secundum veritatem: hoc erit Antichristus secundum apparentiam & proprium mẽdacium. Mentietur enim se Christum dei esse: & non mõ vt Christus haberi volet: sed etiam vt deus coli. Sedebit enim vt ait apostolus in templo dei: ostendens se tanq̃ sit deus. Christ⁹ & verus de⁹ erat & verus Messias. Hic autem seipsum & deũ & Messiam esse confinget. Christus veniẽs in nomine dei: repulsus est a populo & velut seductor occisus. Antichristus autem veniet in virtute diaboli seductor populi: qui tamen vt Christus & promissus Messias secundum tẽpus a populo recipietur. Decept⁹ Israel/Christũ verũ saluatorẽ: sub seductoris specie interfecit. Qui denuo elusus: Antichristum seductorem saluatoris nomine recipiet illiq; adhærebit.

14 Christum esse vitam populi repulsam & iterfectam a populo. Antichristum vero mortem esse populi: a populo secundum tempus sub vitę specie recipiendam.

Israel interficiens Christum: occidit vitam suam & animam. Qui rursum viuificans Antichristum: viuificabit mortem illãq; supra se extollet. Christus oblatum sibi ab hebræis regnum/propria voluntate abiecit: seq; exinaniuit vt regnum a patre reciperet æternum. Antichristus vero oblatum sibi ab hominibus regnum acceptabit: cuius ideo regnum erit secundum hominum voluntatem non autẽ iuxta voluntatem dei. Christus sponte humiliauit seipsum vt viuificaret omnes. Antichrist⁹ exaltabit seipsum: vt cunctis imperet & perdat vniuersos. Christus humiliatus a seipso: exaltatus est a deo. Antichrist⁹ exaltatus a seipso: humiliabitur a deo. Christus ab hominibus interemptus est & suscitatus a deo. Antichristus vero viuificabitur id est honorabitur ab hominibus: & interficietur a deo. Reprobauerunt homines Christum: quem elegit deus. Eligent homines Antichristum: quem de⁹ reprobaturus est.

15 Abiectionẽ Christi & electionem Antichristi a populo: æqua esse & excellentissima hominum peccata ipsum peccatum euacuantia.

In morte Christi summe & excellenter peccauit Israel. Qui rursum in electione & susceptione Antichristi excellenter peccaturus est. Christi mors populum in terras gentium dispersit. Antichristi vero superbia spes & cõfidentia inanis: populum e terris gẽtium in terram propriam reducet. Vnde fit vt rite considerata Christi & Antichristi opposita similitudine: dici queat Israel mortu⁹ esse sub Christo & surrecturus sub Antichristo. Nam tempore Christi mortuus est Israel: vt qui spoliatus ẽ regno & sancta ciuitate eq; terra sua dispersus in terras gentium. Qui demum tempore Antichristi (vt plurimi volunt) e terris gentium cõgregabitur & reuertetur in terrã suam spe & pollicitatione Antichristi delus⁹: quem vt suum Messiam & orbis regem adorabit. Interfecto vero Antichristo deus miserebitur Israelis: illiq; & terram patrũ suorũ & sanctam ciuitatem restituet & tãdem ad veritatis cognitionem perducet.

16 Oppositam similitudinem inter Christum & Antichristũ absoluere.

Mors Christi Israelem eiecit e terra sua. Vita vero & exaltatio Antichristi eundem in terram suam reducet. Sed sicut mortem Christi sequuta est confestim æterna resurrectio eiusdem: ita & vitam siue elationem Antichristi/sequetur paulopost æterna eius mors atq; ruina. Sicut Christ⁹ humiliatus ẽ vsq; in infernũ ita & exaltatus Antichristus in templo dei & in monte testamenti sedebit: ostendẽs seipsum tanq̃ sit deus. Per mortem Christi: ita dei sup

Israelē incubuit. Per mortē vero Antichristi: eadē ita cessabit & conciliabitur Israel deo. Sicut Christum electum a deo/interfecit Israel: ita & susceptum/electū/approbatū ab Israele pro Christo Antichristum/de⁹ interficiet. Iratus est deus populo suo: post necē Christi sui. Conciliabitur eidem post necem Antichristi. Plures aūt Christi & Antichristi comparationes: vniuscuiusq; solertia perfacile disquiret.


17 Rursum hęc quatuor Deum Sathanā Christum & Antichristum: quo ad genus humanum adinuicem conferre.

Deus & creator est & naturalis domin⁹ humani generis: eiusq; saluator per Christū. Sathanas autē creator non est humani generis: ex hominum tamen peccato vsurpatori⁹ hui⁹ mundi princeps & temporalis hominū dominus euasit. Habitare voluit deus in vno homine vt saluaret humanū gen⁹. Habitabit & Sathanas in hoīe vno: vt humanum genus auocet a veritate. Deus est pater veritatis: Sathanas vero mendacii pater. Christus est fili⁹ dei: Antichristus filius erit diaboli. Pars hūani generis adhęrebit deo p Christū. Pars quoq; hominū p Antichristum Sathanæ consentiens ęternę dānatiōi subiacebit.


18 Deū & Sathanā velut inuisibilia & contraria extrema: visibiliter p Christi & Antichristi mediatū humano genere habitare aut salutis aut perditionis eius causa.

Humiliauit eñ deus filiū suum Christum in quo habitauit: vt saluaret omnes. Exaltabit diabolus filiū suū Antichristum in quo habitabit: vt perdat vniuersos. Quicūq; cū Christo humiliati fuerint: viuēt. Quicūq; vero cū Antichristo exaltati/peribunt. Christus ascendens ab Inferis: multos extulit in altum. Antichrist⁹ corruens ab excelso & mōte testamenti: plurimos secum pertrahet in abyssum. Humilitas Christi exaltatio multorū est. Exaltatio vero Antichristi: multorū fiet deiectio & exitialis ruina. Christus mortuus/mortuos viuificauit. Antichristus viuēs: viuētes occidet. Christ⁹ separatos a deo ad deū cōuertit: illiq; cōiūxit. Antichristus nōnullos electorū deo adhærentes: seducere & a deo separare tentabit. Et vt oēm hanc cōparationē paucis cōcludamus: p Christum & Antichristum deus & Sathanas (tanq̄ extrema quædā natura inuisibilia) visibiliter cū humano genere cōuersati: illud oē in salutē & perditionē dispartiunt. Pars eñ hūani generis p Christū dei fiet: pars vero in Sathanę ditionem per Antichristum concedet.

Ratiōes dei & Sathanæ: Christi & Antichristi in logicalium oppositionū modos resoluere. 19



Si dei & Sathanæ Christi & Antichristi comparationes cupis in logicalium oppositionũ modos resoluere: statue in primis inter deũ & Sathanã oppositionẽ contrariorum tanq̃ vniuersalium. Inter vero Christũ & Antichristum oppositionem subcõtrariorum. Inter autẽ deũ & Antichristum & inter Sathanam & Christũ contradictoriã oppositionẽ inscribito. Nam humanum genus vt cõferetur extremis deo & Sathanæ: vniuersaliter sub affirmatione & negatiõe ad ea enunciatᷓ. Fuit enĩ aliquã do verum dicere: omne humanũ gen⁹ esse dei: vt pri⁹ q̃ peccassent protoplasti. Postea vero nihil humani generis esse dei: sed omnia



Sathanæ esse. vt a tẽpore peccati Adę vsq̧ ad incarnationem Christi aut natiuitatẽ Marię. Nam nullus antea homo natus est absq̧ originali peccato: per quod oĩs homo alienus erat a deo & subiectus diabolo. Est igitᷓ vera inter deũ & Sathanã cõtrarioꝝ hoc est vniuersaliũ affirmatiuorum & negatiuorum oppositio. At inter Christũ & Antichristũ oppositio est subcontrariorũ: qualis inter quidam & quidã non. Nam per Christum aliquis homo est dei. Et per Antichristum aliquis non dei. Et rursum per Antichristũ aliquis est Sathanæ: & p Christum aliquis non Sathanæ.

20 Ex his oppositionib⁹: oppositas in humano genere propositiones inferre.

In primis peccatum Adæ subuertit huius veritatem Omnis homo est dei: verificãs eius cõtrariam Nullus est homo dei. Natiuitas vero Christi hãc destruxit: Null⁹ hõ est dei: dans huic eius contradictoriæ veritatẽ Aliquis homo est dei. Natiuitas autem Antichristi hui⁹ certissimam astruet veritatem: Aliquis homo non est dei. Sicut enim Christus omni virtuti paruit: ita & Antichristus omni vitio & iniquitati subiacebit. Quapropter merito huic a sacris scripturis filii perditionis & ĩiquitatis nomen ascribitur. Monstrauimus itaq̧ quo pacto adinuicem se habeant hęc quatuor: Deus Sathanas: Christus: Antichristus.

Per Christũ: Israelẽ vt conuerteretᷓ ad deũ: auersum eẽ a deo. & denuo p Antichristũ: vt auertatᷓ: ad deũ cõuertendũ. 21

Christus venerat missus a patre: vt conuerteret Israelem ad deum. Et tamen Israel poti⁹ auersus ẽ a deo: q̃ conuersus ad deum. Veniet autem Antichristus contra: vt Israelem seducat: auertatq̧ a deo. Et tamen tempore Antichristi Israel ad deum conuertetur. Venerat Christus vt viuificaret populum & non vixit populus in eo: sed mortuus est & dispersus in gentes. Veniet Antichristus vt perdat gregẽ dei: & tamen sub eo grex & ouile dei viuifica-

bitur. Venerat Christus filiꝰ pacis: vt leniret auferretq; patris sui irã ab Israel: & tamen per Christũ maior dei ira q̃ priꝰ/super populum incubuit. Veniet aũt Antichristꝰ iræ filiꝰ: irã dei prouocaturus in populũ. sub quo tamẽ ira dei auferetur a populo: cui placabit̃ & recõciliabitur deus. Hæsitabit ergo forte aliquis: Christum inutilẽ & exitiosum populo dei fuisse. Antichristum vero fore eidẽ plebi vtilẽ atq; salutarẽ. quippe cũ sub Christo mortuus sit & dispersus populus: qui sub Antichristo cõuertetur/colligetur/& reuiuiscet. Ad hęc dicimꝰ: Christum solum: populo dei & vtilẽ & salutarem esse. Antichristum vero eidem inutilẽ & perniciosum fore. Nam q; per Christum nõ vixerit Israel sed auersus sit a deo prædicatione & morte Christi: hoc ipsi Christo nequaq̃ est imputandum: sed aut ignorantiæ aut malitię populi: qui suum saluatorem ignorauit: negauit: īterfecit. Et rursum q; sub Antichristo populus ad deũ cõuertetur: id nequaq̃ est impingendum merito Antichristi: sed soli diuinę bonitati: quæ miserta populi iamiam in extremã perniciẽ per Antichristum ruentis: & Antichristum se Christum esse mẽtiẽtem occidet: & seductum ab eo populum: ad veritatis viam & sui notitiam perducet.

22 Christum saluatorẽ: sub seductoris specie a populo interfectum: Antichristũ vero seductorem sub saluatoris specie: ab eodem recipiendum.

Christus secundum veritatẽ saluator erat populi. qui tamen existimatione seductor creditus est: & sub noĩe ac specie seductoris cũ iniquis deputatus atq; interemptus. Antichristus vero iuxta rei veritatẽ seductor adueniet: quem tamẽ populi existimatio vt saluatorem & verũ Messiam regem gratulanter excipiet. Christus igitur & saluator est & vt seductor. Saluator qdem secundũ deũ & veritatẽ: vt seductor vero secundum falsum Israelitarũ iudicium. Antichristus quoq; & saluatoris & seductoris nomen habebit. Erit enim veraciter seductor: quẽ hominũ ignorantia vt saluatorẽ adorabit. Christus: & Christus est & Antichristus. Christus in veritate: Antichristꝰ decepti Israelis iudicio. Antichristꝰ vero: & Christus erit & Antichristus. Christus qdem apparens iuxta Israelis errorẽ & ignorantiã. Antichristus vero existens iuxta dei (q corda scrutatur) iudicium.

Auersionẽ Israelis sub Christo: nequaq̃ ipsi Christo esse imputandam. Conuersionem quoq; Israelis sub Antichristo: haudquaq̃ ipsi Antichristo eẽ ascribendam. 23

Peccatũ enim auersiõis Israelis sub Christo: nequaq̃ ipsi Christo sed populo est impingendum. Meritum quoq; cõuersionis Israelis sub Antichristo: nequaq̃ ipsi Antichristo: sed soli deo erit ascribẽdũ. Voca eñ Iesũ Christũ dei qui perfecit voluntatẽ dei & nõ volũtatem hominũ. Antichristum vero appella ex opposito Christũ hoĩm: qui sit secundũ hoĩm voluntatem & non iuxta cor ac volũtatẽ dei. Quia Christum dei homines occiderũt: opus est vt viceuersa Christus hominũ voluntate dei occidatur. quoquidem interempto placatus erit deus populo suo: & miserebitur eius qui abiectus est. Et sicut Christus dei ab hominibꝰ palam interemptus est: ita & oportet Christũ hominũ aduersariũ dei publice necari. Et in qua regione Christus verus occubuit: in eadem & Christus simulatus occumbet.

Casum ruinam & interitum Antichristi: per solaris deliquii similitudinem cõcludere. 24

Percontãti quid fiet percusso ac deiecto Antichristo: respondendum est id illico venturum quod fieri solet in eclipsi solis. Nam luna interstes inter solem & mortalium oculos: secundum tempꝰ solis aspectum ab oculis hominum adimit. Vbi vero luna ab ipsius solis & nostrorum oculorum diametro dimouetur: euestigio synoerus & immaculatus sol vt prius serenissimum iubar oculis hominum infundit seq; visibilem præstat. Ita profecto fiet in oculis Israelitarum/sursum intuentibus ac spectantibus regem Antichristum tan

q̃ deum. Nam pſentia Antichriſti & exaltatio eiuſdē erit vt luna īter deū ſolē & oculos Iſraelis: ne hi deū verū ſpectare & agnoſcere queāt. Amoto vero ac pcipitato Antichriſto: confeſtim diuina miſericordia ſuæ lucis radios in ſublimes & ſurſum adhuc ītuētes Iſraelis oculos immittet: verāq; & indubitatā ſui notitiam Iſraeliticæ menti clementer infundet.

25 Priuſq̃ diuin9 ſol Iſraelis oculū ad ſeipſum cōuertat: eiq; palā ſuffulgeat: oportere Antichriſti eclipſim reuelari.

Priuſq̃ diuinus ſol ſurſum Iſraelis oculis nudus pelluceat: opus eſt vt reueleẗ & appareat Antichriſti eclypſis, quā ſuamet virtute repurgabit deus: atq; ex toto e medio ſummouebit: vt ab oculo Iſraelis denuo vti eſt cernaẗ. De9 eñ eſt vt verus ſol. Antichriſtus vt luna. Iſrael vero vt oculus eſt. Antichriſti aūt inter deū & Iſraelē exaltatio: erit tēporalis eclipſis dei ſuper Iſrael: quā deſtruet de9 itam Iſraelis repurgans oculum: q̃ lucis ſuę copiam illi reddens atq; infundens.

26 Antichriſtū eſſe vt viuēs idolū mūdi: in cuius morte comminuuntur omnia regna terrę vt regnū dei ſolū ſuperſit.

Idolum mūdi ignorantia eſt dei veri: q̃ graſſata eſt in vniuerſo orbe: tā in quā in ipſo Iſraele q̃ in nationibus gentiū. Adorauit idolū mūdi (qđ Nabuchodonoſori p ſomniū innotuit) omnis natio q̃ ſub coelo eſt: illiq; genu flexit & incēſum adoleuit. Coluit omnis fere homo p deo: aurū/argentū/æs & ferrū: in quibus nō eſt ſpiritus vitę: nec aliquid diuinitatis. Hęc metalla diffuſa ſunt in oīa regna mundi: ſubiecerūtq; oēm terrā. in qua ſenſim cōflatū eſt idolum mundi: cuius vmbra verū deū texit: & a mortaliū oculis ſeparauit. Nā q̃diu ſtetit idolum mūdi ſublime/ſummo fere vertice coelū cōtingens: diuinus ſol eclipſim pֿpeſſus ſyncærum ſuum lumen humanis oculis infundere nō potuit: cūctiq; mortales in latiſſima huiuſmodi idoli vmbra ſepulti latuere. Permittet igiẗ in nouiſſimis diebus deus: vt hoc mundi idolum vitā ſpiritūq; recipiat in vno homine qui erit vt viuens idolū: in quo conſummabiẗ atq; implebitur omnis hominis a deo viuo & vero fornicatio: & idololatria coepta ab origine mundi.

Antichriſtū in vniuerſo mūdo: permiſſiōe dei ſecūdū breue tēpus regnaturū. 27

Nam quēadmodum idolū mūdi (vt pri9 docuim9) fabricatū eſt in omni parte & regione huius mundi: ita & Antichriſtū coniiciūt omnes vniuerſi orbis tēporalē regem permiſſione dei futurum. Legimus aūt in Daniele pֿpheta idolū mundi cōminutum fuiſſe ab illo lapide (qui Chriſtus eſt) abſciſſo de mōte ſine manib9. qui pcuſſit ſtatuā in pedibus eius ferreis & fictilib9: & cōminuit omnia eius metalla: aurum/argentum/æs/& ferrum. quod profecto ſignat Antichriſtum publice interimendum a deo: & pręcipitandum (vt etiā q̃plurimi volunt) e monte teſtamenti: in quo præparauerit ſibi thronū: vt ibi a cunctis gentib9 velut deus adoretur. In morte vero & ruina Antichriſti: comminuentur omnia hęc metalla: q̃ ſunt regna mundi Antichriſto ſubiecta: & exterminabitur a terra omnis idololatria mūdi: ſeu veri viuentiſq; dei ignoratio.

Antichriſtū fore vt viuentē mortē: quā deus qui eſt vita viuens: expugnabit atq; interimet. 28

Quēadmodū per Chriſtum magis complacuit deo habitare in templo carneo & viuente q̃ in templo mortuo id eſt lapideo aut ligneo manufacto: ita & per Antichriſtum magis placebit deo in viuente & carneo idolo debellare omnem ignorantiam mundi: & dęmoniorum falſorumq; deorum euacuare culturam: q̃ in idolo emortuo lapideo aut ligneo manufacto. Præclarius eſt enim vitæ duellum expugnare viuentem mortem: q̃ mortem infirmam atq; emortuam. At vero idolum aureum (quale Nabuchodonoſor extruxit: ſexaginta cubitorum altitudinis) mors mortua eſt & infirma. Homo vero qui ſeipſum deum eſſe confinget: viuens mors erit: in qua matureſcet omnis Sathanæ virtus: aduerſum deum & ſanctos eius. quam ideo præclariore & illuſtri

ore longe duello:vita viuēs expugnabit. Erit em̄ Antichristus vita & exaltatio mortis.quę p Antichristū exaltabit in mōte testamēti dei: peruenietq; ad culmen imperii & principatū huius mundi. Cū aūt mors ad hūc modū fuerit exaltata vsq; in summū:tū p̄cipitabit a deo qui est vita viuēs & corruet in sempiternum. Oīs em̄ virtus cū ad summū & apicē suū pducitur illico lassescit: deficit:terminat. Est igit haud imerito Antichristꝰ mors & idololatria viuēs: seu viuēs idolū mūdi:& maturitas oīs neqtię:& exaltatio totiꝰ peccati:& principatꝰ huius mundi:q̄ oia per necē Antichristi cōminuent a deo ac funditus e medio tollentur.

Necē & mortē Antichristi futurā velut quādā satisfactionē mortis Christi.

Nā sicut Christꝰ filiꝰ ē dei:ita & Antichristꝰ filiꝰ erit diaboli. Filiꝰ aūt dei manibꝰ iudęorꝫ ī terfectus ē a Sathana. Filiꝰ vero Sathanę iterficietur a deo. Mors em̄ Christi haud ab re īputat Sathanę:qui illā humanis manibꝰ exequutus est. Nā peccatū omne qd̄ patrat homo:merito Sathanę impingit tanq̄ authori totiꝰ peccati:a quo oē malū tā ī dęmones q̄ in homines effluxit. Luet ergo mors filii/mortē filii. Mors inquā filii tenebrarū/mortē filii lucis. Et filius p filio dabit in cōpensationem: id est pro Christo Antichristus reus fiet.

In Christo & Antichristo:diuię & hūanę voluntatū cōtrarietatē relucere.

Voca em̄ IESVM (qui saluator bonꝰ est & totius vitę author) Christum simpliciter siue Christū dei. Antichristū vero ex opposito dic esse Christū apparētē siue hoīm Christū. vt q nascet secundum hoīm voluntatē:diuinę voluntati aduersaturꝰ. Et in his probabis aliam esse dei & aliā hoīm voluntatē. Has quoq; voluntates ex peccato hoīm cōtrarias esse. quandoquidem diuina volūtas stabilis sit & immutabilis a bono. Humana aūt voluntas p peccatū īstabilis effecta est & a bono alienata. Quia igitur Christum dei homines repulerunt: eo modo Christū hominum abiecturus est deus. Noluerunt em̄ hoies diuinę acquiescere volūtati nec recipere Christū dei. Nolet quoq; deꝰ humanā facere volūtatē:aut consentire Christo secundū hominū volūtatē/electo id est Antichristo. Diuina voluntas/in Christo apparuit. Humana vero oīs voluntas diuinæ contraria:erit in Antichristo. Sicut ergo mortua est in Christo diuina voluntas ab hominibus cæsa: ita & humana voluntas diuinæ conformis in Christo reuixit quæ in Antichristo/nequaq̄ resurget.

Per mortem & destructionē hūanę voluntatis in Antichristo: oēm deinceps humanam voluntatem diuinæ voluntati conformādā & parem euasuram. 31

Volens deus eandē esse suā & hominū voluntatē:permisit in primis suę voluntati contradici:vt & ipse postea in iudicio humanę volūtati repugnaret. Nā mors diuinę volūtatis: peperit iustā mortē hūanę volūtatis. Humiliata est in primis diuina volūtas in Christo:quę exaltari debuit. Postea vero opus est in cōpensationē huius:humiliari humanā volūtatem: q̄ iniuste per Antichristum seipsam exaltabit. Vult enim deus eandem esse & suam & hominum voluntatem. At vero nequit eadem esse dei & hominum voluntas:nisi humanę in primis voluntatis superbia omnis & elatio emoriatur/vt diuina in hominibus regnet. Non autem potuit in iustitia & iudicio humana primi voluntas:nisi prius diuinæ volūtati cōtradiceret. Mors igitur & contradictio diuinę voluntatis:peremptio quędam est hūanę volūtatis: & in hominibus diuinę voluntatis origo.

Permisisse deum exterminari in primis Christū suū:vt Christus hoīm exterminaretur:& vt Christo suo p æternū regnum omnia subderentur. 32

Si em̄ deꝰ in primis ppessus est fieri hoīm voluntatē:iustū est vt postea ab hoībus fiat id qd̄ deus vult. Sicut hoīm volūtas regnauit ī deo p mortē Christi:ita & diuinā volūtatem oporret regnare in hoībus p mortem Antichristi. Volēs deꝰ eūdē esse Christū suū & Christū hominū:pmisit priꝰ Christū suū ab hoībus cędi: vt & postea Christꝰ hoīз iuste ab eo īterimeret

Vbi em̃ fuerit Christus hoim sublatus e medio: restituet deus hoibus suum Christũ. qui erit omnia in omnibus: quiq; rex ætern⁹ a deo super omnia constituetur. Erit em̃ inęternum idem Christus dei & Christus hoim. Eadẽ dei voluntas & hominum voluntas.

33 Haud posse Christum dei: regnare cũ Christo hominum: nec diuinam voluntatem adimpleri cum humana volũtate a deo separata & corrupta.

Nam Christus hominũ contrarius est Christo dei: & humana a deo separata voluntas inobediens diuinæ voluntati. Quo igitur modo queat Christus hominũ viuere & regnare cũ Christo dei: aut volũtas hominũ adimpleri cũ dei voluntate! Haud enĩ potuit Dauid regnare cum Saule: nec filius ancillæ Ismael hæres esse cum Isaac filio liberę: nec caro regnare cũ spiritu. Cõiiciẽdus est autem Christ⁹ hoim per Saulẽ & Ismaelẽ: Christus vero dei ex Dauid & Isaac. Regnũ hoim imperium carnis est. Regnũ vero dei spiritussancti dominiũ. Sublatus est Saul vastus corpore: qui diuinam volũtatem non fecit: vt regnaret Dauid paruulus & decor⁹ aspectu vir elect⁹ secũdũ cor dei. Eiectus ẽ Ismael vt Isaac hęreditatẽ acciperet. Repulsus est & reprobatus Esau ꝓpter Iacob. Antichristus quoq; propter Christum eiicietur. & euacuabitur humana voluntas a voluntate dei. & regnum carnis seu imperium hominum a dominio spiritussancti: & ab ipso regno dei: quod stabit inęternum.

34 Inter Christũ & Antichristum: pro tẽpore futurã compẽsationẽ ęternitatis.

Nã Christi mors tẽporaria vt triduana fuit. Eius aũt regnũ erit ęternũ. Antichristi quoq; regnũ tẽporariũ erit: cui⁹ exterminatio ac deiectio futura est ęterna. Fiet igiť inter Christũ & Antichristũ: ꝑ tempore ęternitatis compẽsatio. Quia em̃ voluntatẽ dei secũdũ tẽpus homines postergarint: e diuerso hominũ volũtas ęterne cõculcabitur a deo & nõ fiet inæternũ. Nã hũana omnis volũtas: vna cũ Antichristo & tẽporaliter extolleť & inęternũ corruẽs exterminabiť. Post em̃ tẽpora Antichristi hũana volũtas iam nõ humana: sed diuina diceť. Nã reconciliata hoibus ꝑ Christũ placataq; diuinitas: ea q̃q; hoies petierint illis benigne clemẽterq; annuet. iisq; iã nõ vt seruis sed vt filiis & liberis: cęlestia cuncta munera ꝓuide impartieť.

Deũ magis hominum vltimogenita q̃ primogenita elegisse. 35

Q; deus magis hoim filios vltimogenitos q̃ primogenitos elegerit: id crebertia indicãt sacrarũ scripturarũ testimonia. Elegit em̃ de⁹ Abel: repulit Cain. Elegit Isaac: abiecit Ismaelẽ. Amauit Iacob: reprobauit Esau. Amauit Ioseph plusq̃ cęteros patriarchas. Elegit Phares reprobauit Zaran. Hic em̃ Zaran secũdũ hũanę volũtatis (vt obstetricis) iudiciũ prim⁹ erat nascitur⁹. Nã ꝓtẽderat manũ ex vtero matris in qua (tãq̃ primũ nascituro) obstetrix alligauit coccinũ dicens. Iste egredietur prior. Quo tñ retrahente manũ egressus est alter: quẽ appellauit Phares dicens. Quare ꝓpter te diuisa est maceria! Id aũt nõ est factũ absq; mysterio. Signat em̃ humanã volũtatẽ reprobari a deo: vt diuina volũtas oriať. & aliũ esse dilectũ hominũ: aliũ dilectũ dei. Aliũ itẽ primogenitum hominum: aliũ dei primogenitũ. Nã & e filiis Ioseph Effrain potiusq̃ Manassem de⁹ elegit. E filiis quoq; Iesse elegit Dauid: qui inter octo fratres nouissimus & minimus erat. E filiis vero Dauid: Salomonẽ potiusq̃ primogenitum Adoniã dilexisse ꝓbať: & illi paternũ regnum ascripsisse. quod etiã (q̃q̃ inuidens) testat⁹ est Adonias dicẽs. A domino constitutum est ei.

Deũ nouissima & contemptibilia mũdi: magis q̃ sublimia & prima elegisse. 36

Scriptum est enim. Erũt nouissimi primi & primi nouissimi. Nam solet human⁹ amor eligere sua primogenita: iisq; terrenam ascribere hęreditatẽ qui primi tempore nascunť. Vt ergo diuina voluntas reprobaret humanã volũtatẽ: his cęlestẽ hęreditatẽ & benedictionẽ de⁹ elargiri voluit: quos terreni parentis volũtas exhęredabat terrenisq; diuitiis priuabat. Hũc enim deus eligit quem abiicit homo. Huic de⁹ vult esse coelestis parens ac verissimus pater: qui abiectus a terreno patre pupillus & orpha

nus manet. Eligit eñ deꝰ cōtēptibilia & despecta mundi: potiusq̄ nobilia & excelsa eiusdem Exaltat eos quos humiliat homo. Et deiicit eos quos homo extollit. Ditat inopes: diuites vero dimittit inanes.

7 Deum in electione vltimogenitorū filiorū hominū & reprobatione primogenitorum: ab imperfectis ad perfecta processisse.

Deus in electione vltimogenitorꝝ filiorꝝ hominū & reprobatione primogenitorꝝ: ꝓcessit ab imperfectis ad perfecta: permittens eos præcurrere quos non elegit: vt sequerētur ii quos elegit. Sicut enim tempus præsentis sæculi præcedere debet futuri sæculi ęuiternitatem: ita & filii huius mundi: debuerūt prænasci ante filios dei: & filii carnis eos antecedere: qui secundum deum & spiritū nascunť. Nā etiā & caro siue corpus hominis: priꝰ in matris vtero formať q̄ aīa ꝓcreeť. Etenī hominū primogeniti: sunt vt ꝓcurrens caro secūdū voluntatē parētū. Secūdi vero filii hoīm / sunt velut sequēs spiritꝰ: qui nasciť iuxta voluntatem dei.

Christū: & electū dei esse: & tamen illi congruere primogeniti nomen.

Creatus est a deo Adā oīm primꝰ. Attamē Christus & secundū naturā suę deitatis & secundū ꝓcognitionē ac prędestinationē suę humanitatis: lōge ipm̄ Adā antiquitate ꝓcellit. vtpote quē deꝰ secundū deitatē ante luciferū ex vtero ꝓgenuit: & secūdū humanitatē ante Adā ꝓcognouit ac prædestinauit. Nimirum igiť si Christꝰ tā vt deus q̄ vt homo: primogenitus est omnis creaturę. quippe qui priꝰ secūdū vtrāq; naturā extitit in diuina mente: q̄ sæcula formarenť. Est enim persona Christi finis oīs creaturæ. Finis autē solet primꝰ esse in intētione: licet vltimꝰ in exequutione & ope succedat. Nā & homo qui finis est cunctorꝝ sensibiliū: post oīa hęc visibilia originē accepit.

Confessionem seu receptionem Antichristi: summum eē peccatū: par negationi & neci Christi.

Par & idē fere est peccatū Christū negare: & confiteri Antichristū: voluntati dei obsistere: & humanæ voluntati assentire. Interficere vitam: & viuificare mortem. Nam Christꝰ vita est: Antichristus vero mors. Mors autem Christi: mors est vitę. Vita autem & exaltatio Antichristi: vita mortis est. Aequanť eñ adinuicem seq; cōsequunť: mors vitę & vita mortis / hūilitas Christi & exaltatio Antichristi.

Summa & ꝓcipua duo hominū peccata: in hoc sacro eloquio contineri. Ego veni in nomine patris mei: & nō me recepistis. Si alius venerit in nomine suo: illum recipietis. 40

Præcedens edocuit præcipua hoīm peccata adīuicē ęqualia eē scilicet negationē Christi & confessionem Antichristi. quę ambo in hoc sacro eloquio nequaq̄ supprimunť. Ego veni in nomine patris mei & non recepistis me. Si aliꝰ venerit in noīe suo: illū recipietis. Consequens est enī: vt is populus qui negauit Christū: confiteatur Antichristū. Et qui renuit suscipere Christū regē: eligat sibi regem Antichristum. Hæc igiť sunt paria / ꝓcipua / excellētia / & summe peccantia hominū peccata: quæ humanā speciem ꝓsertim Hebraicā gentē (peculiarem dei populum) concludunt in iudicio dei. Ab his enī peccatis exterminať varia spes meritorū & operū: superante solius diuinę gratię pro prorsus refugio: ꝑ quod maior homini in diuina bonitate: q̄ ī ꝓpria virtute adnasciť fiducia.

Diuini iudicii: cum Israelitico populo modum aperire. 41

Ex ꝓcedentibus manifestū est: deum habere iustam iudicii causam cum populo suo Israel: vt his verbis eum alloquatur: tanq̄ duplicis peccati reū conuincens. Popule meꝰ quid feci tibi: aut quid molestus fui tibi? Parasti crucem saluatori tuo. Seductori aūt tuo regnū donasti atq; obtulisti. Negasti saluatorē tuū: seductorē aūt & homicidā cōfessꝰ es: & illi credidisti. Vitā quā tibi gratis donauerā: abiecisti: repulisti: occidisti. ꝑegrinā vero & ignotā mortē a Sathana ad te missā: vitæ loco suscepisti. Bis occidisti temetipsum: primo quidem tuā vitā

id est Christũ interimẽs: deinde & alienã mortem id est Antichristum suscipiens. Fratrem tuũ filiũ meũ semẽ tuũ ignorasti & peremisti: alienigenã vero adulterũ ignotum peregrinũ diaboli filium cognouisti; & fornicatꝰ est cũ illo. Quid vis igit̃ vt faciã tibi? Hoc pacto iustũ dei iudiciũ cũ populo suo e duplici peccato elicitur. scilicet ex abnegatione Christi & ex confessione Antichristi.

42 Qualiter diuinũ cũ hoibus iudicium in diuinam militet gratiam: reserare.

Diuina eñi clementia post necẽ Antichristi miserta populi sui: mitissimis iterũ verbis populũ alloquetur dicens. Abiice popule meus adulterum hunc seductorem tuũ. Confringe antiqua idola tua: quæ in eo reuixerunt. Nega hunc quẽ confessus es: & conuertere ad me in toto corde tuo: & reddã tibi iustũ quẽ occidisti: verũ saluatorẽ / fratrẽ tuũ / filiũ meũ / e semine tuo natũ: cui inęternũ adhęreo: q in terris omnem meã voluntatẽ compleuit. Hũc eñi suscitaui a mortuis & eduxi ab inferis: reseruatũ in cœlis p̃senti necessitati tuæ. Esuris quippe: hic cęlesti te pane satiabit. Pręsitis magnitudine exaruerũt fauces tuæ: hic tuã sitim nectareo rore leuabit. Vagus es sup terram: hic ciuitatẽ tuã instaurabit & eam tibi restituet. Grex dispersus es pastorem nõ habens: illũ pastorem sequere qui te ad pascua ęternum virẽtia deducet. In tenebris es: per hũc lux mea super te orietur sicut meridies. Redi igitur ad cor popule meus: & conuertere ad me dominum deum tuum.

43 Israeliticæ cõuersionis modũ post Antichristi necem explanare.


Recensuimus in p̃cedente diuinũ cũ Israelitica plebe iudiciũ: quibusve sermonibus deꝰ populum suũ de interemptione sui Christi deq̃ receptione & cõfessione aduersarii Antichristi coarguet: simul hortaturus Israelẽ: vt reiecto Antichristo (quẽ vt regẽ & Messiam susceperit) veritati demũ cõsentiat. Populꝰ igitur tandẽ cõuersus ad cor & cõpũctus mœrore dicet. Peccauimꝰ dñe / iniquitatẽ fecimꝰ interimẽtes pastorẽ nostrũ: & vngẽtes supra nos regem alienũ quẽ ignoramus. Fiat misericordia tua dñe sup nos: pp̃ter nomẽ tuum. Nõ scd̃m peccata nostra facias nobis: sed scd̃m p̃missiones patrũ nostrorũ: erue nos de medio nationũ. Ostende nobis faciẽ tuã: & salui erimꝰ. Tu eñi pater noster: & Abraã nesciuit nos. Nos autẽ populus tuus & oues pascue inęternũ. Hæc ẽ cõclusio diuinę gratię sup Israel: & supma eiusdem ad deũ cõuersio: successura iis q̃ diximus geminis eiꝰ peccatis: neci scilicet Christi & exaltationi Antichristi. Reuertet̃ eñi populꝰ ad deũ patrũ suorũ: & reiecta totius falsitatis impietate / veritati deinceps adhęrebit.

Sicut nullus hoim in terris Christo maior in virtutibus & signis veris apparuit: ita & nullus Antichristo in virtutibꝰ & signis fallacibꝰ maior apparebit. †

Hęc p̃facilẽ se ostẽdit: vbi satẽ inotuerit substãtię & p̃sonę Christi & Antichristi. Nã Christus vt filius dei: natura sublimis est & ęqualis deo. Antichristꝰ vero vt filius diaboli: natura abiectus & humilis est diabolo aut filiis aut ęq̃lis. Sicut eñi deꝰ oẽm suã potestatẽ Christo donauit: ita & diabolus oẽs suas vires conferet Antichristo. Quapropter nullus hoim in terris: veraciter fuit & apparuit maior Christo. Nullus etiã hoim in signis mẽdacibꝰ & virtute fallaci: maior Antichristo apparebit. Sicut deꝰ natura sup oẽs est: diabolꝰ vero natura sub oĩbꝰ vt p̃iectꝰ in imũ: ita oportet & Christum substãtia esse sublimẽ: & Antichristũ natura pusillũ proiectũq̃ esse. Altitudo vero dei: deiectio est & humilitas diaboli. Exaltatio aũt diaboli: deiectio dei est: sed nequaq̃ p̃uales in deũ. Respõdẽt igit̃ sibiĩuicẽ exaltatio Christi & deiectio Antichristi: in quadã oppositiõe diametri. Similiter & humilitas Christi & exaltatio Antichristi.

Christũ & Antichristũ p̃ humilitatẽ & sublimitatẽ adiuicẽ: ĩ oppositione diametri sese habere. †

Sit exẽpli gratia ĩ p̃senti parallelogrãmo p̃dictũ D deꝰ: S Sathanas: I Israel: C Christꝰ A vero Antichristus. Triãgulus C I C Christi triãgulus est. explicans quidem eiꝰ ad Israelẽ aduẽ



tũ per latꝰ.C I.Mortem vero eiuſdẽ latere.I.C.reſurrectiõem ipſius per latꝰ.C.C.quo ab inferis in coelũ/ad patris æqualitatem regreſſus eſt.Triangulus autem.A.I.A.triangulus eſt Antichriſti:eiꝰ aduentũ in Iſraelẽ deſignãs per latus.A.I.Eius vero vſq; in deũ exaltationem latere.I.A.Eius deniq; ruinã latere.A.A.quo a præſumptione & ſuperbia diuinæ æqualitatis decidet in imum.Sunt igitur Chriſtus & Antichriſtus ſiue vt alti/ſiue vt humiles:ex oppoſito duarum diametrorum.A.I.C.&.C.I.A.quarum communis ſectio ſeu centrũ/punctum eſt Iſraelis.Nam ſublimitas Antichriſti humilitas eſt Chriſti.Chriſti autem exaltatio humilitas eſt & ſupplantatio Antichriſti.Antichriſtus enim viuens:eſt vt Chriſtus moriens:& viuens Chriſtus/vt moriens Antichriſtus.Vterq; mors eſt & peccatum Iſraelis:ſed Chriſtus moriens & Antichriſtus viuens.Vterq; rurſum eſt Iſraelis iuſtificatio & vita.Nam in ſublimitate Chriſti & ruina Antichriſti:Iſrael ſaluus fiet.

46 Q̃q̃ in nece Chriſti interemptum ſit omne peccatum:iterum tamen omne onus peccati in morte Antichriſti ab humeris populi excutiendum & interimendum eſſe.

Hæc exponit cauſam cuiuſdam ſimilitudinis Chriſti & Antichriſti ex onere peccati.Nã frequenter diximus Chriſtũ pertuliſſe in carne ſua omne peccati onus:& alleuiaſſe atq; repurgaſſe omne humanum genus a peccato:cũ ipſe fuerit ſatiſfactio pro peccatis omnium noſtrum:& hoſtia immaculata pro vniuerſorum emundatione & ſalute/in terris immolata.Dicimus autem & rurſum:in Antichriſto omne peccatũ eſſe interimẽdum.Et Antichriſtũ pariter habiturum ſimilitudinem cuiuſdam hoſtiæ non ſalutaris:ſed maledictionis:in monte teſtamenti necandæ.Si igitur omne peccatum ſublatum eſt morte & nece Chriſti:cur denuo oporteat in Antichriſto omne peccatũ aboleri atq; interimi?Ad hæc dicimus aliter omne peccatum ſublatum eſſe in Chriſto:& aliter denuo tollendum in Antichriſto.Nam Chriſtus innocens erat:qui tamen abſq; commaculatione ſuæ integerrimæ ſubſtantiæ:omnium noſtrũ peccata perferre voluit:ac delere in ſemetipſo cyrographum mortis affigens illud cruci.Antichriſtus autem nequaq̃ innocens erit:ſed erit vt omnium peccatorũ vera & integra congeries:quæ in morte perſonæ ipſius præcipitabitur in ſempiternum:& auferetur eiꝰ onus ab humeris populi dei.Aliter igitur per mortem Chriſti & aliter per mortem Antichriſti:omne onus peccati ab humeris populi excutietur/omneve peccatum interimetur.

Chriſtum eſſe hoſtiã ſalutarẽ & imma- 47
culatam oblatam atq; interemptam in
peccato alieno:Antichriſtum vero eſſe
hoſtiam maledictionis & maculatam:
tam in proprio q̃ in alieno peccato diui
nitus interimendam.

Immaculata Chriſti hoſtia non propter ſeipſam ſed propter homĩes oblata eſt in mortẽ.Quamobrem debuit merito & a morte reuocari:& in vitam reduci.Antichriſtus autem hoſtia erit peccati:quæ interficietur quidẽ a deo ſed nõ redimetur nec reuocabitur in vitã.Perferet quippe onus populi in ſempiternum:vt q & in peccato populi & in peccato ſuo cędetur atq; interficietur.Tulit Chriſtus onus Iſraelis in ſeipſo ſecundũ tempus(vt ſolius tridui ſpatio)auferens illud a populo in æternum.Antichriſto vero populi onus imponetur in ſecula ſæculorum.Mors enim Chriſti tranſlatio eſt peccati a populo:& impoſitio eiuſdem humeris Antichriſti.Nam ſanguis Chriſti & totiꝰ populi:in caput Antichriſti redundabit.

Antichriſto qui ſe regem:põtificem & 48
meſſiam populi metiẽtur:omne onus

(apparenti & non existenti) deliquio ob natu-
ram i primis diuinitatis quæ nihil perpessa est
& ob omnem Christi substantiam tam diuinã
q̃ humanam: quæ sub humanorum peccatorũ
pondere permãsit immaculata. sicuti & sol sub
nubibus aut lunæ interiectione: syncęrus pu-
rus & niridissimus manet.

52 **Antichristum permittente deo non ni-
hil claritatis habiturum: vt si fieri potest
etiam electos seducat.**

Christus vera est & existens lux mundi &
æternus iustitiæ sol. Antichristus vero qui pu
rus homo erit nihil diuinitatis habens: merito
est vt luna & eius deliquium vt lunæ deliquiũ
id est vera lucis obtenebratio. Sicut enim luna
lumẽ mutuat a sole: ita & Antichristus nonni
hil luminis & claritatis apparentis permitten-
te deo obtinebit: vt si fieri potest etiam dei ele-
ctos seducat. Sed sicut lunæ lumẽ fulgor est no
ctis: ita & Antichristi claritas duntaxat apud
insipientes/veri splẽdoris nomine pollebit. Do
cti vero & sapientes iuxta eloquium intelligẽt
& a veri luminis arcano ĩtuitu/nequaq̃ signis
& prodigiis mendacibus auertentur.

53 **Rationem explanare huiꝰ sacri eloquii:
In iudicium in hunc mundũ veni: vt qui
non vident videant: & qui vident cæci
fiant.**

Hæc adiecta est instantiæ gratia. Nam di-
cet forsan aliquis. Si Christus venit causa salu
tis & illuminationis hoim: cur hic se venisse te
statur vt hi qui vidẽt cęci fiãt: hoc est vt eos q
deũ nouerãt: & ad deũ cõuersi erãt: a deo auer
teret: in tenebras ve ignorantiæ induceret. Ad
hoc enim veniet Antichristus vt si fieri potest
seducat electos dei: & auertat a deo eos qui deũ
priꝰ cognouere. Quomodo ergo potest quicq̃
simile fecisse Christus: ei quod facturus est An
tichristus? Vel cur fuit necesse vt Israel qui vi-
debat/cecus fieret: vt gentes quæ non videbãt/
illuminarentur? Erat enim Israel ante Christi
aduentum in lumine veritatis: gentes vero in
tenebris idolorum. Post Christum vero cõtra-
riæ habitudines exortæ sunt. Nam in tenebris
Israel factus est. Gentibus vero/dei claritas illu
xit. Ante Christum conuersus erat Israel ad de
um per legem. Gentes autẽ lege carentes auer
sæ a deo illum nesciebant. Post Christum autẽ
auersus est Israel: & cõuersę gentes. Ante Chri
stum viuebat Israel: qui in Christo mortuꝰ est
Gentes autem prius emortuæ: in Christo vi-
xerunt. An ergo Christus seduxerit aut perdi
derit Israel? An auerterit dei electos a deo: vt
conuerteret alienignas? An alienis potius faue
rit: q̃ his ex quorum semine natus est ipe de vir
gine immaculata? Aut quo modo non potuit
deus simul conuertere Israel & gentes: & vna
illuminare amborum populorũ oculos. Haud
enim diuina virtus tam pusilla est: vt non po-
tuerit sine exclusione Israelis in gentes diffun-
di? Has omnes obiectiones in superioribꝰ libris
abunde versauimus: satis vnicuiq̧ facientes. Di
ximus enim immensam esse dei virtutem: quæ
non modo Israelem & gentes: sed immẽsos etiã
mũdos ambire: complecti & saluare sufficiat.
Voluit tamen deus omnia in primis sub tem-
poraria incredulitate cõcludi: vt postea ex me
ra bonitate & clementia sui/omnium miserere
tur. Sanxit enim vt prius appareret inter Israe
lem & gentes: quędam similitudo contrariorũ
& temporalis successio testamenti vtriusq̧: vt
postea ex vtroq̧ populo æterno fœdere cõcilia
to: vnicum ouile sub vnius pastoris moderami
ne conflaretur.

**Per stellæ (quæ magos ab oriente: ad 54
cõspectum vsq̧ regis gloriæ perduxit)
sub ortu & occasu vicissitudines: conii
ciendam esse Israelis alternationem: a
a luce per tenebras in lucem.**

Diuina lux prior Hebræis exorta est. Dein-
de occumbens Israeli: gentibus apparuit. Po-
stremo vero apparebit rursum Israeli: illumq̧
Christiano ouili sociabit. Hanc erga Israelis al
ternationem: coniice ex vicissitudine magorũ
qui ab oriente profecti vt infantẽ IESVM ado
rarent: noua & insolita stella duce vsq̧ in Hie-
rusalem processerunt. His vero in Hierusalem
stella occubuit: quibus tñ Hierosolyma egres-
sis rursum stella apparuit: præcedens eos vsq̧

quo staret supra locum vbi erat puer. Hoc profecto mysterium præsignabat diuinæ lucis vicissitudinem: quæ futura erat in Israel. Prius enim erat lux in Israel: postea tenebræ exortæ sunt: quæ hactenus perdurant. Demum vero sua lux: illis iterum restituenda expectatur. Haud igitur Christus Hebræos seduxit: perdidit auertit: sed illi (vt nōnunq̄ diximus) p̄ Christi necem seipsos perdiderunt: & in petram scādali quæ Christus est offenderunt.

55 Christi aduentum haud excęcasse vidētes: sed eos duntaxat qui sese videre existimabāt: quiq; cæteros vt cæcos aspernabantur: non videre & cæcos esse edocuisse.

Christi aduentus haud eos qui videbāt excæcauit: sed eos qui se videre existimabāt: cum tamen & ipsi cæci essent: cæcos & nō videntes esse palam edocuit. Non eos item qui stabant prostrauit: sed eos qui se stare putabant / in cœno iacere prostratosq; esse monstrauit. Non venit vt ędificantes impediret: sed vt eos qui sub ædificandi specie destruebant: reprobaret. Nō auertit cōuersos vt cōuerteret auersos: sed cōuertit quidem palam & euidenter auersos: eos vero qui se conuersos esse aut credebant aut simulabant: reprehendit & ignorātes auersosq; esse edocuit. Exaltauit enim humiles & humiliauit superbos. Non induxit Christus Israelē in tenebras: sed testatus est eum esse i tenebris: qui se in luce viuere arbitrabatur. Ad hūc igitur modum intelligenda est prior propositio. In iudicium / in hunc mundum ego veni: vt q non vident: hoc est qui non vident & sese non videre confitentur: videant: & qui vidēt: id est qui se videre putant: cū tamen non videant: cęci fiant: hoc est cæci esse conuincantur.

56 Quosdam esse non videntes: scientes se non videre: & confitentes se nō videre.

Quia præcedens de videntibus & non vidētibus loquuta est: hoc est de noscentibus & ignorantibus deum: congruum est nequaq̄ supprimere modos non videntium. Dicimus igitur quoniam non videntium tres sunt modi. Alii enim sunt non videntes: scientes se non videre & confitentes se non videre: cuiusmodi erant meretrices / publicani / & peccatores: de quibus ad Pharisæos exprobrās dominus dixit. Amē amen dico vobis: quia publicani & meretrices / præcedent vos in regno cœlorum. In his enim nihil erat simulationis: vt qui quales erant: & nouerant ipsi & non negabant. Talis legit fuisse Zacheus princeps publicanorum: qui compunctus dixit ad IHESVM. Ecce dimidiū bonorum meorum domine do pauperibus. Et si quid aliquē defraudaui: reddo quadruplum. Talis fuit & Matthæus sedens in Teloneo publicanus: quia prætereunte domino vocatus confestim reiectis opibus illi adhæsit: de quo Bigus poeta hoc distichon canit. Obrutus insano lucri Matthęus amore Excitus exigua voce reliquit opes. Talis etiam & maria Magdalene fuit: cui assiduis lachrymis dominicos pedes irriganti: dominus illico omnem culpam remisit. Hoc autem non videntium hominum genus optimum est: vt quod facillime ab errore liberatur: atq; illustratur. Cæteri autem duo non videntium modi: sequentibus propositionibus patescent.

Alios esse non videntes scientes se non videre: se tamen videre simulātes: quos hypocritas appellant. 57

Alii sunt non videntes scientes se non videre: se tamen non videre / confiteri peruicaciter renuentes: atq; e diuerso seipsos videre exteriore quodam gestu aut voce totopere simulātes. Et istiusmodi erāt scribę / Pharisęi / & seniores populi & principes sacerdotum: quos merito dominus hypocritas appellabat. Est enim hypocrita is qui propriæ conscius ignorantię & culpæ: illā versipelli sciētiæ virtutisq; colore cōtegit: q cū intus malus sit: aut inanibus verbis aut fucatis nutibus aut excutanea corporis supficie simulat se esse bonū. Et horū nō videntiū deterrimū genus est: & maxime aduersum veritati quod vę difficillime a bene noto errore liberat. Hi enim & dominum IHESVM totius veritatis authorem: per inuidiam occiderūt: vt postea quo tanq̄ non videntes & cęci: p̄debantur.

58 Alios eſſe non videntes arbitrantes ſe videre: ſeq; ideo videre profitentes.

Tertii porro ſupremiq; non vidētes hi ſunt qui non vident quidem: ſe tamen videre arbitrant̄: & ſeſe ideo videre profitentur: vt ethnici & gentiles fuere: q̄diu dæmoniis & idolorū cultui obſequuti ſunt. Gentes enim ſeparatæ a deo viuo & vero: vtiq; non videbant: erantq; veraciter in tenebris. Attamen ſuus error: nondum illis innotuerat. Non enim dæmones vt dæmones: id eſt vt maleficos iniquoſve ſpirit⁹ & hominibus inimicos coluerūt: ſed illos vt deos & rebus humanis fauētes: tot ſæculis reueriti ſunt: quoad apoſtolorum miniſterio: diuina lux cunctas gentes/ab huiuſmodi inueterata inſania ſalubriter ad veritatis viam reſpirare coegit. Quapropter quiſquis gentes (quę non videbant quidem: ſe tamen videre credebant) de hypocriſi & cauteriata conſcientia taxauerit: is meo iudicio fallitur. Haud em̄ hypocrita eſt omnis qui ſe prædicat eſſe bonum: cum malus ſit: ſed is qui cum bene norit errorē proprium: hunc tamen ſimulata vt diximus contegit operitq; probitate. Quem vero ſuus error latuerit: hic q̄q̄ ſe bonum eſſe profiteatur: ab hypocriſi tamen alienus iudicatur.

59 Tres non videntium hominum modos adinuicem ſub eſſentia conſcientia & confeſſione conferre.

Non videntes.	Eſſentia	Conſcientia	Confeſſione.	Publicani
	Eſſentia	Conſcientia	Nō cōfeſſiōe	Phariſſæi
	Eſſentia	Nō cōſciētia	Nō cōfeſſiōe	Gentes.

Primi non videntes: ſunt eſſentia/ conſcientia/ & confeſſione non videntes vt publicani. Secundi vero ſunt eſſentia/ & conſciētia non videntes: non tamen confeſſione: vt Phariſſæi. Nam ſe non videre/ confiteri erubeſcunt: idq; pertinaciter negant. Supremi vero eſſentia quidem ſunt non videntes: attamē nec ſciunt nec ideo profitentur ſe non videre: vt gentes. Primos ac tertios: perfacile eſt ab errore conuertere. Medios vero aut īpoſſibile aut perq̄ arduū. Extremi quoq; ſunt mediis meliores. Primi ſunt velut puræ negationis ignorantia: vt qui exortes quidem ſunt bonorum habituum: ſeq; a bono procul abeſſe & norunt & profiteri nō erubeſcunt. Ideoq; horum ignorantiæ perfacile eſt afferre medelam: quippe qui ſponte propria mala confitētes: medicorum opem palam implorant. Secundi vero ſimulatores ſunt bonorum habituum: ſcientiam ſe habere mentiētes: cum ſint ipſi vaſa inania: & lampades oleo carētes: omniumq; bonorum expertes. Tertii porro prauæ diſpoſitionis ſeu habitui erroris perſimiles indicantur. Sunt tamen ſecūdis meliores: & facilius vt diximus illuſtrantur atq; ab errore liberantur.

Philoſophorum iudicio totius vniuerſi regiones in quatuor diſpartiri. 60

Philoſophi ipſas vniuerſi regiones: iuxta normam & menſuram quatuor elementorum diſpartiuntur: dicentes aliquo pacto quadrifidum eſſe mundum: alium quidem igneum ſiue empyreum: quem & mentalem vocāt: diuinæ ſoli menti attributum: ideoq; entium infrequentia & creaturarum omnium ſolitudine/ inferiores mundos præcellentem. Alium angelicum ſiue intellectualem: ſupremo igneo entium frequentia multipliciorem: vtpote angelicarum beatitudinum mundum. Tertiū cœleſtem ſiue humanum: ex omni cœlorum mole & amplitudine aggregatum. Nam verior quidam humanæ ſubſtantiæ locus: eſt accubitus cœleſtium lationum. Quartum terreum: qui ex mole quatuor ſenſibilium elemētorum conſurgit: in quibus ad præſens humana ſubſtantia/ cum feris animantibus ſecundum tempus degit. Cupiēs em̄ vt vult Mercurius Triſmegiſt⁹ fabricare homo/ præ ſupbia imitandi ſui opificis: delapſus eſt in ſphęram generabilium & corruptibilium: iſq; quē natura ſedere in circunferentia inſtituerat: intra ſuæ circunferentiæ ambitum & naturalis ſedis centrum ruit: in quo cum terræ animātibus tamdiu ſeruitutis iugum experiri coactus eſt: donec miſeratione ſui opificis ſeſe benigne intra ipſam generabilium & corruptibilium ſphęram deiicientis: & omne ſeruitutis iugum benigne perferentis: relatus eſt in locum vnde exciderat,

& e centro ſeruitutis: in circunferentiam verę libertatis reportatus. Hæc eſt igitur iuxta philoſophorum modum: totius vniuerſi diſpartitio in regiones quatuor: de quibus in libris aliis meminimus.

61 Vniuerſum a theologis tripartito diuidi in regionem: cœleſtium: terreſtrium: & infernorum.

Recenſuit ſuperior propoſitio: quaternam eſſe iudicio philoſophorum vniuerſi diſpartitionem. Præſens vero: theologorum iudicio/ ternas duntaxat regiones vniuerſum diſtribuit: in ſupremam cœleſtiũ: in mediam terreſtrium ſiue ſenſibiliũ: & in infimam quæ eſt infernorum. Huic enim orbis diſtributioni: diu⁹ Paulus aſtipulatur dicens: quoniam in nomie IHESV omne genu flectitur: cœleſtium terreſtrium & infernorum. Huic etiam aſſentiuntur & poetæ: qui his tribus vniuerſi regionibus/ deos tres pro more ſuo ſingulos ſingulis præficiunt. Cæleſtium enim regna: ſummo Ioui aſcribunt. Senſibiliũ vero rerũ ſiue aquarum imperium: Neptuno dicant. Nam ſenſibilia entia: ex liquida ſemperq́ mobili aquarum ſubſtantia originẽ acceperunt. Infernorum autem dominium Plutoni ſubdunt. Has tamen prophanas poetarum fabulas: nequaq̃ in ſacrarum rerum teſtimoniũ accerſendas eſſe remur. niſi vt aliquantiſper oſtendamus: etiam poetis & gentilibus viris/ extremas humanæ naturæ ſortes (æternam inquam in cœleſtibus manſionibus felicitatem/ tanq̃ virtutum mercedem: aut perennem apud inferos gehennã tanq̃ ſcelerũ vltricem) innotuiſſe.

62 Iuxta tres vniuerſi a theologis diſpartitiões: hũani quoq́ generis ſortes eſſe diſtributas: & aliã quidẽ eſſe ſortẽ feliciũ: aliam certantium: aliam infelicium.

Nempe extremę hominum ſortes: ſunt feliciũ & infeliciũ. Media vero ſors certantiũ. Feliciũ hoim aĩas in cœleſtia: virtutes quas in terris coluerũt: extulere. Infeliciũ vero vmbras: cõtraria pariter vitia: quib⁹ in terris ſeſe ignaniter ſubdiderũt: tartareis ignibus ꝑpetuo cruciandas addixerunt. At vero certantiũ adhuc hoim & athletarum animas nondũ aut virtutes ſupra ſydera reportarũt: aut vitia in auernales lacus demerſere: vt quæ adhuc in carnẽ ter vitiorũ & virtutũ luctamina cõuerſantes in media regione & terreno in orbe tãtiſper demorant: quoad penitus abſorptæ aut virtutibus aut vitiis: vna & e corporeis clauſtris emigrare: & in extremas vniuerſi regiões abire iubeant. Sũt igit iuxta theologicas vniuerſi diſpartitiones: humani quoq́ generis ſortes trifariam diductę: ĩ eos quidẽ quos omnino lucida virt⁹ obtinuit lucidęq́ regioni deputauit: aut quos tetra obſcuraq́ vitia: in obſcura penitus ĩferni antra legauere: aut q adhuc in regiõe media ſub lucis ac tenebrarũ viciſſitudinibus: interdum a virtute interdũ a vitiis impellũtur.

Humanarum animarum fieri a media regione in extremas digreſſionem. 63

Nam media regio neq́ felicium neq́ infelicium: ſed certantium & athletarũ manſio eſt. Nullus enim hominum q̃diu adhuc in terris viuit/ q̃diu carneo tegitur amictu: aut felix eſt aut infelix dicendus: cum ſint hæ extremarum appellationes regionum. Quicunq́ vero ſenſibili luce perfruuntur/ in media regione cõuerſantes: hi præclaro adhuc certamini ſubiiciuntur: nõdũ aut victores aut victi dicẽdi. Nõdũ item aut per virtutes lucidę regioni deputati: aut per vitia obſcuris auerni carceribus mancipandi. Vbi vero ſuperat in eis virtus: tum demum poſtq̃ e medio tolluntur: in extrema mundi: id eſt in circunferentiam cœlorum: dei nutu perferuntur iugi luce perfruituri. Vbi autem ſegniter a vitiis domantur/ ſublata ſpe iterandæ virtutis: tum ab onere vitiorum in inferos abſtrahuntur perpetuis tenebris mulctãdi. Fit igitur humanarum animarũ: a media regione in extremas diſgreſſio.

Humanarum animarũ ab extrema regione in extremam: aut ab extremis in mediam: regreſſionem fieri nullam. 64

Nã ſimiles ſunt extremæ vniuerſi regiones extremis animi habitib⁹: habitui inquã virtutis & habitui vitiorũ. Media autẽ regio ſimilis

mediis dispositionibus:quæ sunt aut virtutū
aut vitiorum seminaria atq; initia. Etenim in
animo ab habitu virtutis in contrarium vitii
habitum:vel ab habitu vitii in habitum virtu
tis:aut impossibilis aut difficillima regressio
iudicatur.Quandoquidem omnis habit⁹: aut
impossibiliter/aut difficulter exturbabilis fit
a subiecto.Et non modo anim⁹ ab habitu vno:
in cōtrarium habitum nequaq̄ commutatur:
sed & neq; ab habitib⁹ ipsis:in subalternas aut
penitus contrarias dissimilesq; passiones faci-
le relabitur.Quo enim pacto temperans intem
perans fiet:aut intemperans temperantiam ex
cipiet/aut quo rursus mō ambo:vel ī cōtinētiā
vel in incōtinētiā relabēt/ facile siqdē ex media
passione:vt vel ex continentia/vel ex incontinē
tia quisq̄ in extremos habit⁹ aut proficiat aut
deterior fiat. At vero nequaq̄ ab extremo in
extremū:aut ab extremis in medium/facile cō
mutetur.In analogia igitur extremorum ha-
bituum & mediarum passionum: differēdum
tibi est de regionibus vniuersi. Hoc est assidue
quidem e medio mundi:animas abire in extre
ma;id est in summa vel in ima. A summis vero
eas labi ac deiici in ima aut ab imis ī summa te
portari:aut ab summis atq; ab imis relabi ī me
dium:nequaq̄. Impossibile est enim emeritam
ac felicem animam fieri infelicem : aut infelicē
in beatarum sortem commutari:aut tam feli-
cem q̄ infelicem:in certantium & adhuc insta
bilium animarum remeare contubernium.

65 **Humanas animas tandiu accolas esse
mediæ regionis:q̄diu & corporis: atq;
vna & e corpore solui:& e media regio
ne facessere atq; emigrare.**

Omnis humana anima tandiu certatrix est
& certamini subest:q̄diu est & corporis habita
trix:ac etiā tandiu in media regione/inter vitia
ac virtutes luctabunda demoratur. Nulla eñ
anima degens in corpore:aut vere felix est aut
infelix.Nulla in hoc sensibili mūdo:statum in-
conuertibilitatis nanciscitur.Nec rursū prius
anima a media regione facessit:& in extremas
abit:q̄ fuerit diuino iudicio(tāq̄ definito & cō
summato eius certamine)a carne & corpore
separata.Cōuertuntur enim adinuicem:& pe-
nitus ab alterutro inseparabilia manent : cor-
porea māsio & sensibilis mūdi habitatio. Adeo
vt si in corpore est anima:eam esse & conuersa
ri oporteat in sensibili mundo siue in media re
gione.Et si est anima medię regiōis habitatrix
inter coelum & terram;eandem quoq; deceat
esse & corporis accolam nondumve carnali ve
ste spoliatam.

**Quemadmodū humanæ animæ haud
in media regione habitant nudæ & cor
poribus exutæ:ita haud solent suis cor
poribus vestitæ in extremas regiones
proficisci.** 66

Humanæ animæ ex præcedente q̄diu suis
corporibus insunt:tandiu & mediam incolere
regionem cernuntur:& q̄ primum suis corpo-
ribus exuuntur:illico in extremas regiones di
uino iudicio perducuntur. Quemadmodum
igitur illę haudquaq̄ absq; mortali amictu in
media habitant regione: ita & nequaq̄ solent
comitibus & adhærentib⁹ corporibus e media
regione tolli;atq; in extremas proficisci. Nam
vt per corporis præsentiam in media regione:
inter coelum & terram arcētur:cōtinētur:vin
ciuntur;ita & per absentiam carnis/eandem re
gionem siue elementa mundi linquere cogun-
tur:& aut in coelos abeunt/aut in tartara de-
merguntur.Humana enim anima/cum nequa
q̄ ex elementari harmonia & complexione sub
stantiam atq; originem ducat: nullo pacto per
seipsam aut propter seipsam/inter huius mun
di elementa conuersari eget;sed duntaxat pro
pter corporis substantiam:quæ ex elementari
quaternitate conflatur & enutritur.

**Humanas animas haud prius a corpo
re solui & a media regione emigrare: q̄
completum sit & consummatū earum
certamen.** 67

Hanc intellige secundum diuinum iudi-
cium & ordinem naturæ.Nam si ad id deus in
ipsis corporibus inq; media vniuersi regione
humanas procreat animas:vt aduersum vitia
sacris luctaminibus decertent:iisq; etiā in præ

claro huiuſmodi certamine (ne deficiant aut vitiis ſuccumbant) vires affatim tribuit: manifeſtum profecto eſt deum nolle ſuo ipſius ordini aduerſari. Hoc eſt nolle virib⁹ deſtituere animam in certamine poſitam: nolle illam tollere e medio priuſq̄ ipſa certamina exegeritt priuſve q̄ aut omnio vitiis ſuccubuerit: aut p ſacras virtutes cuncta vitia edomuerit. Siniit ēm de⁹ iuxta ſacra eloquia vtraq; id eſt tā mala q̄ bona creſcere vſq; ad meſſem: vt in tempore meſſis dicat meſſoribus angelis: Colligite primum zizania: & alligate ea in faſciculos ad cōburendum: Triticum autem cōgregate in horreum meum. Liquet igitur iuxta ſaltem diuinum iudicium (quod patienter nos ſuffert: & præſtolatur noſtri certaminis tempus) humanas animas haud prius tolli e medio: q̄ completum ſit & conſummatum earum certamen. Nam ſi qui immatura morte ante exacti tempus certaminis præripiuntur: id accidit violēto innaturalium morborum euentu extra naturæ diuiniq; iudicii ſeriem.

68 Certamen breue ac temporaneum eſſe pœnas vero & præmia æterna.

Tempus certaminis huius mūdi: commutatur in æuum futuri ſæculi: in quo aut incorrupta & ſemper eodem modo ſe habĕtia virtutum præmia: aut perpetes ſcelerum vitiorum q; pœnæ ſunt expectandæ. Eſt enim huius mūdi duratio: tempus. Futuri autem ſæculi permanentia: æuum. Definitum eſt autem vnicuiq; mortalium: per breue huius ſæculi ſtadium acre certamen: vt eo certamine peracto: confeſtim in æuum futuri ſæculi vel ad præmia felices inuitentur: vel ad pœnas victi & miſeri rapiantur. Nam quemadmodum in his qui pro conſequendis moribus decertant: ex virtutis diſpoſitiōe (q̄q̄ fragili & exiguę adhuc permanentiæ) elicitur ſtabilis & firmus virtutis habitus: & ediuerſo ex vitiorum diſpoſitione permanens accreſcit habitus vitii: ita & breue quoq; ſeu temporariū certamen: aut iuges pœnas aut præmia gignit æterna.

69 Humanas animas in media regiōe certare: eas vero in extremis regionibus aut præmia conſequi aut dare pœnas.

Locus temporarii certaminis humanarum animarum: media regio eſt. Tempus vero certaminis: q̄diu illæ & in corpore & in media regione verſantur. Quæ vero decertant in tempore: hæ ſecundum doctrinam præcedētis aut præmia aut pœnas in æuo recipiūt. Et quę rurſum in media mundi regione palęſtram exercent: hæ in extremis mundi plagis: aut ſcelerū pœnas luunt: aut virtutum pręmiis honorantur. Vnde fit vt conſonent inter ſe tempus & locus humani certaminis. Similiter & tempus ac locus humanorum præmiorum atq; pœnarum. Nam certamen (vt diximus) in tēpore medio: & in loco medio / id eſt in præſenti mundo exercetur. Donantur autem præmia aut infliguntur pœnæ in tempore extremo / id eſt in æuo & in locis pariter extremis: vt in paradiſo aut in inferno.

In extremis regiōnibus: nullum humanis animabus ſupereſſe certamen. 70

Nam poſteaq̄ humanæ animæ vna & corporea manſione ſolutę ſunt: & a media regione exceſſere: hę cōfeſtim ī extremas mūdi plagas: aut p̄mia cōſequuturæ: aut pœnas luituræ deuehuntur: nuſq̄ amplius aut in corpus aut in mediam mundi regionem: certaminis innouādi gratia remeaturæ. Nam etſi quidem fateamur humanas cunctas animas nonnunq̄ diuino iudicio ſuis iterum corporibus in futura reſurrectione ſociandas: id tamen nunq̄ fiet vt priorem ſolitam palæſtram pro nociſcēdis virtutibus aduerſum vitia reſumant: vtve ſolitis ſudoribus / iterum contra mortis imperia decertent. In paradiſo enim: pax eſt animab⁹ perpetua: quippe quæ nullis amplius aguntur vitiorum ſtimulis: quos illę a ſeipſis euellere ſatagant: aut quibus ſollicita cura obſiſtere inuigilent. In inferno vero cum cunctæ animæ penitus a vitiis abſorbeantur: nulla is ſupereſt ſpes recuperandæ virtutis: quandoquidem in his ſacrum omne virtutum deſyderiū / ex toto elāguit: quod ideo nunq̄ ad virtutes capeſſendas exacuetur atq; reuiuiſcet.

Certamen a nobis eſſe: præmia donari 71

a deo:pœnas vero ab infero duce id est
a Sathana & a dæmonibus irrogari.

Hæc propositio tria adinuicem confert:cer
tamen/præmia / pœnas / tanꝗ quæ a diuersis
oriantur.Nam temporaria colluctatio aduer
sum carnem & sanguinem a nobis est : ꝗꝗ deo
vires benigne largiente.Nos enim ipsi sumus
qui aduersum vitia & tenebrarum potestates
decertamus.Præmia aūt nequaꝗ a nobis sunt
sed a deo nobis vt emeritis & victoribus confe
runtur.At pœnæ:neqꝫ a nobis:neqꝫ a deo : sed
ab infero duce & a dæmone vltore (diuina ta⸗
men permissione diuinoqꝫ iudicio) nostris ani
mabus inferuntur.Quapropter hæc tria: cer⸗
tamen/præmia /supplicia: haud solum loco &
tempore discluduntur:sed & ducibus atqꝫ au⸗
thoribus.Discluduntur enim vt diximus loco
quandoquidem certamen omne:hoc in mūdo
exerceam⁹:pręmia vero in cœlo consequamur
supplicia demum in inferno experiamur.Tem
pore vero distant:ꝙ & in præsenti quidem sæ⸗
culo certemus & colluctemur:in futuro æuo p̄
miis donandi aut suppliciis afficiendi simus.
Authoribus autem differunt:ꝙ aliquo pacto
sumus authores nostrorum certaminum.De⁹
vero author ac largitor præmiorum: vltor au
tem dęmon seu Sathanas:author præfectusve
suppliciorum.

72 Ignotum nobis esse nostri certaminis
tempus cognitum soli deo.

Prædiximus nostri certaminis tempus:esse
eam omnem moram qua nostræ animæ in suis
corpusculis & in media vniuersi regione demo
rantur:perfunctoriam in his elementis vitam
mediante corpore transigentes.Constat autē
hanc nostrarum animarum in suis corporib⁹
morulam:cunctis mortalibus esse ignotā.Hęc
enim soli deo agnita est qui humanæ instabili⸗
tatis & peregrinationis momēta:humanis ab⸗
didit oculis:eaqꝫ /iuxta eloquium/in sua solius
potestate deposuit.Nulla tamen anima nō no
uit:se nonnunꝗ temporaria morte:a corporea
mansione excessuram.Cæterum quo instanti
ac momento id ei euenturum sit / quantaqꝫ sit
sui certaminis mensura:id omni animæ inuiū
penitus ac ignotum manet.

Præsentis vitæ opera nobis nota ac ma 73
nifesta esse:futurorum vero præmiorū
aut pœnarū quantitatem esse penitus
ignotam.

Opera bona vel mala in nostra potestate sūt
sita:quippe quæ a nostra voluntate proficiscū
tur & nostræ cognitioni subsunt.Nam si coge
re voluntatem/est peruertere ipsam volunta⸗
tem:seu facere de voluntate ꝙ nō sit voluntas
id est ꝙ nō sit vltronea ac libera:Peruertere au
tem voluntatem est toti humanæ naturæ a na
tiuitate liberę:vim iniuriāqꝫ afferre:manifestū
est neminem hominem a deo aut a natura cogi
vt vel bonum quicꝗ vel malum operetur : sed
vnumquemqꝫ in manu sui consilii a deo dereli
ctum:vt secundum beneplacitum suæ volun⸗
tatis:vel ex bonis operibus pręmia quis speret
vel ex negter admissis ęterna supplicia sibi ma⸗
le conscius pręstoletur.Nouit igitur vnusqſqꝫ
quidnam patrarit & operatus sit in hoc mun⸗
do:eaqꝫ iudicat aut bona aut mala esse.Quan⸗
titatem tamen præmiorum sibi ob bona opera
propositam a deo:aut mensuram suppliciorū /
ab vltore dæmone ob scelera inferendam peni⸗
tus ignorat.Hæ siquidem pręmiorum aut pœ
narum mensuræ:diuino soli iudicio permit⸗
tuntur.Operum vero seu bonorum seu malo⸗
rum quantitatem:nosipsi optime perspectam
& agnitam habemus.

Vnicuiqꝫ animæ ab initio creatiōis suę 74
definitum præfixūqꝫ esse a deo sui cer⸗
taminis cursum:quem prętergredi qui
dem nequeat:possit vero non attinge⸗
re eius periodum.

Aut omnium animarum par est & æqualis
temporariæ præsentisqꝫ vitæ cursus:a deo cū⸗
ctis præfinitus.Aut singularū peculiaria sunt
& propria curricula:a solo deo identidem sin⸗
gulis ex momēto creatiōis ipsarū p̄fixa ac deter
minata.Statuit eīm de⁹(vt sacra scriptura re
fert)ex tp̄e diluuii /hūanę pegrinatiōis seu sen
sibilis vitę terminū cētū & viginti ānorū.Siue

igitur dixeris hoc centum & viginti annorum spacium: comunem rursum esse omnium anima rum vniuersaleque metam certaminis earũ: Siue volueris vniuscuiusque animæ peculiarẽ aliquam ac propriam esse mensuram: dicimus tamen hanc mẽsuram aut omnibus aut singulis animab⁹ ab initio creationis earũ præfigi a solo deo. Et rursum magis posse omnem aut singulam animam sui naturalis circuli non attingere metam ac veram periodũ: q̃ transilire aut pretergredi eandẽ. Plures enim causę occurrunt quæ animam in corruptis huius mundi elemẽtis & in corporis vasculo venientem: immatura morte præripiant: q̃ quæ illi vitam vltra diuini iudicii terminum prorogent.

75 Angelis nullum ab initio præscriptum esse a deo certamẽ: sed eos ab initio aut præmiis aut suppliciis æternis dignos apparuisse.

Frequenter docuimus eo modo & angelos & homines suę pfectionis culmen attigisse: aut ab sua pfectiõe excidisse: quo & creati sũt. Quo enim modo intellectualis aut rationalis creatura simplicem substantiam & esse primum est assequuta: eodem quoque modo & illam volunt⁹ suæ substantiæ perfectionem siue beatum esse assequi oportere aut penitus a sua pfectione excidere. At vero humanũ gen⁹: diuidue ac sensibiliter procreatur. Quare & illi a deo cõstitutum est: vt vel sensim ad toti⁹ perfectionis culmen ducatur: vel diuisibiliter a sua pfectione vitiis enecuatũ decidat. Haud enim vnico actu generosus humanæ virtutis habitus accrescit neque vnico rursum actu: teterrimę & summopere fugiendæ vitiorum qualitates in humanis animabus conflantur ac scatent. Ex opposito igitur dicẽdum de angelis ẽ: eos inquam quem admodum in instãti creati sunt: ita & absque tẽporario certamine alios quidem ad perfectionẽ ductos esse: & æterna præmia a deo consequutos: alios vero confestim a suæ perfectionis culmine excidisse: æternisque suppliciis dignos apparuisse.

76 Ab instanti trangressionis angelicæ: latum esse super angelos diuinũ iudiciũ quod bonos perpetim a malis secreuit adeo vt nequeant deinceps vel boni fieri mali: vel mali ad pœnitẽtiã reuocari.

Nam sicut vniuersi angeli eodem instanti ad esse prodierunt: ita & vnico instanti vnicave operatione: bonorum perfecta bonitas est: & malorum confirmata malitia. Perfecta autem & stata bonitas: in malitiã immutabilis est: & confirmata pariter malitia: in bonitatem irreuocabilis. Vnicus enim actus: qui in hominib⁹ simplex aut virtutis aut vitii dispositio esse solet: fuit in angelis habit⁹ vel boni vel mali: per quem æternis aut præmiis aut suppliciis: diuino iudicio digni existimati sunt. Vnico nempe actu hi quidem confirmati sunt in bono: illi vero in malo stati & affixi: a malo deinceps irreuocabiles euasere. Sicut igitur pluribus actib⁹ aut stãt aut cadũt homines: ita & vnico actu angeli aut stabiles aut instabiles effecti sunt. Quamobrem ab hora transgressionis angelicę latum est super cunctos angelos diuinum iudicium: vt nequeãt deinceps vel boni fieri mali: vel mali ad pœnitentiam reuocari.

Diuini iudicii: in malis angelis exequutionem quo ad aliquid esse consummatam & quoad aliquid esse inconsummatam dilatamque vsque ad vniuersale iudicium. 77

Ab instanti transgressionis malorum angelorum: latum est vt præcedens edocuit diuinum iudicium super eos: per quod illi a bonorum angelorum cõsortio eximuntur: nunq̃ suis ordinibus denuo inserendi: nec aliquãdo ad pœnitentiam renouandi. Hoc ergo diuinum iudicium iuxta aliquid demãdatum est exequutioni: & quo ad aliquid incõsummatum dilatumque vsque ad vniuersale iudiciũ. Nam quatenus mali angeli vbi ab suis ordinibus exciderunt: illico a deo e cœlesti mansione exturbati sunt: hactenus eorum iudicium fuit absolutum: vt qui in cœlos nunq̃ remeaturi creduntur. Quatenus vero e cœlis extrusi: nondum in infernum siue in extremam abyssum abiere: sed adhuc in elementis huius mũdi inter mortales inuisibili-

ter conuersantur: non omnino suæ nequitiæ viribus & armis exuti: hactenus iudicii ipsorum exequutio/ manet incõsummata: vsq; ad vniuersale iudicium differenda. Nam in vniuersali iudicio: auferetur omnis dæmonum potestas: Hiq; non modo e cœlis/sed e sensibili quoq; mũdo exterres agent & in abysso claudentur: æternas actu poenas luituri. Est igitur diuini iudicii in malis angelis exequutio: quo ad aliquid quidem consummata: & quo ad aliquid inconsummata: vsq; ad vniuersale supremumq; iudicium differenda.

78 Nullã animã postq̃ a corpore excessit: suorũ aut pręmiorũ aut suppliciorum quantitatem augere posse.

Nam præmia compensationes sunt bonorum operum. Supplicia vero vltiones ac scelerum pœnę. Iuxta autem quantitatem & mensuram ipsorũ operum seu bonorũ seu malorũ: hæc quidẽ Sathanas vltor animabus impigit: illa vero deus clementissimus impartit. Si igit̃ aut lege quadam naturæ/ aut ordinatione diuinæ volũtatis: statum firmatũq; est/ vt omnis anima quæ semel a corporea mansione excesserit: nunq̃ postea in illud sui certaminis innouandi gratia reuocetur: manifestũ est vniuscuiusq; animæ post eius a corpore solutionem & excessum: stata ac definita esse opera siue ęqua suis iiqua: seu digna p̃miis seu poenis vltricib⁹ æternũ mulctanda: quę nec pluta nec pauciora fieri/ nec augeri/ nec minui/ queant. Quare & ipsam quoq; aut pręmiorũ/ aut suppliciorũ/ quantitatẽ ac mensuram: ab vniuscuiusq; animę excessu/ statam/ certam/ ac definitam esse: eamq; nec maiorẽ nec minorem fieri posse.

79 Iustorum preces in hoc mundo defunctis animab⁹ prodesse: earumq; & merita augere & demerita minuere.

Pręcedens edocuit nullam animam/ postq̃ diuino iudicio a corpore excessit: sibiipsi adesse aut opitulari posse: nec in meliorem quidem sortem/ aut in deteriorem cõmutare seipsam: Nec enim iam aut seipsa melior/ aut deterior fieri potest: nec sua aut merita/ aut demerita/ augere: vtpote cuius opera fixa & consummata sunt. iuxta quorum quantitatem: aut præmia donantur/ aut supplicia infligũtur. Q̃q̃ vero nulla anima sibiipsi post mortem adesse queat: potest tamen ab aliis animabus adhuc in corpore viuentibus: precum & orationum virtute a deteriore quidem sorte liberari & in meliorẽ transferri: a pœnis item eximi & in requiem traduci. Suscipit enim clementissimus deus: vnius animę vice alterius sacram militiã precesq; & orationes viuentium pro defunctis benignus exaudit. Et eas demum animas/ quarum maculæ & contractæ in præsenti vita dissimilitudines/ digne suppliciis habentur: piis viuentium orationibus & lachrymis placatus non modo a pœnis liberat: sed eas etiam a maculis ac dissimilitudinibus cunctis abluit: & in beatarum animarum sortem ac requiem transfert.

Errare eos qui iustorum preces sentiãt 80
defunctorum animabus nequaq̃ profuturas.

Plerique eius opinionis fuere: vt dicerẽt viuentium preces sacrasve orationes aut bona quæuis opera vt ieiunia & elemosynas: quæ intentione & causa defunctorum a viuentibus fiũt: defunctis animab⁹ nequaq̃ prodesse. Atq; hãc etiam opinionem more cuiusdam instantię: diuus Dionysius in libro ecclesiasticæ hierarchiæ recenset: & lucidis argumentis confutat: dicens iustorum preces in vita ista & etiã post mortem iis solis profuturas esse qui digni sunt. Nouit enim inquit venerandus antistes/ qui interpres est iudiciorum diuinorum: vt iis qui pie vixerunt: lucidissima diuinaq; vita pro merito ab æquissimis lãcibus redditur: non recordante diuina bonitate per summam clementiam maculas; quæ illis ex humana infirmitate inhæserunt. Petit ergo põtifex ea fieri donari & tribui iis; qui pie vixerunt pręmia sacra: non ignorans veras repromissiones futuras: præsentibusq; demonstrans: q; quæ ab

eo sacro iure postulantur: omnino illi cōsequē tur/qui in vita diuina cōsummati sunt. Errāt igitur qui sanctorum preces sentiant / defunctorum animabus nequaq̃ profuturas.

81 Magis prædestinatos esse homines in salutem: q̃ in perditionem.

Nam deus natura bonus est: qui non modo iustorum: sed etiam peccatorum mortem non vult: cupiens: vt & ipsi quoq; conuertantur & viuant. Quemadmodum enim deus naturali bonitate omnia fecit vt essent: nō autem vt nō essent: ita & vt viuerent & salutem consequerentur. At vero salus seu bene beatumq; esse: intellectualibus & ratiōalib⁹ creaturis prouenit: ex ipsius deitatis cōsortio: & participatione diuinorum incorruptibilium munerum: quemadmodum & contrarius interitus iisdem creaturis accidit: ex secessione earum a suo authore. Si igitur deus vt bonus clementer seipsum impartit: & nō modo seipsum impartit sed & omnia sibi similia & bona valde fecisse celebratur: manifestum est magis prædestinatos esse homines in salutem: id est in summæ deitatis consortium q̃ in interitum & perditionem.

82 Etsi hominum alii præcogniti sint in salutem: alii in perditionem: cunctos tamen iuxta modum sui certaminis aut salute aut interitu dignos apparere.

Hominum prædestinationem aliorum quidem in salutem: aliorum vero in interitum diuus Paulus insinuat his verbis. An, inquit non habet potestatem figulus ex eadem luti massa facere aliud quidem vas in honorem: aliud vero in contumeliā. Sic & deus artifex totius humani generis: aliorum quidem salutem & aliorum ruinam ab initio præcognouit. Verumtamen nemo simplici lege hui⁹ prædestinationis seu præcognitionis diuinę: aut salutem cōsequitur aut in interitum abit. Alioquin diceretur deus acceptor esse personarum: & aliis q̃dem per se aperire: aliis vero occludere portas paradisi. Vnumquemq; autem reliquit in manu sui consilii: proponens cunctis temporarium certamen: quo exacto victores prædestinati & præcogniti antea in salutem: non tantum ex ipsa prædestinatione/sed ex certamine bono & laudatis operib⁹/ipsa salute digni probantur. Victi autem pariter antea in interitū præcogniti: haudquaq̃ etiam ex ipsa simplici suæ prædestinationis causa: sed ex iniquis operibus quæ viuentes admiserūt interitui & perditioni adiudicantur.

Diuinum iudicium in nullam partem flecti: sed rectum: iustum: & æquum esse. 83

Nam etsi prædestinati sunt seu præcogniti homines: alii quidem in salutem: alii vero in perditionem: nullus tamen vt præcedens monstrauit ex natura simplicis prædestinationis aut saluaē aut perit: sed ex lege intercurrentis certaminis qd̃ ꝓpositū est & ꝓfixū vnicuiq; ab suæ natiuitatis initio. Bonum enim certamen causa erit salutis iustorum. Infirma autem colluctatio: victos perdet. Si igitur deus non est acceptor personarum: sed omnes iudicat secundum ea opera/quæ per corpus gesserunt: manifestum est prædestinationem: in nullam partem flectere diuinum iudicium: neq; obesse eidem: quo minus id semper rectum/iustum/& æquum esse perpendatur.

Vniuscuiusq; conscientiam: futuram 84 diuino æquo iudicio consentientem & concordem.

Nempe vnusquisq; raptus ad iudicium oblatusq; tremendo iudici: conscius erit sibi cunctorum operum seu bonorum seu malorum quæ per corpus gesserit: propter q̃ in cōspectu tanti iudicis: coram sanctis angelis aut laudabitur aut arguetur. Nam vt sacrum refert eloquium: tunc nihil erit occultum quod non sciatur: idq; quod diximus in aure aut in tricliniis prædicabitur in tectis aut coram omni creatura. Erunt enim omnia: omnibus nuda & aperta. Deus autem nequaq̃ secundum faciem aut secundum ea quæ extrinsecus visuntur quemq̃ iudicabit: sed qui scrutator est cogitationum cordis: illas ab intus ad exteriora promet: vt secundum eas iudicet vnumquemq;. Quamobrem & huic diuino iudicio: creatura nequaq̃ refragabiē neq; negabit aut

inficiabitur obiecta. Nam diuia luce cordium arcana & occulta patefaciẽte: vniuscuiusq̧ cõscientia diuino iudicio illico per se & absq̧ testibus consentiet & concors fiet.

85 Conscientiã esse illustrationem cordis: seu cunctorum nostrorum operum & bonorum & malorum reminiscẽtiam.

Omnis conscientia est internum cordis lumen: omni rationali creaturæ diuinitus indultum. Idq̧ lumen rationi conspirat: iuuans & illuminans rationem / in bonorum & malorum discretionem: vt his quidem abiectis: illa sequatur. Aliquando vero conscientiam peculiari⁹ sumunt; pro quadam compũctione / nosipsos ĩtus futurorũ suppliciorũ timore a malis operibus arcente: aut si quidem mala ipsa sectati sumus: cõfestim nos ad poenitentiã & satisfactionem instigante. Nunc vero cõscientiam paulo latius sumimus: pro cordis illustratione & reminiscentia cunctorum nostrorum operum siue bonorum siue malorum. Hæc enĩ est de qua dicitur: Consciẽtia sua iudicabit vnumquẽq̧. Nam vt in præcedente diximus: vniuscuiusq̧ conscientia diuino iudicio per se & absq̧ testibus consentiet: eiq̧ omnium cordium arcana submittentur.

86 Q̃zq̃ in eo iudicio quod in euangelio diui Matthęi recensetur: videãtur tam iusti q̃ peccatores aliquo pacto iudici dissentire: eos tamen penitus ei⁹ iudicio consentire & conspirare.

Hæc propositio instantiã vnã affert ad antepræcedentem: in qua diximus vniuscuiusq̧ conscientiam: futurã illico diuino iudicio consentientem & concordẽ. Nam in eo iudicio qđ in euangelio diui Matthæi recensetur: videntur quidem & iusti & peccatores iudici dissentire. Iusti enim responsuri introducũtur. Domine quando te vidimus esurientẽ: & pauim⁹ te? nudum: & operuim⁹ te? quasi dicere velint. Nunq̃ te vidimus esuriẽtem & pauimus: nũq̃ nudum & operuimus. Similiter & peccatores leguntur responsuri. Domine quando te vidimus esurientem & non dedimus tibi mãducare? sitientem & non dedimus tibi bibere? nudũ & non operuimus te? quasi dicturi sint nũq̃ te vidim⁹: & quomodo ergo te non pauim⁹? bibere nõ dedim⁹? aut nõ operuim⁹ te? Haud erit igitur vniuscuiusq̧ conscientia diuino cõsentiens iudicio. Dicimus quoniã in hoc diui Matthæi iudicio neq̧ iusti neq̧ peccatores iudici dissentiũt: sed penitus eidẽ cõsentiunt atq̧ cõspirant. Haud enim negãt ea se in terris impleuisse: quæ illis a iudice obiiciuntur: sed duntaxat aut ignorant aut negant se hæc ipsa personæ iudicis aut impendisse aut nõ impendisse. Non enim inficiantur se dum in terris viuerẽt pauperibus aut captiuis: ea quæ proponit iudex: aut erogasse aut non erogasse. Verumtamen causam forte ignorant: cur pauperum & captiuorum benignissim⁹ iudex curam gerẽs: de illis tanq̃ de persona sua sermonem faciat. Hoc vero in fine iudex illis exponit dicẽs. Amẽ amen dico vobis: quod illis fecistis & mihi fecistis: & quod illis a vobis negatum est: id & mihi reor esse negatum.

Iudicium: vnam esse & præcipuam quidem diuinarum proprietatum: ab homine nequaq̃ præsumendam. 87

Hæc tria iudiciũ / vindicta / gloria: diuinæ q̃dã ꝓprietates sunt soli deo ꝑmittẽdę: & nequaq̃ ab hoĩbus pręsumẽdæ. Præcipua vero est / iudiciũ: de quo sacrũ dicit euãgeliũ. Nolite iudicate & nõ iudicabimini. Et Paul⁹. O hõ q iudicas ĩ quo alterũ iudicas: teipm cõdemnas. De⁹ enim pater omne iudiciũ dedit filio: vt oẽs honorificẽt filiũ / sicut honorificãt & patrẽ. Cũ ergo neminẽ iudicamus: hoc ipsi faciẽtes: magis ipsum deũ reueremur: honoramusq̧ iudicii ꝓprietatẽ: vt quã etiã neq̧ in perditissimis quidem hominibus pręsumere debeamus: sed eam soli deo / satius omni cum humilitate permittere. Si enim Michael archangelus / cum diabolo de corpore Moysi disputans: non est ausus iudiciũ ĩferre blasphemię: sed poti⁹ ad deũ referẽs toti⁹ iudicii causã / dixit. Imperet tibi de⁹: quãto magis mortales & infirmos hoĩes / oportet a iudicii ꝓprietate abstinere. De vindicta aũt ipi quoq̧ deo cõmittenda / scriptum est: Mihi vin

dictam & ego retribuam. Porro gloriam nō nobis: sed soli deo esse ascribendam: docet hic psalmi versiculus: Nō nobis domine nō nobis: sed nomini tuo da gloriam. Sunt igitur hæ tres diuinæ proprietates ab hominibus nequaq̄ præsumendæ: iudicium/vindicta/gloria.

88 Esse quasdam purgationis animarum inducias: quas diuina miseratio his animabus indulget: quæ ob nonnullas maculas: nec statim vbi a corpore excessere: dignę habentur sanctorū consortio: nec æternis suppliciis adiudicantur.

Haud omnis aīa vbi naturę tributa exoluit & a corpore excessit: illico aut sanctorum consortio annumerat: aut æternis suppliciis apud inferos adiudicatur. Sunt enim inter supremā salutem & æternum interitum: temporales q̄dam purgationis induciæ: quas diuinæ miserationis amplitudo/his animabus indulget: quæ ob nonnullas quidem quas habent maculas/nondum sanctorum consortio dignæ iudicantur: & quarum etiam dissimilitudines ac maculæ nequaq̄ tantæ sunt: vt diuinæ gratiæ viscera & miserationis eius fores sibi æternum præcludant. Quapropter his animabus (vbi a corpore excedunt) actuales quidem poenæ infliguntur: sed temporariæ: præfixa sibi futuræ beatitudinis periodo: qua (vbi condignas pro maculis poenas exoluerint) in beatarum animarum requiem a diuina & æquissima lance desumantur.

89 Viuentium orationes his duntaxat animabus prodesse: quibus diuinum iudicium purgationis tempus indulserit.

Humanarum animarū sors quadruplex est. Aut em̄ animæ nōdū corporibus excessere: sed p̄senti adhuc vita funguntur: quas viuētes appellamus. Aut e suis quidē corporibus migrarūt: præsentiq; vita defunctæ sunt. Et harū aliæ q̄dē beatæ sunt: quas diuinæ imutabilis requiei beatus sinus excepit. Aliæ infelices: quas inferus lacus æternis suppliciis mulctandas hausit. Aliæ mediæ: quæ tēporarias poenas adusq; suæ purgationis periodum experiunt. Viuentium igitur orationes cunctis quidē viuētib' aīabus (vt quę nondū diuinū subiere iudiciū) prosunt. E defunctis vero: duntaxat his vtiles sunt quas diuina miseratio in purgationis indiciis censuit explandas. Nam manifestum est beatas aīas: neq̄q̄ indigere orationibus viuentium sed magis viuētes indigere ope & orationibus earū. Infelices quoq; animas haud posse viuentiū precibus ab his eximi poenis: quibus diuinum immutabile iudicium illas ascripsit.

Viuentium preces pro defunctis animabus depositis in purgatorio fusas: 90
illis prodesse in diminutione pœnarū aut temporis aut vtriusq;.

Nam haud aliter prodesse possunt viuētiū orationes/defunctis aīabus positis in purgatorio: q̄ aut in diminutione & alleuiatione poenarum: aut in diminutiōe temporis vel in minutione vtriusq;. Potest enim virtute sanctarum orationum placari deus: vt vel genus quidem poenę seruato eodem tempore in leuius cōmutet: aut vt seruato eodem poenę ac supplicii genere: tempus imminuat: eiusq; partē succidat: vel tam poenam esse leuiorē: q̄ tempus breuius esse iubeat. Et horum omnium euentus in libris miraculorum nōnunq̄ euenisse leguntur: quæ ex his sollicitus lector sensus & experimēti gratia facile depromet.

Animas depositas in purgatorio: etiā 91
absq; precum & orationum præsidio: nonnunq̄ ab eo liberandas.

Cunctis animabus depositis in purgatorio prosunt quidem preces & orationes viuentiū: vt precedens & anteprecedens edocuere: vt potequę vel earū minuunt alleuiantq; genus supplicii: vel temporis partē succidunt: vel vtrūq; placato deo commutant. Tolle attamen precū & orationum/fusa a viuentibus pro defunctis animab' suffragia: liquet nihilo secius animas quib' diuini iudicii miseratio purgationis inducias donauit: quasve in purgatorio duntaxat secūdum tempus cruciandas legauit: nonnunq̄ etiam absq; vllo viuentiū presidio a purgatorio liberandas: & in iustorū requiē ac bea

tam ſpem transferendas. Nam quia per diuinũ iudicium purgationis tempus acceperũt: manifeſtũ eſt eas nequaq̃ ſuppliciis æternis addictas eſſe: ſed duntaxat ſecundũ tempus cruciãdas: quo exacto/etiam abſq; vllo viuentiũ interceſſu: propitiũ & placatum deum experiuntur qui illas tanq̃ diris pœnis (quas pro macularũ debitis iuxta diuinum iudicium exoluerunt) expiatas: in iuſtorum lucidam ſorté transfert.

92 Purgatorium ſecundũ quoſdã ab inferno: nec loco nec ſupplicii ſeu pœnę qualitate aut quantitate: ſed duntaxat tempore differre.

Placet nonnullis eas animas quibus diuini iudicii miſeratio purgatiõis indutias donauit ſeorſum ſiue alio in loco a dãnatis aĩab⁹ q̃q̃ eodẽ pœnę genere: ſed tẽporario & perfunctorio torqueri. Alii auté volũt nullũ aliũ ſpecialẽ exiſtimandũ eſſe purgatorii locum: ab inferno ſeparatum: neq; aliud excogitandum genus ſupplicii quo purgãdę animę torquent: ab his pœnis quas luunt dãnatę animæ. Eſt enĩ purgatorium haud aliud: q̃ temporalis infernus. Purgandis animabus ſpes adeſt futuræ liberatiõis ſuæ a præſentibus pœnis: heq; interdum angelica viſitatione pœnarũ terminũ illis exponente conſolantur. Deeſt vero huiuſmodi ſpes dãnatis animabus: & angelorum etiam viſione priuantur: noruntq; ſuis ſuppliciis nullum a deo conſtitutum eſſe finem.

93 Purgatoriũ nõ eſſe ęuiternum: vt cui finem vniuerſale iudicium imponet.

Hæc manifeſta eſt ex pręcedẽte. Nã purgatoriũ haud aliud eſt q̃ tẽporalis infern⁹: hoc eſt diſtans quidem nõ ſecundũ genus aut quãtitatẽ ſupplicii: ſed ſola durationis & liberationis ſpe ab inferno. Si aũt purgatoriũ eſſet ęuiternũ nullo pacto diſtaret ab inferno. Adde q; & non nunq̃ ſenſibilis mũdus diuino iudicio cõſummandus eſt. Aĩarũ quoq; creatio aliquãdo deſitura. Haud igit̃ ſemp ſupererũt animæ in purgatoriũ mittendę. Non eſt itaq; purgatorium æuiternum: vtpote cui finem vniuerſale dei iudiciũ imponet. Vniuerſale enĩ dei iudiciũ: cunctas animas immutabili aut felicitatis aut infelicitatis chao diſpartietur.

Humanarũ aĩarũ ſtatus eſſe quatuor: 94
quorũ duo temporanei & deſituri: duo vero æuiterni & permanſuri ſunt.

Nam humanæ animæ aut in præſenti ſęculo/corporibus ſociatæ viuũt: aut a corporibus abiũctæ/ĩ purgatorio depoſitæ ſunt. Et hi ſunt medii ac tẽporanei animarũ ſtatus nõnũq̃ deſituri. Aut rurſum vbi a ſuis corporibus exceſſere: vel in paradiſum veræq; beatitudinis locũ/vel in infernum & carcerem ſuppliciorum demigrant. Hæ vero ſunt extremæ animarũ ſortes: æuiternæ & iugiter permanſurę. Sunt igit̃ humanarum animarũ ſtatus quatuor: duo quidem medii & quandoq; deſituri: duo vero extremi: ſtati: & in ęuum permanſuri.

Medios animarũ ſtatus aſſidue creſcere ac minui. extremos vero creſcere quidem indies: minui auté nequaq̃. 95

Nempe in ſenſibili mũdo/aliæ quidẽ in dies animæ procreant̃: & aliæ quotidie ab eo e ſuis corporibus migrantes excedunt. Similiter & in purgatorium aliæ quoq; aſſidue mittuntur animæ: aliæ vero ab eo in paradiſum rapiũtur. Senſibilis igit̃ mundus & purgatorius carcer: nunc animabus implentur: nũc vacuant̃ iiſdẽ: nunc animarum numero accreſcunt: nũc vero decreſcunt atq; minuũtur. Extremi autem animarũ ſtatus: id eſt in paradiſo & in inferno: cũ immutabiles ſint: aſſidue quidem animab⁹ diteſcunt/implentur/augeſcunt. Nunq̃ vero minuuntur ſpolianturve animabus. Quas enim animas tutus ac feliciſſimus paradiſi portus ſemel exceperit: has perpetuo ſeruabit. Et quas pariter teterrim⁹ ĩferni lacus demerſerit: nihil erit vnq̃ qđ illas ĩde cogat emergere: qđ ve eas ſoletur aut iugem earum luctum compeſcat.

Extremos animarũ ſtatus eſſe in extremis regionibus vniuerſi: non auté cunctos medios ĩ media regione cõſiſtere. 96

Nam ſupremus ſeu beatus animarum ſtatus: eſt in paradiſo & in circunferentia vniuerſi. Abiectiſſima autem & infelix earum con-


ditio in inferno & in centro mundi. At vero is medius animarum status / quo temporatiam ac perfunctoriam vitam suis sociatæ corporibus trāsigunt: in media vniuersi regione: id est in sensibili mūdo pagitur. Reliquus vero medius status animarum (quo a suis quidem corporibus abiunctæ sunt: cæterum nec æternis adiudicatæ sunt suppliciis: & nec dum in sanctorum consortium migrauere: sed secundum tempus ab inhęrentibus maculis diuina miseratione purgandæ torquentur: expectātes beatam spem & reuelationem gloriæ magni dei) nequaq̄ in media regione sed in extrema vt in inferno transigitur: quandoquidem (vt docuimus) aliquibus placet: eūdem esse purgatorii & inferni locum: ipsumq; purgatorium nec loco nec quantitate poenæ: sed sola duratione ab inferno differre. Extremi igitur animarū status: in extremis vniuersi regionibus per æuū aguntur. Medii autem secundum tempus / non omnes in media regione: sed alius quidem / id est socialis & addictus corpori in media: reliquus vero a corporea mansiōe liber ī extrema.

97 Mediam vniuersi regionem nequaq̄ esse centrum mundi: sed orbem medium inter ipsum cœli ambitum & vniuersi centrum.

Media vniuersi regio est sensibilis mundus in quo animæ eum medium suum statum percurrunt: qui socialis & corpori addictus est. Tamdiu enim in elementis huius mundi conuersantur: q̄diu certamē illis & est colluctatio aduersus carnem: & sanguinem: & potestates tenebrarum. Hanc autem mediam vniuersi regionē sensibilemve mundum: philosophi suo more pro mole & complexiōe quatuor elemētorum ignis / aeris / aquæ / & terræ sumentes / centrum mundi appellant: propterea q nihil illi subiaceat: & nullum vniuersi corpus ei localiter subsit. Nos vero impręsentiarum illam aliter diffinimus: appellamusq; molem duntaxat & complexum trium præstantiorum elementorum: ignis / aeris / & aquæ: quæ quidem moles a sublunaris cœli superficie: vsq; ad connexam terræ faciem extenditur. Eximimus enim ideo ab hac regione ipsum terræ elementum: q nequaq̄ soleant animæ sociatæ corporibus: ipsius terræ / terram obscuram / & refugiendam inhabitare spissitudinem: sed conuersari inter cœlum & terram: in ea tantum parte mundi: quæ sydereis radiis peruia & exposita est: quæve luce feritur & claritate solis temperatur. Non est igitur media vniuersi regio ipsum centrum vniuersi: sed circunferentia seu orbis medius / inter cœli ambitum & vniuersi centrum.

Extremas vniuersi regiones: esse ipsum cœli ambitum & vniuersi centrum. 98

Sit C velut obscurus orbis terræ: cui nihil subsit: id est vt centrum vniuersi & extrema quædam atq; ima mundi regio. Sit vero orbis. B. in circunferentia media: per quem nobis præstantiorum trium elementorum moles & complexio designetur. Hunc orbem. B. licebit appellare mediam vniuersi regionem inter cœlum & terram: quæ est locus animarum adhuc in carne & corpore viuentium. Sit autem tertius orbis. A. in suprema circunferētia: per quem intelligo ipsam omnium cœlorum spissitudinē: & quicquid ætherea illa intellectualive regione sublimius fit. Hic orbis. A. est velut suprema vniuersi regio: seu locus / māsio / & accubitus verę beatitudinis: in quā felices animę vel statim e corpore p mortē solutæ vel e purgatorio carcere liberatæ cōmigrāt. Habes itaq; iuxta intētū nostrū tres vniuersi regiones: extremas duas & mediā / vnā sensibiliter figuratas.




99 Supremam vniuerſi regionem fontem eſſe & originem lucis: quæ mediam quidem regionem percurrens vſq; ad infimæ regionis pertingit initium.

Ex natura viſibilis lucis: huius rationem facile coniicies. Nam viſibilis & corporea lux: oritur ſcaturitve in ipſa ſolis ſphęra: inde vero emergens: percurrit quidem pertranſitve ipſum lunæ orbem: & ſubiecta illi tria pręſtantiora elementa ignem/aerem/& aquam: per q̄ ipſam mediam regionem: imprę́ſentiarum deſignari docuimus. Vbi vero lux ipſa conuexā terræ ſuperficiem ferit: illico aut ibidem colligitur/aut in ſuum reſilit initiū: nequaq̄ in intima & penitiſſima terræ viſcera (per quę ima & abiectiſſima mundi exprimitur regio) penetrare & ea illuminare ſufficiens. Ex ſigno igit̃ & veſtigio viſibilis huius lucis: diſce & intellectualis inuiſibiliſq; lucis naturam. quæ a diuina mente exoriens: angelicas quidem & humanas omnes mentes (tam adhuc in corpore viuentes: q̄ beatas & ſeparatas) illuſtrat. ad eas vero mentes quas infimæ regionis & vaſtum barathri profundū hauſit: nequaq̄ pertingit. Hæ enim mentes ſimiles ſunt ignoto terrę profundo: omni luci & claritati imperuio.

100 In ſuprema mundi regione: eſſe perpetuam lucem abſq; vlla tenebrarum permixtione & viciſſitudine. In media vero eſſe lucis & tenebrarum viciſſitudinem. In infima autem perpetuas tenebras: abſq; vllius lucis & claritatis conſpectu.

Intellige triū vniuerſi regionum naturā: ex natura trium orbium ſolis/lunę/terræ. Nā vt phœbęus orbis/in quo ſcaturit viſibilis lux: perpetua claritate promicat: nullamq; omnino tenebrarū viciſſitudinē aut maculam in ſe admittit: ita & ſuprema mūdi regio puriſſimæ lucis eſt ęmula: nec vlla vnq̄ tenebrarum diſſimilitudine violat̃. Luna vero ſicut



quandoq; quidem fulgere conſpicitur: & quādoq; fulgore occumbens in obſcuritatē demutatur: & rurſum nonnunq̄ plus medio ſuo orbe illuſtratur: ita & media regio interdiu luce reſpergitur: noctu vero tenebris oppletur. Extremmus autē terræ orbis/quo a nobis infima vniuerſi regio figurat̃: lucē prę nimia ſua ſoliditate & craſſitie penit⁹ excludit: manetq; omnino luci imperuius: & in ſuiipſius viſcerib⁹ iugiter pullus/ater/obſcur⁹. Ex his igitur tribus orbibus ſole/luna/terra: trium vniuerſi regionum proprietates diſce.

Sicut ibi eſt beatarum animarum thalamus: vbi eſt origo lucis & iugis claritas: ita & ibi oportere eſſe infernum ſeu miſerarum & infelicium animarū carcerem: vbi eſt ſimpliciter totius vniuerſi vltimum: vbive totius lucis occaſus & nullius ſplendoris emicatio. 101

Præcedens propoſitio ternas vniuerſi regiones: ſub lucis & tenebrarum viciſſitudinibus diduxit. oſtendens aliam quidem regionē lucis aſſiduitate gaudere. Aliā vero toti⁹ lucis expertē/iugi & aſſidua tenebrarū obſcuritate triſtē reddi ac lugubrē. ambarum autem mediam: lucis & tenebrarū viciſſitudinib⁹ offundi. His igitur vniuerſi regionibus differentibus ad hunc modum: loco/luce/ac tenebris: p̄ q̄ rationabile eſt (vt a præſenti ꝓpoſitione edocetur) ibi eſſe infernum ſeu iugem carcerē infelicium animarum (quas diuinum iudicium perpetuis ſuppliciis addixit) vbi eſt & totius lucis occaſus & nulli⁹ fulgoris irradiatio. quē admodum ex oppoſito ibi facile coniicimus eſſe beatarū animarum ſinum/ſedem/ac quietī thalamum: vbi eſt ortus & ſcatebra lucis: vbi aſſidua & nunq̄ occumbēs claritas apd̄ deum ſplendeſcit. Non eſt itaq; infernus in ſuprema vniuerſi regione: neq; in media: ſed i infima & abiectiſſima: a qua etiam merito inferni nomē ſumit.

Apud centrum vniuerſi eſſe infernum: quia ſacris eloquiis myſtice per terram vltimam ſignatur. 102

Sicut enim lux emicans a summo/sistitur colligiturq; in conuexa terrę superficie:ita & ignis ab imo euolans/nisi aliunde arceatur:vsq; ad lunaris cœli concauũ natus est perduci. Hic igitur ignis quem solida terræ moles intra obscura viscera inq; vasto sui profundo claudit ibidem violente & præter naturã detinet ac si stitur:in immortaliũ creaturarum suppliciũ.

107 Ignis inferni acumẽ:esse absq; proportione igne elementari intentius. adeo vt in spiritales creaturas vt in angelos & in animas vim obtinere & actionem exercere prædicetur.

Inferni ignem:nõnulli volunt elemẽtarẽ & corporeum eẽ. Alii vero inelementarẽ & incorporeũ. Si hunc dixeris elementarem & corporeũ esse:adiiciemus eundẽ præter naturã agere in spiritales creaturas:id est in angelos & i animas. Nam corporeũ natura agere nequit i incorporeũ:sed dũtaxat corporeũ agit in corporeum:& incorporeũ in incorporeũ siue spiritale in spiritale. Debent enim actionis extrema id est agens & patiens:esse congenea & penitus vniuoca. Si aũt dixeris hunc ignẽ esse in elementarẽ & incorporeũ:lõge a fortiore erit huius acumen:elementaris ignis acumine intentius.adeo vt vim obtineat & actionẽ exerceat in spiritales substantias. Cuiuscunq; aũt naturę sit hic ignis/in spiritalium creaturarũ supplicium deputatꝰ:liquet huius vim virtuti & facultati elementaris flammæ esse incomparabilẽ:& absq; proportione:vegetioris acuminis & efficacioris actionis.

108 Extremas vniuersi regiones esse ad p̃sens simplicium animarum abiunctarum a corporibus:sed demum futuras etiam & corporũ animabꝰ sociatorũ.

In media regiõe vniuersi id est in sensibili mũdo:viuunt animę corporibus alligatę.quæ in extremis regionibus vt in paradiso & in inferno:immortales quidem & integerrimę manẽt sed abiunctæ & separatę a corporibus:quãdiu præsens steterit sęculum. Consummato enim per ignẽ hoc sęculo & absoluta cessanteq; oim sensibilium specierum generatiõe:rursum humana corpora instaurabuntur:fientq; rediuiua & iterata priorum animarum hospitia. Et siue in vitam:siue in iudicium:siue in paradisum:siue in infernũ itura:suis tamẽ denuo animabus sociabuntur:quibus insolubili vinculo in sempiternũ cohęrebunt. Hanc eñ supremã cunctorũ hominum resurrectionem tam impiis q̃ iustis/tam infelicibus q̃ beatis animabꝰ cõmunẽ futurã:vult sacra nostrę fidei institutio:eamq; omnibus credendam exponit. Extremę igitur vniuersi regiones:q̃q̃ sint impręsentiarum:simpliciũ & abiunctarum a corporibꝰ animarum:demum tamen futuræ sunt regiones corporũ animabus sociatorum.

Quẽadmodũ in futura resurrectiõe iu- 109
starum animarũ accrescet gloria:ita & infelicium supplicia.

Resurrectio quæ tam infelicibus q̃ beatis animabus cõmunis futura est: cunctarũ animarum naturam instaurabit. Natura eñ rationalium animarum est esse & agere in corpore:in quo & per creationem cunctę a deo productę sunt. Sicut igitur felicibus animabus in instauratis & clarificatis earũ naturalibus domiciliis accrescet gloria:ita & infelicium i suis corporibus geminabuntur supplicia. Maior enim est gloria totius: q̃ gloria partis. Maior quoq; totius afflictio & pœna: q̃ solius partis supplicium. Nã corpus diuina virtute instauratũ & suæ iterũ animæ sociatũ:particeps erit aut glorię & p̃miorũ in vitã:aut pœnę & suppliciorũ in iudicium. Iustarũ eñ animarũ corpora:omni felici & perfecta qualitate visibiliter splendescent. Infelicium vero terra fiẽt corporum ergastula:cunctisq; turpibus & fugiẽdis qualitatibus visibiliter afficientur.

Q̃q̃ in sacris eloquiis dicatur:mors & 110
infernus non erũt amplius:quæ prima abierunt:nihilo tamẽ minus infernum perpetem & æuiternum fore semperq; mansurum.

Hæc propositio ex Apocalipsi: instantiam vnam ad præcedentia proponit. Nam diximꝰ


infernum semper esse mansurum. At vero in Apocalipsi dicitur: mors & infernus non erūt amplius: quę prima abierunt. Dicim⁹ id sacrū eloquiū nequaq̄ ita intelligendū esse: quasi tēporarius sit infern⁹ & nōnunq̄ tollendus: aut quasi aię sint ab eo quandoq; liberādæ: aut aliquo pacto in eo (vel diuina virtute: vel vegetissimi & efficacissimi ignis actione) annihilādę. Semper eñ manebit infernus: semperq; ei⁹ inextinguibilis & intensissimus ignis: miseras animas nunq̄ lassessente acumine torquebit. Caeterum cū dicitur mors & infernus nō erūt amplius: id intelligendum est in his qui salui erunt: & beatitudine potiti. Hos eni nulla amplius mors cōcristabit: nullus dolor anget aut in lachrymas resoluet: ignis nullus torquebit nullus quoq; barathri aut inferni hiatus absorbebit.

iii Præsens sæculum consummandū esse per ignem: quo & elementa & quęcunq; in eis sunt tabescent: & cœlestia corpora resoluentur.

Ignis: instrumentum est irę dei. quod diuina voluntate in fine mundi exacuetur: ac dominabitur sæculo huic: resoluens non modo cætera elementa & quæcunq; in eis sunt sensibiles substantias: sed & cœlestes globos præter naturam corripiens: & omnem corporeā mundi molē consummans. Quicquid eñ in cōspectu diuinorum oculorū mundū nō fuerit: q̄cq̄d quomodolibet peccato aut āgelico aut humano subiacuerit: nequaq̄ huiusmodi vltoris ignis virtutem & actionem effugiet: nec erit ab eius acumine immune. Sacra vero eloquia testantur & ipsos cœlos non esse mūdos ī conspectu dei: vt qui etiam propter hominē creati sunt: & angelorum peccato subiacuerunt. Angelorū eni prima illa & antiquissima / fons omnis alterius peccati / superbia: minime ī huius mūdi elemētis sed in cœlis ab origine mundi conflata: illos nimirum cœlesti exutos principatu in hui⁹ mundi elementa deiecit. Oēm igitur corpoream & visibilem vniuersi machinam ex quatuor elementis & omni eorum plenitudine & ex numerosa cœlestium globorū harmonia aggregatam: liquet ab supremi iudicii igne penitus resoluendam / præsensq; sæculum cōsummandū per ignem. Sed iam vbi præsentes Theologicarum Conclusionum Libri ad denarium numerum excreuere: vbi p̄ viribus de deo vt ente / vt vno / vt infinito / vt æterno / vt trino / vt creante / vt incarnato / vt passo / vt resurgente / & vt demum iudicante sermonem prorogauimus: receptui nobis canendum est & vela in portu tempestiue cōplicanda. Nam exigua & pertenuis humanæ mētis conceptio: sub his decem prædicatis essentia / vnitate / infinitate / æternitate / trinitate / incarnatione / passione / resurrectione / & iudicio (quorum quiq; necessaria: & quinq; contingētia sunt) diuinam fere totam scientiam p̄ more suo sibimet exponit. Nos igitur & hac ratione persuasi: pręsentium librorum denariū nequaq̄ transcendemus.

Sequentis figuræ argumentum.

Quia omne opus est ab oratione inchoandum & in laude terminandum: non abre in huius operis calce vtriusq; laudis scilicet & orationis figuram apposuimus. quæ simul & laudis proprietates / & orationis insignia cōplectitur. humanæ quidem / Hierarchiæ attribuens orationem: cælesti vero functioni accommodans laudem. Quod enim præuia oratio postulat feliciter īchoari: hoc postrema laus impletum esse canit: & fine felicius adepto: authori munerum deo / immortales gratias agit. Habes igitur in præsenti figura: ex vna quidem parte cœlestem Hierarchiam: supremo & nouissimo psalmorum / particulatim sibimet desumpto: perq; suum numerum distributo: diuinas laudes festiue concinnentem ex altera vero parte; humanam ecclesiasticāve functionē: dominica oīone patiter iuxta suū numerū & sacrū ordinē distributa: diuinā nullis sese denegātē clemētiā humiliter & pie exorantē. Cernis quoq; ī medio vtriusq; functionis atq; Hierarchię: diuinū vultū vtriq; ordini benigne illucescētē: hūanę quidē velut sub obscuriori p̄ nubes: angelicę vero vt paulo illustriori / in similitudine & claritate stellarū.


COELESTIS HIERARCHIA
HVMANA HIERARCHIA
LAVDATE DOMINVM
ORATE DOMINVM
Seraph
In sanctis eius
Cherub
In fir. virtu. eius
Thro.
In virtutibus eius
Domi.
Secundum mul. ma. eius
Vir.
In sono tube
Pote
In psal. & cythara
Prin.
In tympano & choro
Archan.
In cordis & organo
Ange.
In cymbalis iubilationis
Omnis spiritus.
Laudet dominum
Ponti.
Pater nr̄ qui es in celis
Sacer.
Sanctificetur nomen tuū
Diaco.
Adueniat regnum tuum
Subdiaco.
Fiat volūtas tua fi. I coe. & I t
Mini.
panem nostrū q. d. n. hod.
Monachi
Et dimitte nobis d. nostra
plebs
Sicut & nos di. d. nostris
Enet.
Et ne nos inducas in tenta.
Cathe.
Sed libera nos a malo
Oret dominum
Omnis anima.

Theologicarum Conclusionum

Nicolaus Beraldus Carolo Bouillo philosopho. S.



Ecreuerām diuersorium tuū adire, non diuersorii quidem, sed tui visendi, salutandi, audiendi gratia. Verum nescio quid hactenus votis nostris obstitit, dum aliud ex alio cotidie accidit, nouumq; occupationum agmen latius extenditur ac crescit. Frigidis enim quibusdam curarum laqueis plęriq; omnes implicamur mūdo addicti. Ex quo fit, vt melior pars vitę nobis ianis effluat, obrepatq; improuisa senectus, quum crassos, vt satyrus ait, transisse dies lucemq; palustrem sero ingemiscimus nullam otii negotiive rationem reddere parati. Dormiuimus somnum nostrū Epimenidis etiam somno diuturniorē, atq; ita ne vixim⁹ quidem, quando vita nostra vigilia est. Quo magis soleo interdum tuum istud egregium institutum laudare, vitæq; genus expetere non sine gemitu suspiriisq;. Quod quidem voto & cogitatione multo a nobis ante captum, iam vel mordicus arreptum teneremus, si per iniqua fata, fortunamq; nouercā licuisset liceretue. Interea audire ex te cupio quid agas hoc tempore, ecqd moliaris noui operis. Neq; enim cessare diuinum istud tuum potest ingenium, non Hercle magis, q̄ zelus tepescere. De platonicis idęis quid sentias tu, quid de iisdem Aristoteles & cur a pceptore suo in ea re defecerit mire expecto cognoscere. Vale. Raptim vt fere soleo ad optimum quéq; humanissimumq; scribens.

Carolus Bouillus Nicolo Beraldo eximio oratori. S.



Ead literas tuas mi Beralde: vel citius vel certe latius responderem: obstitit visitatio cuiusdam mihi noti & amicissimi eremitę. qui octauo a Parhisiis lapide: in exigua syluula solitarius degit. & manuali opere & literario otio: & qd potissimum est / quottidiano ieiunio ac piis orationibus: huius vitę improbitatibus obsistens. Percunctaris: quid noui operis moliar. Theologicarum Cōclusionum decupartitū opus / est mihi sub incude Ascensiana: vt prodeat in lucem. cuius vt te certiorem reddam mitto arborem primam velut totius operis argumentum in cuius stipite tot sunt circuli quot libri: singulorū librorum titulos complectentes. Adde diuinā radicem. Petis etiam quid de platonicis ideis sit sentiendum. In tertio libro Theologicarum Conclusionum: de huiusmodi ideis sub nomine quidditatū specierū ac pcisionum: noster sermo / supra q̄ par est euagatur. Q; Aristoteles in ea re a Platone pceptore descinuerit: id fecit consulens eorum vtilitati: qui rudiores & adhuc tyrunculi: in naturalibus sciētiis instruuntur. Quia enim naturę propriū est / ab imperfectis ad perfecta procedere: magis placuit Aristoteli / eo calle tanq̄ nobis congeneo familiari & innato incedere: q̄ ea orbita / quæ est ipsi naturæ dissentanea. Descēdit Plato: Ascendit Aristoteles. Ille a generib⁹ in species ferebat, inq; specialissimis quiescebat: Hic a speciebus in genera scādebat. Philosophabat Plato / p synceras & abiunctas intelligentia / absq; sensuū psidio. Aristoteles naturæ consentaneus: nostram intelligentiam tantisper sensuum opecula / voluit esse fouendam ac suffulciendam: quoad per seipsam singula intelligere sufficienti: & arcanas notiones proprio opificio excudere valenti superfluāt cū rebus sensibilibus sensus. Sunt enim sensus: organa intelligentię & sensibilia intelligibiliū signa.

Similis ei est Plato: qui ad arduum ac sublime metaphicæ culmen: tenellas iuuenum mentes inuitat: quibus tamen nulla physicarũ scientiarum subsellia ac substernicula per quæ ad altiora nitantur offert. Similis vero ei Aristoteles est: qui physicas quidem naturalesve scientias pmittit: & ex quadam earum defecatione metaphysicam deinceps in mentibus conflat, quẽadmodũ & peculiaris est humanæ eruditionis ac institutionis ordinatio: vt ex sensibili & permixta notione atq; imagine: mens intellectualem puram atq; impermixtam notionem ac speciem vel eliciat vel certe proprio artificio cudat. Hęc pro temporis breuitate: tuis peritiunculis satissint. Vale, q̃maxima celeritate: Parhisii in meo hospitio Martię paludis. XXVI. Maii. M.D.XV.

Theologicarum Conclusionum Decimi & vltimi libri de iudicio dei finis. Aeditę sunt in Carolopontino vico in ædibus reuerẽdi in Christo patris domini Caroli de Gẽlis Nouiodunensis episcopi. Anno hũanæ salutis. M.D.XIII. octaua & vigesima die Septẽbris. Gratię deo oipotenti & Christo eius: vniuersorum iudici cum nubibus cœli in iudicium venturo.

Impressæ sunt in ædibus Ascensianis. Idibus Iunii. M.D.XV.



Quod cernis Samarobrinis ancile paratur.
Quintinum circa lilia terna vides.
Hoc vigili Samarobrinos custode refultos
Hostiles nunq̃ corripuere duces.



Hoc opus esse deum retegit tibi lector & vnũ
Immensum: ęternum: trinũ: mũdũq; createm
Tandem pro nobis natum de virgine: passum
Surrexisse: dein venturum vt iudicet orbem.






RESTAURO DEL LIBRO
G. SCACCHI